This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 08248651 9

BVL

MEMORIAE

POPVLORVM, OLIM AD DANVBIVM, PONTVM EVXINVM, PALVDEM MAEOTIDEM, CAVCASVM, MARE CASPIVM, ET INDE MAGIS AD SEPTEMTRIONES INCOLENTIVM,

E

SCRIPTORIBVS HISTORIAE BYZANTINAE

ASTOR LIBRARY NEW-YORK

ERVTAE ET DIGESTAE

A

IOANNE GOTTHILF STRITTERO,

GYMNASII ACADEMIAE SCIENTIARVM IMPERIALIS PETROPOLITANAE CONRECTORE.

TOMVS I.

GOTHICA, VANDALICA, GEPAEDICA, LONGOBARDICA, HERVLICA, HVNNICA ET AVARICA, COMPLECTENS.

PETROPOLI,

IMPENSIS ACADEMIAE SCIENTIARVM,

MDCCLXXI.

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.
1898.

PRAEFATIO.

AB omni prope tempore fuerunt, qui in hiſtoria quorundam populorum vel illuſtranda vel enarranda operam ita feliciter collocarunt ſuam, vt fere perfectius quid et abſolutius de iis vix poſſit deſiderari. Sed ſunt alii populi, quorum res geſtae, licet in ſe maximae ſint, et ita cum rebus geſtis aliarum gentium coniunctae, vt ad omnes quodammodo pertinere videantur, magnam partem in obſcuro latent, vt, qui ad eas illuſtrandas aliquid conferre velit, laborem neque inutilem plane neque ingratum, niſi me fallunt omnia, ſuſcepiſſe putandus ſit. *Hiſtoriam Ruſſorum veterem* non minus, quam celeberrimarum illarum expeditionum, quas vulgo *migrationes gentium* vocant, ex hoc numero eſſe, qui ignoret, arbitror eſſe neminem. De vtraque pauca quaedam dicere animus eſt.

FONTES, ex quibus hiſtoriam horum populorum haurire licet, Oriens et Occidens magno numero ſuppeditant. Vnus illorum, isque vberrimus, ſunt ſcriptores Graeci, qui ſub imperio Byzantino florentes vel hiſtoriam vniuerſam concinnarunt, vel de rebus inprimis Byzantinis a Conſtantini M. imperio

perio inde vsque ad vrbem a Turcis captam memoriae podiderunt. qui collecti ſub titulo *Corporis Scriptorum Hiſtoriae Byzantinae* Pariſiis folio maiori e typographia regia ab anno MDCXLV. vsque ad MDCCII. prodierunt, et cum aliis quibusdam Venetiis a bibliopolis Barthol. Iauarina et Bonino XXVIII. voluminibus ab anno MDCCXXIX. inde typis denuo expreſſi ſunt. Ego quidem editione vſus ſum Pariſina, cum Veneta non integra ad manum eſſet.

CORPVS ſcriptorum hiſtoriae Byzantinae, ad duplex iſtud conſilium quod attinet, fontem vberrimum dixi. Quamplurima enim ibi occurrunt, quae partim ad *hiſtoriam Ruſſorum*, ea puta, quae de Slauis et gentibus variis, quas Slauorum nomen complectitur, Ruſſis etiam ipſis, partim ad *hiſtoriam migrationum gentium*, ſpectant, quae nimirum de gentibus, quae ex oriente et ſeptemtrione, e regionibus inprimis intra Euxinum pontum et Caſpium mare vlteriusque verſus ſeptemtriones ſitis, a ſaeculo inde poſt C. N. quarto, ingenti concitatae motu, auitis ſedibus relictis, in Europam effuſae ſunt, narrantur. Ex horum quidem numero inprimis ſunt *Gothi*, *Vandali*, *Alani*, *Gepaedes*, *Heruli*, *Hunni*, *Auares*, *Turci*, *Vngri*, *Chazari*, *Vzi*, *Patzinacae et Tatari.*

IN hiſtoria quorundam horum populorum vel illuſtranda vel enarranda plures magni nominis viri inſigni cum laude verſati ſunt. Qui licet omnes, etiam ſcriptores hiſtoriae Byzantinae conſuluerint: tamen, cum vel de vno tantum atque altero populo ſcri-

ſcribere ſuſciperent, vel non ita abundarent otio, vt omnes iſtos auctores eo conſilio a capite ad calcem perlegere poſſent, quae vel illorum aciem effugerint, vel ipſi prudentes omiſerint, multa inueniri, nemo, credo, mirabitur.

QVAE cum ita ſint, ACADEMIA SCIENTIARVM, vt, quae ad Ruſſorum non minus, quam iſtarum migrationum hiſtoriam, quae ab illa nullo modo ſeiungi poteſt, cum gentes illae fere omnes vel per aliquod tempus in finibus Ruſſiae commoratae ſint, vel ſaltim per eosdem iter habuerint, pertinerent, e magno ſcriptorum hiſtoriae Byzantinae agmine ſtudioſe colligerentur omnia, et ſub nomine cuiusque gentis ordine chronologico digererentur, voluit: eumque laborem mihi ante hos quatuor annos demandauit. Quo temporis ſpatio auctores, quos editio Pariſina habet, omnes, et nonnullos alios excerpſi, excerpta quoque magnam partem in ordinem redegi, ita vt praeter hunc primum, ſecundum etiam tomum, qui memorias gentium Slauicarum continet, totum, et tertii partem praecipuam, quae rebus geſtis veterum Turcorum abſoluitur, ad finem perduxerim. Caeterum me in hoc labore duorum inprimis Virorum, eorumque Academiae Scientiarum Petropolitanae membrorum, quorum in hoc etiam genere doctrinae inſignia exſtant merita, FISCHERI, dico, et SCHLÖZERI conſiliis egregie adiutum eſſe gratiſſimus agnoſco. Hic enim methodi, quam in his excerptis ſecutus ſum, primas quaſi lineas duxit, ille

ille ſingula antequam imprimerentur, perluſtrauit; et vterque pro ſingulari ſua erga me beneuolentia, ille quidem, quamdiu adhuc Petropoli egit (non multis enim menſibus poſt inchoatum laborem huic vrbi valedixit), hic vero etiam ſcripto totoque eo tempore, quo in hoc labore occupatus fui, ſua mecum communicarunt obſeruata.

NVNC, quid in hac re praeſtiterim, breuiter indicabo.

ET primum quidem de EXCERPENDI, quam ſecutus ſum, RATIONE haec tenenda ſunt. De populis, quos pro eo, quod ſupra expoſui, conſilio hae memoriae complecti debebant, non ea tantum, quae memoria fideque quam maxime digna videbantur; ſed omnia, quae vllo modo ad hiſtoriam horum populorum pertinere arbitrabar, collegi, ipſisque auctorum verbis diſcripſi. Nam licet multa in iis occurrant, quae quibusdam leuia, et, quae in hiſtoria horum populorum referantur, vix digna videri poterant: tamen ea non reiicienda putaui; quod partim de multis horum populorum pauciſſima nobis ab aliis auctoribus conſeruata ſint, partim diuerſum omnino eſſe ſolet de his rebus iudicium, partim difficillimum fuiſſet, regulam inuenire, qua, quid ponendum, quid omittendum eſſet, vbique ita definiretur, vt ambigendi locus non eſſet; partim denique et inprimis, ne apud quemquam vlla oriretur ſuſpicio, me forte aliquid, quod ſcire intererat, omiſiſſe: quo ſane futurum erat, vt omnibus, qui, quid ſcriptores

res hiſtoriae Byzantinae de populis iſtis memoriae prodiderint, accurate cognoſcere vellent, idem labor, tantam librorum molem perſcrutandi, rurſus ſuſcipiendus eſſet; cum contra, ſi quis excerptis meis, vt nunc ſunt, vtatur, auctoribus ipſis, quod ad duplex iſtud attinet conſilium, plane carere poſſe videatur. Et, vt multa paucis complectar, idem, opinor, a me, quod ab omnibus Annalium editoribus, iure poſtulari poſſe arbitror (quid enim haec excerpta aliud ſunt, quam Annales v. c. Hunnorum, Auarorum ex ſcriptoribus Byzantinis eruti?), vt nimirum, quae apud veteres auctores occurrunt, fide ac diligentia maxima colligat, nihil mutet, nihilque de ſuo addat; caeterum vero lectori de relatis ſtatuendi permittat arbitrium. Quis enim, noſtri certe ſaeculi iudicio, annalium editorem ferret, et non potius diris omnibus deuoueret, qui omnia, quae ipſe quidem vana, ſuperſtitioſa, falſa putat, omittere vellet. aliter profecto longe ſe res habet, ſi quis ex Annalibus Hiſtoriam ſcribere ſuſcipiat. id quod a meo certe conſilio longiſſime abeſſe, res ipſa loquitur.

AB hac tamen excerpendi regula, qua omnia ipſis auctorum verbis deſcripſi, in *Gothicis* et *Vandalicis*, vbi bella imperante Iuſtiniano I. in Africa et Italia geſta fuſiſſime refert Procopius, diſcedere viſum eſt. Narrationes enim, de oppugnationibus inprimis vrbium et proeliis, ſi longiores erant, contraxi; ita tamen, vt factum nullum plane omitterem, et quoties id vllo modo fieri poterat, verbis quoque Procopii

copiis vterer. Caeterum me in eo non adeo reprehendendum puto, tum quod, ſi hic quoque regulam illam ſequi voluiſſem, totus fere mihi Procopius deſcribendus fuiſſet, tum quod ii, quibus haec breuior horum bellorum enarratio minus ſufficit, Procopium ipſum, eumque vnicum, facile conſulere poterunt. Bella vero iſta plane non attingere, ab inſtituti mei ratione nimis abhorrebat, cum hoc modo praecipua quaedam pars hiſtoriae horum populorum periiſſet. Loca autem in breuitatem redacta vncis in ſuperiore verſus parte poſitis '—' notaui.

DE *Textu*, *Citatis*, *Varietate narrationis*, *Interpretatione*, *Chronologia* et *Notis* quae dicere habeo, ad haec fere redeunt.

TEXTVS, quo factum aliquod vno vel pluribus paragraphis narratur, ex vnico ſemper ſcriptore ſumtus eſt, et plerumque quidem eo, qui temporibus, quorum res referuntur, proximus fuit; niſi alius quidam auctor, licet recentior, res illas multo narrat vberius. In textu praeter verba auctoris nihil addidi, niſi quae nexus vel perſpicuitatis gratia e ſuperioribus repetenda erant. quae, vt a verbis auctoris diſtinguerentur, vncis [ ] incluſi. quo ſigno interdum quoque, ſi, quae alio loco, quo propius pertinent, vberius narrantur, breuiora feci, vſus ſum.

INTER AVCTORES, ad quos numeri in margine poſiti lectorem ablegant, primum locum obtinet is, qui textum ſuppeditauit. isque praeterea litteris maiuſculis notatur.

IN VARIETATE NARRATIONIS, ad quam litterae graecae reſpiciunt, has mihi leges dixi, vt, ſi alius quidam auctor rem multo vel aliter narrat, vel breuius, quam is, qui textum habet, integrum adſcriberem locum, in caeteris autem varietatem tantum darem, reliquis omiſſis, quae cum iis, quae in textu leguntur, eadem eſſe, linea transuerſa (—) indicat. Ad varietatem ſingulorum verborum tunc ſolummodo attendi, ſi ſenſus non idem maneret. Caeterum varietas cum textu toto, ad quem refertur, diligentius a lectore, ſi omnia intelligere velit, vt conferatur, neceſſe eſt.

AD INTERPRETATIONEM LATINAM quod attinet, eam, textu graeco omiſſo, ſolam dedi, tum aliorum exemplum ſecutus, tum ideo inprimis, ne magnitudo libri in nimiam molem excreſceret. Interim in hac re quo me geſſerim modo, accipe. Iure forte, quorundam ſententia, exſpectari poterat, *eum, qui latinam* tantum interpretationem, cum textus graecus ad manum eſſet, exhiberet, in eo ſaltim vel maxime allaboraturum, vt errores interpretum emendaret. Saepe ſane id facile potuiſſet fieri, ſed ſexcenties non item. et nouus iſte labor, pro mendarum, quibus graeca ipſa ſcatent, multitudine, vnum hominem, meo quidem iudicio, ſolus requireret. Attamen vt, quae inde ad hiſtoriam ipſam redundare poterant, incommoda, quoad eius fieri potuit, remouerem; graecis cum interpretatione latina diligenter collatis, vbi diuerſitatem quandam animaduerti,

graeca in notis, ad quas litterae latinae reſpiciunt, addidi. vbi diuerſitas incipit, ſupra verſum (et hoc quidem a pagina 303. inde) vncum '—, in fine vero litteram, notam indicantem, poſui. Caeterum hic in exceſſu, quam in defectu peccare malui; vnde et alibi, ſi verba graeca noſſe, lectoris intereſſe poſſe videbatur, graeca adieci. Notulas praeterea, aliorum praeſertim, quibus textus graecus emendatur, adferre viſum eſt. Interpretationes denique pro interpretum diuerſitate diuerſae ſunt. Multi enim et fere plerique, ſatis accurate et diligenter ſenſum graecorum in latina interpretatione exprimere annisi ſunt. Poſſinus vero, qui Bryennii Commentarios, Annae Comnenae Alexiadem et Pachymeris Hiſtoriam latino habitu induit, in his duobus poſterioribus nimis diligens fuiſſe videtur. is enim, vbi graeca, apud Pachymerem inprimis, ob breuitatem obſcuritate quadam laborabant, paraphraſin potius, id quod ipſe in praefatione ad Pachymerem fatetur, et auctoris ſtilo excuſat, quam interpretationem dedit. Vnde factum eſt, vt non pauca vel de ſuo, vel ex ſuperioribus repetita adderet. Cantoclarus contra, qui Excerpta de legationibus latina fecit, mira in hac re verſatus eſt negligentia. Nam, vt de nominibus propriis, quae fere ſemper corrumpit, nihil dicam, contra regulas graecae non minus, quam latinae linguae impingit, ita vt ſenſus multis locis plane immutetur. quo nomine ipſum Henricus Valeſius ſaepius in Notis ſuis reprehendit, et emendat: qui textum quoque grae-

cum,

cum, qui in Excerptis de Legationibus vitioſiſſimus eſt, multis in locis reſtituit.

ORDO harum memoriarum CHRONOLOGICVS eſt, quippe qui vel ideo inprimis iis conuenire videbatur, quod ita omnia facile inueniri, et cum iis quae alii, v. c. latini, auctores de iisdem populis memoriae prodiderunt, conferri ac comparari poſſunt. Annos vero ſcriptores Byzantini non eodem modo, nunc annis ab orbe condito et Chriſto nato, nunc indictionibus, nunc annis imperii Caeſarum, patriarcharum aliorumque epiſcoporum, nunc olympiadibus, nunc annis conſulum vſi, numerant. Interim pauci admodum eorum annos vbique addunt. Sunt vero illi, *Georgius Monachus Syncellus*, qui praeter annos, quos tamen non adfert ſingulos, regum, imperatorum, epiſcoporum, annos quoque ab O. C. et C. N. habet; *Theophanes* (et qui eum ac Syncellum ſequitur Anaſtaſius Bibliothecarius) omnium diligentiſſime (quanquam alii tabulas Chronicas, ſaltim quoad annos ſeriemque patriarcharum, mendis plurimis ſcatere docent) annorum ordinem perſequitur, annis ab O. C. et C. N., annis imperii imperatorum Romanorum, regum Perſarum, principum Saracenorum, epiſcoporum Conſtantinopolis, Romae, Hieroſolymorum, Alexandriae et Antiochiae, indictionibus denique vtitur; ita quidem, vt nunc omnes iſtas temporum notas, nunc quasdam earum, nunc, idque ſaepiſſime, nihil praeter annos imperii imperatorum adferat; *Auctor Chronici Paſchalis*, qui annos imperii Caeſarum,

rum, olympiadum, conſulum et indictiones habet. quibus annos ab O. C. et C. N. in margine interpres addit; *Cedrenus*, qui ab imperio inde Diocletiani Auguſti vsque ad imperium Ioannis Tzimiſcae annis imperii imperatorum, poſt id vero tempus annis ab O. C. et indictionibus fere vtitur; quod tamen et antea interdum fecerat. interim non eadem diligentia, qua Theophanes, in hac re verſatus eſt; ſed ſaepius vna ſerie, nullo annorum diſcrimine, res geſtas enarrat. Reliqui fere omnes, nulla, niſi raro admodum, addita temporis nota, indicato tantum imperatore, hiſtorias ſuas perſequuntur. Quam auctorum negligentiam interpretes nonnulli, annis in margine adſcriptis, emendare conati ſunt. id quod apud Nicephorum Gregoram, Nicephorum Patriarcham, Ducam (cui praeterea Chronicon breue graece ac latine, quod annos O. C. et C. N. in margine adſcriptos habet, adiunctum eſt) et Chalcocondylam, non vbique tamen, factum eſt. Nicetae Choniatae et Pachymeri Tabulas Chronologicas, quibus res ab auctoribus narratae ad ſuos quaeque annos referuntur, interpretes addiderunt. Caeterum annos numerandi ratio Byzantinorum a vulgari diuerſa eſt, cum annum O. C. quo natus eſt Chriſtus, alium ponant, quam occidentales, et quem hi a menſe Ianuario, illi a Septembri inchoënt annum. Deinde inter ſe quoque mire differunt, cum ſecundum alios, vt Syncellum et Theophanem, annus, quo natus eſt Chriſtus, in annum Mundi V.MD., ſecundum vero alios, vt Ce-

dre-

drenum (qui tamen ipſe ſibi non conſtat) in annum O C. V.M CCCCXCIV. vel V.M CCCCXCVII. incidat. Praeter hanc diuerſitatem deprehenditur adhuc alia, qua ſcriptores hiſtoriae Byzantinae a Chriſto nato annos VII. VIII. et IX. adeo pauciores numerant, quam auctores occidentales. Interdum quoque accidit, vt indictiones cum aliis, quas adferunt, temporum notis minus congruant. cuius rei plura occurrunt in his memoriis exempla. Saepiſſime denique res geſtas, gentium praeſertim exterarum, alieno loco et quaſi in tranſitu attingunt; tempore, ad quod referendae ſint, plane non indicato. Haec vero omnia quam impeditam atque incertam adeo reddant chronologiam Byzantinam, quisque facile iudicabit. Caeterum vbi ſcriptores Byzantini annos habent, eos in margine poſui, et ad annos aerae vulgaris reductos paragraphis ſuperſcripſi. Si alius illorum auctorum quam is, qui textum ſuppeditat, annum prodit, id in notis indicaui. Sin autem annum omnes omittunt; eum interdum ex aliis auctoribus adſcripſi. In ſingulos vero annos, ad quos res geſtae tot populorum pertineant, tanta inquirere diligentia, quanta, ſi hiſtoriam vnius et alterius eorum ſcribere ſuſcepiſſem, exſpectari poterat, res immenſi fere laboris fuiſſet. Saepe igitur annos imperii imperatorum adſcribere ſatis habui. quem defectum quidem ii, qui his excerptis vtentur, maiori et doctrinae et librorum apparatu inſtructi, ſupplere poterunt. Praeter annos, imperatorum quoque nomina, ad quorum tempora

res narratae referendae ſunt, in margine poſui, eademque, vbi res ſub eorum imperio geſtae primum occurrunt, paragrapho praefixi. Lacunas denique, nominibus imperatorum, ſub quibus nulla ſit populi cuiusdam mentio, poſitis, indicaui.

NOTAS interpretum et aliorum praecipuas, meas raro, adieci. Ad ea quidem, quae de his gentibus apud ſcriptores Byzantinos occurrunt, illuſtranda, quae de iisdem alii medii aeui auctores, occidentales inprimis, memoriae prodiderunt, multum facere potuiſſent: eos vero euoluere et cum iſtis conferre, nouus labor fuiſſet, quem ſimul cum hoc Byzantino ſuſcipere neque per tempus, neque per vires licuit. Sed multa quoque ſunt alia, quae forte illuſtrari debebant. occurrunt geographica multa, occurrunt dignitatum et virorum nomina, quorum ignoratio interdum, fateor, diligentem lectorem morari, eique taedium creare poteſt. Haec vero vt explicarentur omnia, optari forte, ſed nullo modo iure poſtulari a collectore annalium iſtorum populorum poſſe, arbitror.

LICET ordine chronologico has memorias digeſſiſſe, quodammodo ſufficere potuiſſet; tamen eas in CAPITA quoque et PARAGRAPHOS diſtribuere viſum eſt. partim, ne lectorem longior narrationum, minus ſaepe inter ſe connexarum et breuiſſimarum defatigaret ſeries; partim vt citandi maior eſſet facilitas, et indice capitum et paragraphorum memoriis cuiusque gentis praemiſſo, vno quaſi conſpectu omnia,

vel

vel minima quoque, quae fuſiori interdum, quam par erat, ſtilo ab auctoribus narrantur, perluſtrari poſſent. in quo me iis, qui his excerptis vti, quaeque in iis continentur, ſcire auent, neque tamen vel tanto tenentur harum rerum cognoſcendarum ſtudio, vel ita abundant otio, vt fuſas et parum interdum iucundas horum ſcriptorum narrationes integras perlegendi moleſtiam deuorare ſuſtineant, gratum feciſſe arbitror. Caeterum, me in capitibus et paragraphis diuidendis omnibus ſatisfeciſſe, vix ſane ſperare poſſem, niſi, ſi non vbique, multis certe locis, ſi minus commode diuiſum eſſe videatur, in res potius, quam in me culpa transferenda eſſet. Interdum quoque accidit, vt quaedam, quae eo ordine, quem chronologia requirebat, commode ſatis afferri non poterant, in peculiare quoddam caput coniicienda eſſent.

DE SVMMARIIS, quae hisce Memoriis praemiſi, paucis lector monendus eſt. Ea quanquam nihil contineant, certe continere debeant, niſi quae in excerptis ipſis narrantur; tamen, neque hunc laborem ingratum fore lectoribus, confido. Nam res quasdam praecipuas, vel quae mihi ſaltim tales viſae ſunt, in Memoriis ipſis magnam partem, id quod per ordinem chronologicum aliter non licuit, ſeiunctas, in ſummario ſub certa quaedam capita redactas collegi. Capita vero iſta ſunt, *Genus* et *Nomen* gentis, *Tribus* et *Nationes*, *Migrationes* et *Sedes*, *Hiſtoria*, *Genealogiae regum*, *Viri illuſtres* et Elenchus *ſcriptorum*. quae tamen non vbique omnia occurrunt;

ſed

ſed interdum vnum tantum et alterum, prout res permittebat. De ſingulis pauca accipe.

DE GENERE populorum nunc diſerte ſtatuunt ſcriptores Byzantini, et vere, nunc, et fere plerumque, ita, vt al quid tantum dixiſſe videantur, cum de genere quaerimus, Barbaros, Scythas, Hunnos, vaga nobis iactant nomina: in iis prope ſolis enarrandis occupati, quae gentes iſtae Romanis, ſeu Graecis potius, mala intulerunt. Quod quidem nobis, qui de natura atque vſu hiſtoriae longe aliter, quam illi, ſtatuimus, licet neutiquam ſufficiat: tamen haec, quaecunque tandem fuerint, ex auctoribus iſtis, quam nihil omnino, de gentibus maximis cognoſcere ſatius eſſe puto.

QVAE de genere dixi, de TRIBVBVS etiam ac NATIONIBVS, quas ad communem quandam ſtirpem ſcriptores hiſtoriae Byzantinae referunt, attamen non vniuerſe, valent.

IN NOMINIBVS populorum prodendis incredibilis eſt ſcriptorum illorum inconſtantia, et in iisdem enunciandis negligentia. Eundem enim populum alii auctores aliis, quid? et idem auctor nominibus maxime diuerſis vocat. Conſtantinus Porphyrogenneta, vt crimine ab vno diſcas omnes, Attilam Hunnum, Auarorum, qui Attilae temporibus in vltimo adhuc oriente degebant, regem, et Auaros Slauos vocat. Quod ſi quis de populo ſua aetate noto ac florente et ſui ſaeculi hominibus narrat; nemo ideo

V. C.

v. c. Slauos, quos aliunde ſatis bene nouit, pro Hunnis habebit, vel Auaris. Longe vero aliter ſe res habet, et in errores inducemur grauiſſimos, ſi de populo, iam penitus euerſo et deleto, poſteris hiſtoricus has narrat fabulas. Et profecto Auari, Slaui, Hunni Conſtantino, qui ab iis temporibus, quibus gentes iſtae adhuc incolumes erant, et florebant, propius aberat, pro eo inprimis, quo inſtructus fuit, doctrinae et ſubſidiorum, quibus certam ſibi de his gentibus comparare poterat notitiam, apparatu, vix ignoti eſſe potuerunt. Sed quid rebus notis atque extra controuerſiam poſitis lectorem moror? ad propoſitum redeo.

SEDES quoque populorum antiquas, quanquam non frequenter adeo, auctores iſti produnt. At ſi quis, nunc quoque, vbi populi iſti habitarint, quaſi digito monſtrari poſſe exiſtimat; egregie fallitur. Nomina enim locorum pauca genuina, pleraque vero, quae illorum auctorum leuitas eſt et inconſtantia, mirum in modum foedata atque corrupta ad nos peruenerunt: et praeterea nulla fere tunc anguſtioribus terminis circumſcripta magisque incerta fuit, quam ſitus orbis cognitio. Quae enim extra limites Conſiantinopolitani imperii, quod ſenſim ob impetus irruentium barbarorum magis coarctabatur, ſitae erant, ſeptemtriones praeſertim et orientem verſus, regiones, ipſis erant incognitae. Dignus eſt, quem huc tranſcribam, Procopii, egregii alias auctoris, locum, qui cum (Libro IV. cap. I-V. de Bello Gothico)

regiones et populos Euxino Ponto vicinos enumeraſſet, p. 577. addit: *Hic demum eſt Ponti Euxini a Chalcedone ad Byzantium ambitus, cuius menſuram certam aſſignare nequeo: quando illum tot gentes barbarae, vt dixi, circumcolunt, quae nullum, niſi forte per legatos, cum Romanis commercium habent; neque accuratum quidquam ab iis accepimus, qui illa ſpatia prius commetiri aggreſſi ſunt &c.*

DE MIGRATIONIBVS populorum non pauca apud ſcriptores Byzantinos occurrunt, memoria profecto digna. quamquam in iis quoque, vt in reliquis, accuratior deſideratur diligentia.

HISTORIA, quae et ipſa partem ſummarii conſtituit, nihil aliud eſt, quam breuior fatorum cuiusque gentis et, quantum per lacunas, quae hiſtorias iſtas deformant, licuit, continua narratio. Quam vel ideo inprimis addidi, vt, quid ſcriptores Byzantini de hiſtoria horum populorum tradant, quid omittant, quodammodo appareret, et vt aliquam ſaltim de ſingulis hiſce gentibus notitiam ſibi lector poſſet acquirere.

GENEALOGIAS REGVM, ſi quidem eorum ſcriptores Byzantini mentionem faciunt, licet mutilas illas atque non raro incertas, adiunxi. De multis harum gentium regibus varia quidem dicti auctores memoriae prodiderunt, ſed nomina eorum tacent. Cuius rei eam, niſi forte et hic ſola negligentia accuſanda eſt, cauſſam eſſe arbitror, quod Romanis nullum

nullum fere cum hiſce gentibus, niſi forte per bella, quibus ab iisdem petebantur, intercederet commercium. Nam quo notior Romanis et coniunctior populus fuit, eo plura apud dictos auctores occurrunt nomina propria; id quod de Gothis, Vandalis, Herulis, Hunnis, Bulgaris, Seruiis et aliis quibusdam valet. Hi enim Romanis ſaepius foedere fuerunt iuncti, ſociique in eorum caſtris militarunt, quidam adeo eorum ipſis, ad tempus certe, ſubiecti fuerunt.

VIRORVM tandem ILLVSTRIVM NOMINA eo praeſertim collegi conſilio, vt talium rerum periti ex his de lingua; ex hac vero de genere populorum coniecturam facere tentarent. Nam ea fere ſola apud ſcriptores Byzantinos occurrunt linguarum horum populorum monumenta.

HIS denique ELENCHVM SCRIPTORVM ſubiunxi, quo non tantum eorum nomina, ſed ſimul quam quisque hiſtoriae partem attigerit, quae occurrant lacunae, et alia quaedam, quae ad hiſtoriam hiſtoriae illarum gentium pertinent, breuiter indicaui.

DE INDICE CAPITVM ſupra, cum de Memoriis his in capita et paragraphos diſtributis dicerem, mentionem feci.

QVOD reliquum eſt hae Memoriae *quatuor Voluminibus* abſoluentur. quorum PRIMVM res geſtas *Gothorum*, *Vandalorum*, *Gepaedum*, *Longobardorum*, *Herulorum*, *Hunnorum* et *Auarorum* continet; SECVN-

DVM memorias *gentium Slauicarum*, *Slauorum*, *Seruiorum*, *Chrouatorum*, et reliquorum *Dalmatiae*, *Peloponneſi* aliorumque *Slauorum*, *Bulgarorum*, *Ruſſorum*, *Polonorum*, *Bohemorum*, et gentium iis vel ſubiectarum, vel finitimarum, *Lithuanorum* puta, *Permiorum*, *Samogetarum* et *Pruſſiorum* complectetur; TERTIVM de gentibus *Turcicae* et *Tataricae originis*, *Turcis*, *Chazaris*, *Vngris*, *Comanis*, *Vzis*, *Patzinacis* et *Tataris* aget; QVARTVM denique populos inter mare Caſpium et Pontum Euxinum habitantes, *Lazos*, *Apſilios*, *Abagos*, *Miſimianos*, *Alanos*, praeterea *populos* quosdam *rariores*, i. e. eos, quorum non niſi rariſſime ſcriptores hiſtoriae Byzantinae meminerunt, *Iuthungos*, *Carpos* et alios, ea denique, quae *de Scythis*, *Maſſagetis*, *Sarmatis* &c. *antiquiora* narrantur et *incerta*, continebit. His *Genealogiam gentium* ex ſcriptoribus Byzantinis et *Indicem totius operis* addere animus eſt.

DE aliis quoque populis, Francis, Perſis, Saracenis, Armenis et Iberibus, quae apud eosdem auctores occurrunt, excerpſi quidem; ea vero, cum a duplici iſto, quod ſupra expoſui, conſilio aliena ſint, nondum in ordinem redegi: neque de iis certi aliquid ſpondeo.

SVPEREST, vt de *Scriptoribus*, quos *editio Pariſina* complectitur, et de aliis nonnullis, quibus vſus ſum, pauca adiiciam. quae quidem partim e PHILIPPI LABBEI *Delineatione Apparatus Hiſtoriae Byzantinae*,

par-

partim ex HAMBERGERI V. C. libro praeſtantiſſimo, *Zuverläſſige Nachrichten von den vornehmſten Schriftſtellern* &c. partim ex auctoribus ipſis hauſi.

ET primo quidem loco eos adferam, de quorum ſcriptis fragmenta ſub titulis Excerptorum de Legationibus et Eclogarum Hiſtoriarum de Rebus Byzantinis exſtant.

Tomus I. 1) EXCERPTA DE LEGATIONIBVS, quae Pariſiis e Typographia Regia a. C. MDCXLVIII. interprete Carolo Cantoclaro, Libellorum Magiſtro, cum eiusdem et Henr. Valeſii notis prodierunt. Auctores vero, quorum fragmenta continent, hi ſunt:

a) DEXIPPVS, a patria *Athenienſis* dictus, quem ante tempora Conſtantini M. ſub Probo imperatore vixiſſe Labbeus docet. Chronicon ſcripſit et Scythica. e quonam vero iſtorum librorum, quae in Excerptis de Legationibus adferuntur, deſumta ſint, Henr. Valeſius in Notis ad Dexippum in medio relinquit. Quae autem Labbeus de hiſtoria eius non vltra imperatoris Claudii II. tempora pertinente tradit, ea ex ipſo refelluntur Dexippo, qui irruptionis Vandalorum ſub Aureliano imperatore meminit.

b) EVNAPIVS a Sardibus, Lydiae vrbe, in qua natus fuit, *Sardianus* appellatus, eloquentiae et arti medicae Athenis operam dedit, et poſt a. C. CDIV. adhuc ſuperſtes fuit. Scripſit Libros XIV. Chronicorum, quibus Dexippi Hiſtoriam ab imperio Claudii Caeſaris inde vſque ad Arcadii et Honorii tempora; vt Photius refert, continuauit.

c) PETRVS gente Illyrius, patria Theſſalonicenſis, Rhetor ſiue Aduocatus Cplitanus, plures obiit tempore Iuſtiniani I. apud Atalaricum eiusque matrem Amalaſuntham et Theodatum, Gothorum, et Choſroëm, Perſarum, reges legationes, quibus inſigni cum laude defunctus, a Iuſtiniano Aug. Magiſtri officiorum et Patricii dignitatibus ornatus eſt. a. C. DL. adhuc ſuperſtes fuit. Scripta vero eius, praeter haec excerpta de legationibus, temporis iniuria perierunt.

d) PRISCVS, a vitae genere *Rhetor* et *Sophiſta*, a patria, quae Panium vrbs Thraciae fuit, *Panites* cognominatus, ſub Theodoſio Iuniore floruit. A Maximino, qui ab eodem imperatore a. C. CDXLIX. ad Attilam legatus miſſus eſt, comes delectus, praeclaram illi prudentia ſua operam nauauit, cum eidem ad Attilam, qui, ob ſtructas ſibi a Romanis inſidias ira ardens, legatum admittere nolebat, aditum patefaceret. eum vltra annum XV. Leonis Thracis ſiue Chriſti CDLXXI. ſuperfuiſſe Hankius demonſtrauit. De Priſci ſcriptis, quae plura memorantur, nihil, praeter Excerpta quaedam, ſupereſt. Caeterum hic Priſcus procul dubio idem eſt, qui a Theophane Confeſſore p. 100., corrupto nomine Thrax Perſicus vocatur.

e) MALCHVS patria *Philadelphenſis* Syrus, ſophiſtam egit Conſtantinopoli et a. C. CDXXI. adhuc ſuperſtes fuit. Hiſtoriam Byzantinam ab obitu inde

Le-

Leonis, I. vsque ad necem Iulii Nepotis, qui a. C. CDLXXX. occiſus eſt, compoſuit, vt tradit Photius: Suidas vero, eum hiſtoriam a Conſtantini M. temporibus inchoatam vsque ad imperium Anaſtaſii I. perduxiſſe, auctor eſt.

f) MENANDER, Euphratae Byzantii filius, a dignitate, qua ornatus fuit, *Protector* appellatus, legum ſtudio primum, deinde palaeſtrae deditus fuit. Sub Mauricio demum Muſarum numine afflatus, hiſtoriam ſcribere ſuſcepit, quam a clade Hunnorum Vturgurorum et Cuturgurorum, in qua hiſtoriae ſuae finem fecerat Agathias, inchoatam vsque ad Tiberii Conſtantini obitum et Sirmium vrbem Auaris deditam perſecutus eſt. Caeterum quae in Excerptis de Legationibus ab initio inde imperii Mauricii Menandro adſcribuntur, Theophylacti eſſe, diſertum huius auctoris teſtimonium, et vberioris Theophylacti Hiſtoriae et Excerptorum iſtorum comparatio ſatis euincunt.

g) DE THEOPHYLACTO, e cuius Hiſtoria quaedam in his Excerptis de Legationibus adferuntur, infra dicendi locus erit.

2) ECLOGAE HISTORICORVM DE REBVS BYZANTINIS, quorum integra opera, aut iniuria temporis interciderunt, aut plura continent, ad Conſtantinopolitanam hiſtoriam minus ſpectantia, vna cum Excerptis de Legatt. Pariſiis prodierunt, cum interpretatione Andreae Schotti, ſoc. Ieſu, et Aemilii Porti,

Fran-

Franciſc. Fr.; Phil. Labbeus Bituricus Soc. Ieſu ſacerdos recenſuit et notis illuſtrauit. Auctores, e quibus hae Eclogae deſumtae ſunt, memorantur.

a) OLYMPIODORVS, Thebis in Aegypto natus, legationis, quam apud Donatum Hunnorum regem obiit, ipſe meminit eamque ad a. C. CDXII. referendam eſſe, Hambergerus docet. Hiſtoriam a conſulatu Honorii imperatoris ſeptimo a. C. CDVII. vsque ad conſulatum alterum Valentiniani III. a. C. CDXXV. concinnauit. De qua haec tantum fragmenta a Photio in Bibliotheca conſeruata ſunt.

b) CANDIDVS, *Iſaurus* a patria cognominatus, vitae inſtituto Tabellio fuit ſub iis, qui apud Iſauros poterant plurimum. Sub Anaſtaſio eum vixiſſe, Fabricius in Biblioth. Graeca autumat. Hiſtoriarum libros III. compoſuit, quibus res ab electione inde Leonis I. vsque ad obitum Zenonis geſtas pertractatas eſſe Photius, e cuius Bibliotheca haec fragmenta deſumta ſunt, tradit.

c) THEOPHANES *Byzantius*. quem Labbeus a Theophane Confeſſore diuerſum eſſe, et circa a. C. DLXXX. vixiſſe putat. Hiſtoriarum libros X. ei attribuit, qui haec fragmenta in Bibliotheca ſua ſeruauit Photius, eorumque primum a bello Perſico, quod ſecundo imperii Iuſtini Iunioris anno exeunte (a. C. DLXVII.) exarſit, inchoaſſe, auctor eſt.

d) HESYCHIVS, ortu *Mileſius*, vitae genere Notarius fuit, patre Heſychio, matre Sophia natus.

Scrip-

Scripſit Antiquitates Conſtantinopolitanas. Geminum eius opus recenſet Photius cod. LXIX. hiſtoricum, alterum in ſex partes ſiue interualla diſtinctum a Belo Aſſyriorum rege ad obitum Anaſtaſii imperatoris per annos MCXL., alterum de Iuſtini Thracis rebus geſtis, eiusque ſucceſſoris Iuſtiniani I. initiis. Eum adhuc a. C. DLXV. ſuperfuiſſe, Hambergerus docet.

II. III. PROCOPIVS, a patria, Caeſarea Palaeſtinae, *Caeſarienſis* dictus, eloquentiae et cauſſis agendis Conſtantinopoli operam dedit. Iuſtinus Thrax eum Beliſario, vt ei ab epiſtolis eſſet (ὑπογραφευς), adiunxit, quem et poſtea ſub Iuſtiniano I. ad bella Perſica, Vandalicum et Gothicum proficiſcentem ſecutus eſt. Bella iſta inſigni diligentia libris VIII. enarrauit: ſed multa quoque de gentibus aliis, praeſertim Danubii, ponti Euxini et Caucaſi accolis, occaſione ita ferente, memoriae prodidit. Opera eius Pariſiis a. C. MDCLXIII. duobus Tomis prodierunt: quorum alter libros VIII. de bellis, alter vero libr. VI. de Aedificiis Iuſtiniani I. et Anecdota ſeu Hiſtoriam Arcanam eiusdem imperatoris continet. Illos Claudius Maltretus, Anicienſis, Soc. Ieſu Presbyter, hanc Nicolaus Alemannus interpretati ſunt. quorum hic Hiſtoriam Arcanam notis illuſtrauit, ille autem varias lectiones addidit, et lacunas ferme omnes impleuit.

IV. AGATHIAS, a vitae genere *Scholaſticus* dictus, Myrinae, vrbe in Aſia ad oſtia Pythici flu-

minis ſita, patre Memnonio rhetore, vt ipſe prodit, natus eſt. Multum in foro verſatus, neque inelegans epigrammatum ſcriptor. Hiſtoriam Procopii ab anno inde DLIII. vsque ad a. DLIX.; Agathiae vero hiſtoriam, vt ſupra dictum eſt, Menander continuauit.

V. THEOPHYLACTVS *Simocatta*, in Aegypto natus, et Petro, Aegypto praefecto, vt ex hiſtoria eius intelligimus, cognatione iunctus, praefecti et tabularii dignitatibus ornatus fuit. Suidas, eum Sophiſtam fuiſſe, ait. Hiſtoriam imperatoris Mauricii Libris VIII. enarrauit. quam, ſublato iam Phoca, populo cum praelegeret, in caedem Mauricii incidens, omnibus lacrimas expreſſit. Prodiit eius hiſtoria Pariſiis a. MDCXLVII. cum interpretatione Iacobi Pontani, Soc. Ieſu, et Notis ac Gloſſario Caroli Annibalis Fabroti IC.

VI. NICEPHORVS *Patriarcha* Conſtantinopolitanus, primum aeque ac pater ipſius ab actis publicis fuit, quo ſe abdicans munere cum in monaſterium, quod ſuo ſumtu exſtruendum curauerat, conceſſiſſet, a. C. DCCCVI. in locum Taraſii Patriarchae creatus, a. DCCCXV. vero ob propugnatum imaginum cultum a Leone Armeno depoſitus, denuo in monaſterium ſuum ſeceſſit; vbi a. C. DCCCXXVIII. obiit. Breuiarium Hiſtoriae, quod ei debemus, res a nece Mauricii vsque ad imperium Conſtantini Copronymi geſtas complectitur. Prodiit Pariſiis a. C. MDCXLVIII. cum interpretatione et notis Dionyſii Petauii Soc. Ieſu.

Eius-

Eiusdem Nicephori Chronographia Compendiaria ab Adamo vsque ad Theophilum Auguſtum, Michaelis, et Baſilii Macedonis, et patriarcharum quorumdam nominibus a ſcriptore iuniore adiectis, Pariſiis a. C. MDCLII. vna cum Georgio Syncello in lucem edita eſt.

VII. GEORGIVS *Monachus* atque, vt Theophanes docet, Abbas, Taraſii Patriarchae, qui a. C. DCCCVI. obiit, *Syncellus* (quaſi domeſticum dicas), Chronographiam ab Adamo vsque ad ſua tempora ſcribere ſuſcepit: quam tamen non vltra Diocletiani imperium, morte praeuentus, produxit. Prodiit Pariſiis a. C. MDCLII. interprete Iacobo Goar. Ord. Praedicat., qui praeter Canonem Chronicum Emendationes et Annotationes adiecit.

VIII. THEOPHANES *Iſaacius*, *Confeſſor*, Abbatis in monaſterio Agri (in regione Sigriana) functus officio. Cum cultum imaginum aduerſus eorum contemtores defenderet, a Leone Armeno a. C. DCCCXV. in Samothraciam relegatus eſt (vnde confeſſoris nomen meruit), ibique circa a. C. DCCCX $\frac{VII}{VIII}$. de vita deceſſit. Chronographiam Syncelli ad ſuam vsque aetatem continuauit. Prodiit Theophanis Chronographia Pariſiis a. C. MDCLV. Acceſſerunt Auctoris incerti hiſtoria de rebus geſtis Leonis Armeni et Chronographia Leonis Grammatici, res ab imperio Leonis Armeni inde vsque ad obitum Romani Lacapeni geſtas complectens. Interpretatio latina Iac. Goar auctorem

 ha-

habet, qui lectiones etiam variantes et notas in Theophanem et Auctorem Incertum addidit, quibus notas poſteriores in Theophanem et Leonem Grammaticum adiecit Franciſcus Combefiſius Ord. Praed. Acceſſit praeterea Vita Theophanis graece et latine, et Gloſſarium vocum mixobarbararum.

IX. ANASTASIVS, *Bibliothecarius* Romanae Eccleſiae et Abbas monaſterii S. Mariae trans Tiberim ſiti. Vixit ſub pontificibus Nicolao II, Adriano et Ioanne VIII. Ab imperatore Ludouico II. a. C. DCCCLXIX. ad Baſilium Macedonem legatus miſſus, concilio, quod tunc temporis Conſtantinopoli celebratum eſt, interfuit. Scripſit praeter alia multa Hiſtoriam Eccleſiaſticam ſermone latino, quae tota e Syncello, Nicephoro Patriarcha et Theophane Iſaacio ſumta eſt, (vnde inter ſcriptores hiſtoriae Byzantinae numeratur) et ab Adamo vsque ad imperatorem Leonem Armenum pertinet. Prodiit Pariſiis a. C. MDCXLIX. vna cum Vitis Pontificum eiusdem auctoris. Acceſſerunt Notae et Gloſſarium Caroli Annibalis Fabroti.

X. CHRONICON PASCHALE. de cuius auctore, niſi forte plures fuere, certi nihil conſtat, ab O C. vsque ad annum XVIII. imperii Heraclii pertinet. Prodiit Pariſiis a. C. MDCLXXXVIII. cura Caroli Du Fresne, Domini Du Cange, qui ſelecta quaedam veterum Monumenta ad illuſtrandum Chronicon et ſuas praeterea notas adiecit.

XI

XI–XIIII. CONSTANTINVS *Porphyrogenneta* imperator, Leonis Philoſophi filius, natus a. C. DCCCCV. Imperium ſuſcepit a. DCCCCXI. quod primum ſub Alexandri, patrui, deinde ſub matris Zoës tutela, tandem cum ſocero ſuo Romano Lacapeno vsque ad a. C. DCCCCXLV. denique vsque ad a. DCCCCLIX. ſolus adminiſtrauit. Inter ſcripta eius, praeter alia, numerantur, 1) Libri II. *de Thematibus* imperii orientalis et occidentalis, quibus prouinciae imperio Conſtantinopolitano ſubiectae enumerantur, et deſcribuntur. 2) Liber *de Adminiſtrando imperio*, quo plurium populorum res geſtae, eorum vires et coniunctio cum Romanis enarrantur. Quae quidem Anſelmus Bandurius Raguſinus presbyter ac monachus Benedictinus e congregatione Melitenſi cum ſcriptis aliorum auctorum, Anonymorum maximam partem in libro, quem *Imperium Orientale* inſcripſit, collegit, interpretatus eſt et notis illuſtrauit. Prodiit Imperium Orientale Pariſiis a. C. MDCCXI. II. Tomis, ſumtibus Io Baptiſtae Coignard. 3) Libri II. *de Caerimoniis Aulae Byzantinae*, qui cum interpretatione et animaduerſionibus Io. Henrici Leichii et Io. Iac. Reiſkii a. C. MDCCLI. et MDCCLIV. Lipſiae duobus Tomis prodierunt.

XV. Sub communi titulo SCRIPTORVM HISTORIAE BYZANTINAE POST THEOPHANEM cum interpretatione Franciſci Combefiſii, qui iam a. MDCLXXIX. obiit, Pariſiis a. MDCLXXXV. prodierunt:

1) ANONYMVS, qui iuſſu Conſtantini Porph. res ſub Leone Armeno, Michaele Balbo, Theophilo eiusque filio Michaele III. geſtas quatuor libris enarrauit.

2) CONSTANTINVS *Porphyrogenneta.* qui vitam et res geſtas aui ſui Baſilii Macedonis litteris conſignauit.

3) ANONYMVS Continuator Theophanis, qui res ſub Leone Philoſopho et reliquis imperatoribus vsque ad Romanum Conſtantini Porphyrogennetae filium geſtas perſequitur.

4) ANONYMVS, qui orthodoxorum Inuectiuam aduerſus Iconomachos ſcripſit.

5) IOANNES *Monachus Hieroſolymitanus*, cuius ibi exſtat de Iconomachis Narratio.

6) IOANNES *Cameniata*, et DEMETRIVS *Cydonius*, Theſſalonicenſes; quorum ille hiſtoriam excidii Theſſalonicenſis tempore Leonis Philoſophi, hic Monodiam de ciuibus, qui in diſſidiis, ſeditione ac tumultu inteſtino Teſſalonicae a. C. MCCCXLIII. perierunt, compoſuit.

7) GREGORIVS, qui vitam Baſilii Iunioris Anachoretae a. C. DCCCCLII. vel DCCCCLIV. extincti, deſcripſit, ex qua hic pars, de clade et interitu Conſtantini Ducae, exſtat.

8) SYMEON *Magiſter* et *Logotheta*, qui Metaphraſtae quoque nomine venit, vixit circa a. C. MCXL. ſcripſit Annales a Leone Armeno vsque ad Nicephorum Phocam.

9)

9) GEORGIVS *Monachus*, de cuius aetate ac vita nihil conſtat, vitas recentium imperatorum a Leone Armeno vsque ad Conſtantini Porphyrogennetae imperium, cum hic ſolus imperaret, enarrauit.

XVI. XVII. GEORGIVS CEDRENVS, Monachus Graecus, de cuius aetate ac vita nihil plane relatum legimus. Scripſit Compendium Hiſtoricum ab O. C. vsque ad a. C. MLVII., quod vna cum hiſtoria Ioannis Scylitzae Curopalatae, quae ad annum vsque MLXXX. pertinet, Pariſiis a. C. MDCXLVII. duobus Tomis cum interpretatione et notis Guillelmi Xylandri, quibus ſuas etiam notas Iac. Goar. et Gloſſarium Carolus Annibal Fabrotus adiecerunt, prodiit. Caeterum Ioannem Scylitzen potius primum hiſtoriam illam concinnaſſe, ex eoque ſua hauſiſſe Cedrenum Phil. Labbeus et Hambergerus demonſtrant.

XVIII. XIX. IOANNES ZONARAS, vir loco illuſtri natus, magni vigilum Praefecti et primi a Secretis muneribus Conſtantinopoli functus eſt. Domeſticis afflictus calamitatibus in monaſterium in monte Atho conceſſit, vbi amicorum adductus precibus, hiſtoriam ab O. C. vsque ad Alexii I. Comneni imperium concinnauit. Vixit adhuc a. C. MCXVIII. Annales eius Pariſiis duobus Tomis a. C. MDCLXXXVI. prodierunt, cura Caroli Du Fresne, qui Wolfianam editionem cum pluribus codicibus contulit, interpretationem latinam recenſuit, notasque adiecit. Acceſſerunt de Hebdomo Conſtantinopolitano diſquiſitio topo-

pographica et additamenta ad Conſtantinopolin Chriſtianam et Anonymi breue ſummarium Chronologicum.

XX. CONSTANTINVS MANASSES, Philoſophus in titulo graeco vocatur. vixit ſub Emanuele Comneno, vt ex eodem titulo et hiſtoria ipſa p. 52. apparet. Scripſit Breuiarium Chronicum ab Adamo vsque ad initia Alexii I. Comneni, verſibus heroicis. quod cum interpretatione Ioannis Leunclauii, eiusdem et Ioannis Meurſii notis, varietate lectionis cura Leonis Allatii et Caroli Annibalis Fabroti, itemque Gloſſario Graeco-barbaro eiusdem Fabroti. Prodiit Pariſiis a. MDCLV.

XXI. NICEPHORVS BRYENNIVS, Caeſar, Bryennii illius, qui ſub Nicephoro Botaniate imperium affectauit, nepos. rebus in bello ſtrenue geſtis ab Alexio I. Comneno Panhyperſebaſti titulo ornatus, filiam eiusdem Annam Comnenam in matrimonium accepit. obiit a. C. MCXXXVII. ſocrus ſuae Irenes conſilio hiſtoriam Comnenorum ſcribere aggreſſus, res eorum geſtas ab Iſaacii Comneni temporibus inde vsque ad initium imperii Alexii I. Comneni enarrauit. Prodierunt Commentarii eius Pariſiis cum interpretatione et notis Petri Poſſini Soc. Ieſu, a. C. MDCLXI. Notae Du Fresne Cinnamo ſubiunguntur.

XXII. ANNA COMNENA, Alexii I. Comneni imperatoris filia et vxor Nicephori Bryennii, nata a. C. MLXXXIII. obiit a. MCXLVIII. Hiſtoriam imperii

perii patris ſui, quam Alexiadem inſcripſit, contexuit. Prodiit Pariſiis a. C. MDCLI. cum interpretatione Petri Poſſini, eiusdem Gloſſario et Notis Danidis Hoeſchelii. Notae Du Freſne Cinnamo ſubiectae ſunt.

XXIII. IOANNES CINNAMVS, regius Grammaticus, floruit ſub imperatore Emanuele Comneno. cuius expeditionibus bellicis cum interfuiſſet, hoc ipſi occaſionem praebuit hiſtoriam Ioannis et Emanuelis Comnenorum conſcribendi, quam tamen non vltra a. C. MCLXXVI. produxit. In lucem edita eſt Pariſiis a. MDCLXX. Cornelio Tollio interprete. Interpretationem recenſuit et notas adiecit Du Fresne. Acceſſit Pauli Silentiarii Deſcriptio S. Sophiae.

XXIV. GEORGIVS *Acropolita*, magnus Logotheta, familiae Auguſtae cognatione iunctus fuit. vnde, vt ipſe memoriae prodidit, vndecim (vel vt alii, qui pro ἑνδεκαέτης, ἑκκαιδεκαέτης legendum putant, volunt, ſexdecim) annos natus a patre ad imperatorem Ioannem Ducam Nicaeam miſſus eſt; qui eum viris doctiſſimis Theodoro Exapterygo et Nicephorae Blemmidae per ſeptennium Rhetoricis, Mathematicis et Logicis diſciplinis imbuendam dedit. Succedente tempore eruditione ſua magnam adeptus eſt gloriam; a Theodoro II. Laſcari magnus Logotheta deſignatus et a Michaele Palaeologo a. C. MCCLXXIV. Lugdunum Gallorum miſſus eſt, vt eius nomine Synodo, quae ibi de eccleſiis latina et

graeca conciliandis celebrabatur, intereſſet. Obiit a. C. MCCLXXXII. Hiſtoria, quam concinnauit, res poſt captam a Latinis Conſtantinopolin vsque ad tempora Michaelis Pal geſtas continet. Duplex eſt eius hiſtoria, vberior altera, altera breuior, quam chronicon compendiarium inſcripſit. hoc quidem incipit a pag. 105. et vsque ad p. 148. pertinet.

Acceſſerunt 1) Ioëlis Chronographia compendiaria ab O. C. vsque ad imperium Alexii Ducae Murzuphli a. p. 149. vsque ad p. 186. 2) Ioannis Canani Narratio de bello Conſtantinopolitano a. C. MCCCCXXII. vsque ad p. 199. His ſubiunguntur Theodori Douſae et Leonis Allatii, interpretis, notae, huiusque de Georgiis et eorum ſcriptis Diatribe. Editio haec prodiit Pariſiis a. C. MDCLI.

XXV. NICETAS, a patria Chonis, Phrygiae vrbe, *Choniates* dictus, nouem annos natus Conſtantinopolin venit. vbi tandem ampliſſimas dignitates Logothetae Secretorum, Inſpectoris ac Iudicis veli et praefecti cubiculi obtinuit. Conſtantinopoli a Latinis capta, cum ſuis Nicaeam conceſſit, vbi circa a. C. MCCXVI. obiit. Hiſtoria eius res a temporibus Ioannis Comneni vsque ad imperium Henrici, Balduini I. fratris, geſtas complectitur. Prodiit Pariſiis a C. MDCXLVII. cum interpretatione et notis Hieronymi Wolffii et Gloſſario Caroli Annib. Fabroti. addita praeterea eſt tabula chronologica, qua res narratae ad ſuos quaeque annos reducuntur.

XXVI.

XXVI. XXVII. GEORGIVS PACHYMERES; qui ſe a maioribus quidem Conſtantinopolitanum, Nicaeae vero a. C. MCCXLII. natum et educatum, et in collegium ſacerdotum cooptatum fuiſſe memorat. Annos natus vndeuiginti Conſtantinopolin a. C. MCCLXI. a Michaele Palaeologo receptam delatus, inſignibus ibi in eccleſia et aula functus eſt muneribus. Praeter alia ſcripta hiſtoriam imperii Michaelis Palaeologi et filii eius Andronici Senioris compoſuit; quae Romae a. C. MDCLXVI. typis Barberinis duobus voluminibus vulgata eſt, Petro Poſſino interprete, qui obſeruationum libros tres addidit, quorum primus gloſſarium, ſecundus notas, tertius chronologiam exhibet. Priori volumini ſpecimen ſapientiae Indorum veterum e graeco latine verſam idem addidit Poſſinus.

XXVIII. XXIX. NICEPHORVS GREGORAS, Heracleae Ponticae, vt Bononius docet a. C. MCCXCV. natus, eruditione, quam Conſtantinopoli patriarcha Ioanne Glycy et magno Logotheta Metochite praeceptoribus vſus, acquiſiuit, aditum ad aulam reperit, et ad Chartophylacis dignitatem ab Andronico Iuniore prouectus eſt. Turbis in eccleſia durantibus, quas doctrina Barlaami excitauerat, varie afflictus, et in monaſterio, in quo habitabat, a. C. MCCCLI. in cuſtodia detentus fuit. Poſt a. C. MCCCLIX. nulla eius fit mentio, vt circa hunc annum obiiſſe videatur. Hiſtoriam ſuam ab a. C. MCCIV. quo Conſtantinopolis a Latinis capta eſt, inchoat, eamque ad

a. MCCCLI. producit. Prodiit Pariſiis a. C. MDCCII. duobus voluminibus. Libros XI. ab Hieronymo Wolfio in linguam latinam conuerſos Ioannes Boiuinus Soc. Ieſu recenſuit, qui reliquos quoque interpretatus eſt, et notis illuſtrauit. Acceſſerunt notae Hieronymi Wolfii, Caroli Du Fresne et Capperonnerii, praemiſſa denique eſt vita Nicephori ſatis fuſe enarrata.

XXX–XXXII. IOANNES CANTACVZENVS, loco illuſtri, patre Cantacuzeno Peloponneſo praefecto, natus, per Theodoram, cuius auunculus magnus fuit imperator Michael Palaeologus, familiam Auguſtam cognatione attigit. Litteris egregie excultus, prudentia in rebus gerendis, atque rei militaris peritia conſpicuus, ab Andronico Sen. praefecti cubiculo, a Iuniori vero, cui in paucis carus fuit, magni Domeſtici dignitate auctus eſt qui a. C. MCCCXLI. moriens eundem filiorum tutorem deſignauit. Sed ortis poſtea inter Cantacuzenum et Annam Auguſtam Ioannis Palaeologi matrem, diſſidiis, Conſtantinopoli excedens a. C. MCCCXLII. imperatoris titulum ſumſit. Poſt quinque annorum bellum et captam a Cantacuzeno Conſtantinopolin pace reſtituta, Ioannem Palaeologum imperii collegam ſibi adſciuit. Ortis denuo a. C. MCCCLV. diſcordiis, ſe imperio abdicauit, et in Atho monte monachi habitum, nomine Ioaſaphi, induit. vbi eum a. C. MCCCLXXXV. adhuc ſuperfuiſſe perhibent. Ibidem hiſtoriam ſui temporis compoſuit, quae libris IV. res ab a. C. MCCCXX. vsque ad MCCCLIV. geſtas complectitur. Prodiit Pariſiis

riſiis a. C. MDCXLV. tribus voluminibus, interprete Iacobo Pontano Soc. Ieſu, qui ſuas et Iacobi Gretſeri, eiusdem Societatis, notas adiecit. Vita Ioannis Cantacuzeni et officiorum palatinorum explanatione operi praemiſſis.

XXXIII. MICHAEL GLYCAS, de cuius aetate, patria et vita parum certi conſtat. Labbeus in Delineatione apparatus hiſtoriae Byzantinae et alii eum ſub Emanuele Comneno vixiſſe putant; Hambergerus autem eum circa a. C. MCCCCXLV. floruiſſe ex epiſtolis Glycae ad imperatorem Conſtantinum Palaeologum datis euincit. Annales ſcripſit ab O. C. vsque ad imperium Alexii I. Comneni, quos vsque ad Conſtantinopolin a Turcis captam Leunclauius, qui etiam interpretationem recenſuit, continuauit. Prodierunt Pariſiis a. C. MDCLX. cum Labbei notis. Acceſſerunt Michaelis Glycae tabulae e Codice Fontiſebraldenſi et diſputationes duae ad Ioannem Sinaiten et Ioannem Smeniotam monachos, latine.

XXXIV. XXXV. GEORGIVS CODINVS, a dignitate Curopalates dictus. Vltimis floruit Palaeologorum temporibus, et poſt captam a Turcis Conſtantinopolin adhuc ſuperſtes fuit. Exſtant eius 1) liber de officiis tam aulae quam eccleſiae Conſtantinopolitanae, quem Iacobus Gretſerus latinum fecit, notisque illuſtrauit. In lucem editus eſt Pariſiis a. C. MDCXLVIII. cum Notitiis recentium orientalium epiſcopatuum, ſtudio Iacobi Goar. 2) Excerpta de

originibus Conſtantinopolis, quae e variis auctoribus collegit. Interpretatus eſt et notas adiecit Petrus Lambecius, quibus et Meurſii nonnullae additae ſunt. Acceſſerunt Manuelis Chryſolarae epiſtola de comparatione veteris et nouae Romae. Anonymi collectanea de Antiquitatibus Conſtantinopolitanis, et breuis officiorum S. Magnae Eccleſiae conſpectus, interprete Bernhardo Medonio. Prodierunt Pariſiis a. C. MDCLV.

XXXVI. DVCAS, e familia Ducarum Auguſta ortus auum habuit Michaelem Ducam medicum. Capta a Turcis Conſtantinopoli, in Lesbum inſulam euaſit, ibique in aula principum Chriſtianorum Dominici et Nicolai Gateluzi verſatus, plures apud Turcos legationes obiit. Scripſit hiſtoriam, quae ab Adamo vsque ad obitum Andronici Iunioris breuiſſima eſt, inde vero vsque ad Lesbum a. C. MCCCCLXII. a Turcis captam vberius enarratur, in fine autem mutila eſt. Acceſſit chronicon breue graece et latine, quod annos O. C. et C. N. in margine adſcriptos habet, ab a. C. MLXXXIX. vsque ad a. MDXXIII. Prodiit Pariſiis a. C. MDCXLIX. cum interpretatione et notis Ismaelis Bullialdi.

XXXVII. LAONICVS CHALCOCONDYLAS, Athenienſis. Scripſit libros X. de Rebus Turcicis, ab a. C. MCCXCVIII. vsque ad a. MCCCCLXII. Prodierunt Pariſiis a. C. MDCL. Conrado Clauſero Tigurino interprete. His Leunclauius Annales Sultanorum Oſmanidarum ex ſcriptoribus Turcicis in latinum ſer-

ſermonem e turcico conuerſos adiecit, qui vsque ad a. C. MDLXXXVII. pertinent. Ad illuſtrandos praeterea annales Pandecten Hiſtoriae Turcicae addidit. acceſſit Index gloſſarum Caroli Annibalis Fabroti.

XXXVIII. CHRONICON ORIENTALE, ab Abrahamo Ecchellenſi latinitate donatum, continet ſeriem patriarcharum, iudicum et regum Iudaeorum. imperatorum Romanorum, Calipharum &c. Prodiit Pariſiis a. C. MDCLXXXV.

XXXIX. *Hiſtoria Byzantina* a Carolo Du Fresne, Domino Du Cange, Regi a Conſiliis, et Franciae apud Ambianos quaeſtore, illuſtrata. Prodiit Pariſiis a. C. MDCLXXX. ſumtibus Ludouici Billaine.

ET haec quidem de Scriptoribus Hiſtoriae Byzantinae praemiſiſſe, pro meo certe conſilio, ſufficere poſſe, arbitror. plura de iis et accuratiora qui deſiderant, Martinum Hankium inprimis, qui de ſcriptoribus hiſtoriae Byzantinae ſingulari libro egregie commentatus eſt, Io. Albert. Fabricium in Biblioth. Gr. Vol. VI. et Gerh. Io. Voſſium de Hiſtoricis Graecis conſulere poterunt. Caeterum de populis, quorum res geſtas hae continent memoriae, plura ex aliis ſcriptoribus Graecis, in Editione Veneta vulgatis, et Hiſtoriae Eccleſiaſticae ſcriptoribus praecipuis, qui et ipſi non pauca huc pertinentia memoriae prodiderunt, ſi quidem eos euoluendi occaſio

caſio erit, et DEVS O. M. vitam vireſque largietur, ſupplementi loco addere, animus eſt. Interim vt huic primo conatui lectores faueant, rogo. Scr. Petropoli d. VIII. Septembris A. MDCCLXXI.

GOTHICA

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

SVMMARIVM DE GOTHIS.

Gothorum Nomen.

VT nullam fere gentem barbaram ſuo peculiari ſemper nomine vocare, ſed aliena iis affingere, vel verum ignorantes, vel intempeſtiuam affectantes ſermonis caſtitatem, ſcriptores Byzantini ſolent; ita et Gothi apud illos non raro Scytharum nomine veniunt. Eosque praeterea olim Sauromatas, Melanchlaenos et Getas dictos eſſe produnt. Semel etiam ipſis Vandalorum nomen Cedrenus et Zonaras tribuunt.

Nationes Gothicae.

Vnius Gothorum gentis plures fuiſſe nationes, et inter praecipuas quatuor, Gothos puta, quo nomine Oſtrogothos fere intelligunt, Viſigothos ſeu Hypogothos, Vandalos et Gepaedes, numeratas eſſe, Procopius, et, qui eum ſequuntur, alii tradunt. Quos ideo, quod lingua iis, ſacra, leges, forma corporis, cutis et comae color, et reliqua praeter nomen omnia fuerint eadem, ad vnam pertinuiſſe gentem Procopius autumat. Nationibus Gothicis praeter illos a Byzantinis adnumerantur Heruli, Scirri, Rugi, Burguziones et Alani.

Gothorum Sedes et Migrationes.

Antiquas Gothorum ſedes in regionibus Maeoticae paludi vicinis, et inde magis ad Septemtriones ſitis quaerendas eſſe, ex pluribus Scriptorum Byzantinorum locis colligitur. Et inter alia Cherſoneſum Tauricam ipſam, ex parte ſaltim, ad ditionem eorum

olim pertinuiſſe, quae longo poſt tempore, Iuſtiniano I. imperante, in regione Dory adhuc ſupererant eorum, ſub nomine Gothorum Tetraxitarum, reliquiae, teſtatum faciunt. Quid? multis poſt ſaeculis regio illa Gothia, et incolae ſaeculo poſt C. N. XV. Gothi appellabantur. Ex his itaque regionibus, Hyperboreas Theophanes vocat, alii ſub finem Saeculi IV. egreſſi ſuperato Iſtro in Romani imperii prouinciis conſederunt, tandemque ſub Viſigothorum nomine in loca magis ad occidentem ſita, Galliam inprimis et Hiſpaniam commigrarunt; alii ſub finem demum Saeculi V. in Italiam, paucis remanentibus, abierunt, et hos quidem Oſtrogothos vocabant alii.

Hiſtoria Gothorum.

I.) Gothi iam Traiano imperante Romanum (circa a. C. 106.) infeſtarunt imperium. Centum fere et quinquaginta annis elapſis, quo temporis interuallo hiſtoria Byzantina de gente illa ſilet, ab imperio Decii (circa a. C. 250.) rurſum iteratis vicibus nunc Cimmerium Boſporum et Ponticum mare, nunc Iſtrum transgreſſi, Aſiam pariter atque Europam, vel oras claſſibus legentes, vel exercitibus pedeſtribus mediterraneos percurrentes tractus, crudeliſſime vaſtarunt. In Aſia quidem Bithynia, Pontus, Lydia, Cappadocia, Phrygia, Galatia et Cilicia; in Europa vero Moeſia, Thracia, Macedonia, Theſſalia, Graecia ad Peloponneſum vsque, Illyricum denique eorum arma experta ſunt. Attamen et ipſi non impune ſemper ſuas fecere irruptiones, ab Aemiliano inprimis, imperantibus Gallo et Voluſiano, a Claudio et Tacito imperatoribus (circa a. C. 270. 275.) cladibus affecti. Saeculo vero poſt C. N. IV. (a. C. 328.) Conſtantinus M. barbaris iſtis mala, quibus hucusque Romanos affecerant, arma in ipſorum fines, Iſtro traiecto, ſaepius infeſta portans, rependit. Quadraginta fere annis poſt (a. C. 367.) Valentiniano cum Valente fratre Romanum moderante imperium, Gothi cum fratrum altero, Valente, ſaepius armis congreſſi, plerumque diſceſſerunt victores. Sub idem tempus Hunni, iſti orbis vaſtatores, ſuis ſedibus egreſſi, atque in Europam effuſi, Gothos debellarunt, eosque vel ſeruire ſibi vel ſolum

vertere

vertere coegerunt. II.) Multi itaque illorum (a) ad eosdem Romanos, quos continuis hucusque vexarant bellis, Fridigerne et Athanarico ducibus, confugerunt ſupplices. Iisque, Valente Auguſto permittente, Iſtrum transgreſſis, in ſolo Romano ſedes aſſignatae ſunt. At Gothorum gens, huius in ſe collati beneficii parum memor, ſimulac Iſtro ſuperato ſe a periculo liberatam vidit, coitione facta, Romanorum, a quibus ſeruata erat, prouincias igni ferroque Conſtantinopolin vsque vaſtauit. Valens igitur, pace cum Perſis facta, eos armis ad officium reducere volebat; ſed cum proelio victus in caſulam cum paucis confugiſſet, ibi a Gothis crematus interiit. Gothi vero victores breui poſt a Theodoſio, quem contra illos Gratianus miſerat, ad internecionem fere caeſi ſunt. Circa ipſa porro Theodoſii imperatoris initia (a. C. 382) alia Gothorum portio ab Hunnis pulſa et a Romanis ſuſcepta eſt. Sed neque hi omnes innatum illud in Romanos odium depoſuerunt. Et cum iam in eo eſſet, vt, quod aliquamdiu ſub cinere latuerat, erumperet incendium, Frauitus, vnius Gothorum partis dux, Romanorum amicus, alterius et infidae partis principem, Erulfum, in conuiuio occidit, et ita Romanos a periculo, quod illis imminebat, liberauit.

Hiſtoria Oſtrogothorum.

Oſtrogothi cum aeque ac reliqui ab Hunnis debellati eſſent, victoribus, dum regnum eorum ſtabat incolume, paruerunt. Exſtincto vero Hunnorum cum filiis Attilae imperio (circa a. C. 468), Oſtrogothi ſe in libertatem vindicarunt ſub Valamere rege. Quo vita functo, filius ipſius Theodericus, et alius eiusdem nominis, Triarii filius, genti duces praefuerunt. Horum poſterior cum ſuis in Thraciam deſcendit, et poſt Aſparis, cuius ex fratre vxoris eius erat nepos, caedem bona ab illo relicta, praefecturam, quam ille geſſerat, exercitus, ſtipendia praeterea, et terram, quam inhabitaret, a Leone Auguſto poſtulans, ea maximam partem ab illo

(a) Haec de Gothis vniuerſe Scriptores Byzantini narrant; de Viſigothis vero intelligenda eſſe Iornandes docet.

impetrauit. At Zeno Auguſtus eundem, quippe qui Baſiliſci tyrannidem adiuuiſſet, hoſtem Romanorum iudicauit, altero Theoderico Patricii et Ducis exercitus dignitate ornato. Interim cum ambo illi, tam hoſtis, quam amicus, Romanas aeque infeſtarent prouincias, id Zeno agebat, vt, eos inter ſe committens, vtrumque nullo Romano ſanguine perderet. Quod eius illi ſubodorati conſilium, pace inter ſe facta, Romano hoſtes imminebant imperio. Zeno itaque, rebus ſuis cum timeret, Theoderico Triarii filio, quippe potentiori, conciliatus, Valameris filio magiſtratum abrogauit, et in eius locum alterum ſuffecit Theodericum. Hic autem cum breui poſt fortuita morte (a. C. 481.) deceſſiſſet, Theodericus Valameris F. ſolus imperio Oſtrogothorum potitus eſt, ideoque res Romana in maius adducebatur periculum. Quod cum aliter amouere Zeno non poſſet, Theoderico, vt in Italiam, quam Odoacer tyrannus occupauerat, cum gente ſua commigraret, (a. C. 488.) auctor fuit. Theodericus itaque Italia tota, victo et occiſo Odoacro, potitus eſt, eamque regis titulo per 37. annos inſigni cum gloria rexit. Cum Alarico et Hermenefrido, ille Viſigothorum, hoc Thoringorum rege affinitate coniunctus, vtramque gentem a Francorum, qui illis imminebant, metu liberauit. Francis poſtea aduerſus Burgundiones auxilio profectus, ex foedere cum illis icto Galliae quoque partem obtinuit. In Hiſpaniam adeo, quae Viſigothis parebat, praefectos miſit, donec Theudis ibi, conniuente, cum id impedire non poſſet, Theoderico, tyrannidem occupauit. Et haec quidem rerum Gothicarum vsque ad obitum Theoderici facies fuit. Theoderico in regno ſucceſſit (a. C. 526.) Atalaricus, eius ex filia Amalaſuntha nepos. Qui cum adhuc impuber eſſet, Amalaſuntha, patris inſiſtens veſtigiis, magna cum laude imperium adminiſtrauit. Filius autem, iuuenum, quos illi Gothi, inuita Amalaſuntha, colluſores adiunxerant, exemplum potius, quam pia matris ſecutus monita, inſigniter euaſit nequam. Sed breui poſt vitae diſſolutae poenas dedit, morte praematura (a. C. 534.) abreptus. Amalaſuntha cum ſibi poſt Atalarici obitum a Gothorum inſidiis, quibus iam antea petita fuerat, magis timendum eſſe facile videret, Theodatum, Tuſciae partis dominum, Theoderici ex Amalafrida ſorore nepotem, ad regnum vocauit. Quo ille ſimulac potitus eſt, non iuriſiurandi, quo fidem ſuam Amalaſunthae ſanctiſſime obſtrinxe-

ſtrinxerat, non collati in ſe beneficii, ſed veteris potius iniuriae, cum indignam eius priuati adhuc licentiam coercere Amalaſuntha annisa eſſet, vnice memor, ipſam in inſulam Vulſini lacus relegatam in cuſtodia teneri iuſſit: ibique illa breui poſt, ſi non imperante, at annuente Theodato, a Gothis quibusdam, incredibili Gothorum atque Italorum dolore, occiſa eſt. Et nunc, quaſi ſigno dato, bellum illud, cuius, ſuperſtite adhuc Amalaſuntha ab eo inde tempore, quo Iuſtinianus Lilybaeum promontorium ſibi, quippe Vandalorum victori, a Gothis reddi fruſtra poſtulauerat, iacta erant ſemina, erupit. Quod cum per viginti annos ſub Theodato, Vitige, Ildibado, Erarico, Totila et Teia regibus varia fortuna, nunc Romanis victoribus, nunc Gothis, geſtum eſſet, aliquoties plane, vt videbatur, exſtinctum de nouo exarſiſſet, a Narſete tandem, Teia rege in proelio occiſo, confectum, Gothorum vero gens funditus exſtirpata eſt.

Hiſtoria Viſigothorum.

Viſigothi ſub finem ſaeculi poſt C. N. IV. ab Hunnis pulſi, cum aliquamdiu imperatoribus Byzantinis foederati militaſſent, a Stilicone cum duce ſuo Alarico in occidentem euocati ſunt, vt Honorio Aug. Illyricum armis tenerent. Inde Italiam ingreſſi ſunt, ac Romam (a. C. 410.) captam diripuerunt. Mortuo breui poſt Alarico, ductu Adaulfi, qui ipſi in principatu ſucceſſerat, in Galliam, vnde in *Hiſpaniam* quoque effuſi ſunt, conceſſerunt Viſigothi: et tunc quidem regiones trans Rhodanum ſitas tenuerunt, donec tandem, Odoacro tyranno concedente, etiam reliqua Gallia vsque ad Alpes potiti ſunt. Adaulfus ille poſt initum cum Placidia matrimonium, et filium ex ea ſuſceptum, rempublicam Romanam magis amare videbatur; ſed non diu poſt a Gotho quodam, nomine Dobbio, prioris domini ſui eiusque Gothorum reguli necem vlciſcente, (a. C. 415.) occiſus eſt. Singericus, vi potius, quam ſuccedendi iure regnum adeptus, cum ſeptem tantum dies imperaſſet, iniuriam, qua Adaulfi familiam affecerat, morte luit. Huic Valias ſucceſſit, qui Honorio ſororem reddidit Placidiam. Hunc fatis functum Theodericus excepit. Quinquaginta circiter annis poſt iunior Alaricus Viſigothorum principatum tenuit. Eo regnante (circa a. C. 493.) Viſigothi Theoderici Oſtrogothorum et

Italorum

Italorum regis contra Francos implorarunt auxilium. Hic itaque, foedere cum illis iuncto, eorum regi Alarico filiam ſuam Theudichuſam in matrimonium dedit. Hinc Franci, Theoderici metu, aliquamdiu quieuerunt; ſed poſtea viribus auctiores iterum mouerunt in Viſigothos arma. Quo cognito Alaricus ſocerum aduocavit. Qui antequam adeſſet, a Viſigothis ſuis proelio ad Carcaſſonem vrbem cum Francis decernere coactus eſt, ibique, ſuis ad internecionem prope caeſis, occubuit. Cum vero Theodericus cum exercitu appropinquaret, Franci, Carcaſſone, quam obſidebant, relicta, in regiones vltra Rhodanum ad Oceanum ſitas conceſſerunt. Theodericus itaque nihil aliud egit, quam vt, Giſelico, quem interea Viſigothi regem ſalutauerant, ſublato, regnum in Amalaricum, cuius ipſe tutelam ſuſcepit, transferret: iisque peractis in Italiam rediit. Amalaricus poſtea ſibi a Francorum potentia, quae in dies augeſcebat, timens, regis eorum Theodeberti ſororem in matrimonium duxit; Galliam autem cum Oſtrogothis eorumque rege Atalarico ita diuiſit, vt his regionibus cis Rhodanum cederet, partes vero trans fluuium ſitas ſibi retineret. Non multo tempore elapſo cum Amalaricus vxorem ad Ariana ſacra perducere conaretur, Theodebertus factam ſorori ſuae iniuriam armis vindicare aggreſſus eſt. Hic acri commiſſo proelio, Viſigothi magna clade affecti ſunt, et rex Amalaricus ipſe occiſus eſt. Gentis itaque reliquiae, cum nihil aliud ipſis ſupereſſet, in Hiſpaniam ad Theudin, qui ibi Viſigothos regebat imperio, conceſſerunt.

GENE-

GENEALOGIAE
Regum Gothicorum.

VALAMER
Oſtrogothis poſt Attilae filios imperat.
a. c. 468 —

- Theodemunthus.
- THEODERICVS, Oſtrogothorum et Italorum rex ab a. c. 488—526.
  - Theudichuſa. maritus Alaricus iunior, Viſigothorum rex.
  - Amalaſuntha, (maritus Eutherico conſul) filio adhuc impubere, regnum adminiſtrat, ab a. c. 526—534.
    - ATALARICVS, rex ab a. c. 526—534.
    - Mataſuntha. maritus 1. Vitigis Oſtrogothorum rex. 2. Germanus, Iuſtiniani Aug. ex fratre nepos.
- Amalafrida. maritus Traſamundus Vandalorum rex.
  - THEODATVS, rex ab a. c. 534—537.
    - Theodegiſclus.
    - Theodenantha. maritus Eurimuth.
  - Ameloberga. maritus Hermenefridus Thoringorum rex.
    - Amalafridus.

N N.

- N N. filia. maritus Aſpar.
- Triarius.
  - Theodericus, Oſtrogothorum partis dux † 481.

N N.

- N N.
  - VITIGIS rex ab a. c. 537—541. vxor Mataſuntha.
- Vlitheus.
  - N N. filia.
    - Vraias.

N N.

- N N. filia.
  - ILDIBADVS, rex a. c. 540. 541.
  - N N.
    - TOTILAS, rex ab a. c. 542—553.
- Theudis. rex Viſigothorum in Hiſpania.

ERARICVS, Rugus natione, Oſtrogothorum, rex a. c. 542.

Fredigernes.

- TEIAS, rex Oſtrogothorum vltimus a. c. 553.
- Aligernus.

FREDIGERNES & ATHANARICVS,
reges Gothorum tempore Valentis Aug.

FRAVITVS & ERVLFVS,
duces Gothorum tempore Theodoſii M.

ALARICVS I.
Viſigothorum rex † a. c. 410.

NN.
NN. vxor Alarici.
ADAVLFVS, rex ab a. c. 410 — 415.
vxor 1. NN.
NNN. 2. Placidia Soror Honorii Aug.
Theodoſius.

NN.
Sarus.
SINGERICVS, rex diebus 7.

VALIAS, rex a. c. 415. 416.

THEODERICVS, rex a. c. 416 —

ALARICVS II. — concubina.
vxor, Theudichuſa, filia Theoderici Oſtrogothorum et Italorum regis. a. c. 493 —
GISELICVS. rex. a. c. ***

NN. Filia.

AMALARICVS, rex a. c. ***
vxor, Soror Theodeberti Francorum regis.

THEVDIS,
rex Viſigothorum in Hiſpania, auunculus Ildibadi, Oſtrogothorum regis.

VIRI

VIRI INTER GOTHOS ILLVSTRES.

Saeculo IV.

Euſilas (Εὐφιλας), Hulſiam Anaſtaſius Bibliothecarius vocat, primus Gothorum Epiſcopus.

Saec. V.

Bellerides (Βελλεριδης), Sari domeſticus, a Romanis occiſus. Quae caedes defectionis Sari cauſa fuit.

Dobbius (Δοββιος), Adaulfi domeſticus, huius caede prioris domini necem vlciſcitur.

Sigeſarus (Σιγησαρος) Viſigothorum temporibus Adaulfi Epiſcopus.

Gainas (Γαινας) imp. Arcadio rebellionem facit, occiditur.

Oſtrus (Οςρος) comes, ob Aſparis caedem CP. tumultum excitat.

Sidimuntus (Σιδιμουντος) regionis circa Epidamnum tempore Zenonis dominus.

Aedingus (Αιδοιγγος), Sidimunti auunculus, Verenae Aug. domeſticis praefectus.

Soas (Σοας l. Ζοας) in exercitu Gothorum ſecundum a Theoderico Valameris filio gradum tenuit.

Dagitheus (Δαγιθεος) vnus e proceribus, vt videtur, Gothorum.

Gento (Γεντων) dux, Romanorum ſtipendiarius, in Epiro degebat.

Saec. VI.

Godas (Γοδας) a Gelimere Vandalorum rege Sardiniam cum annui tributi onere obtinet, tyrannidem affectans a Tzazone occiditur.

Optaris (Οπταρις) Theodatum regem occidit.

Duces in bello Gothico tempore Iuſtiniani I. in Italia geſto inclaruerunt.

Marcias (Μαρκιας).

Leuderis (Λευδερις).

Pitzas (Πιτζας).

Beſſas (Βεσσας).

Vnilas (Οὐνιλας).

Piſſas (Πισσας).

Viſandus Bandalarius. (Οὐισανδος Βανδαλαριος).

Vacis (Οὐακις).

 Albes

Albes (Αλβης).
Vlias (Οὐλιας).
Vacimus (Οὐακιμος).
Siſigis (Σισιγις).
Viliaris (Οὐιλιαρις l. Οὐλιαρις).
Bleda (Βλεδα).
Rudoricus (Ρουδοριχος).
Recimundus (Ρεκιμουνδος).
Osdas (Οσδας).
Scipuar (Σκιπουαρ).
Giblas (Γιβλας).
Gundulf (Γουνδουλφ).
Ragnaris (Ραγναρις).
Morrhas (Μοῤῥας).
Vsdrilas (Οὐσδριλας).
Goar (Γοαρ).
Cocas (Κοκας).

Scriptores de Gothis.

E Scriptoribus Byzantinis qui Gothorum meminerunt, hi ſunt: Eunapius Sardianus, Olympiodorus Thebaeus, Priſcus Rhetor, Malchus Philadelphenſis, Candidus Iſaurus, Petrus Magiſter, Procopius Caeſarienſis, Agathias Scholaſticus, Auctor Chronici Paſchalis, Conſtantinus Manaſſes, Georgius Syncellus, Theophanes Iſaacius, (Anaſtaſius Bibliothecarius), Conſtantinus Porphyrogenneta, Georgius Cedrenus, Ioannes Zonaras, Anonymus Bandurii, Suidas, Cinnamus, Ioël, Nicephorus Gregoras, Georgius Codinus, Chalcocondylas.

Antiquiſſima Gothorum memoria, de gente ſcilicet a Magog orta, et bello Gothico tempore Traiani, in Chronico Paſchali occurrit. Hadriani et reliquorum, vsque ad Philippum Arabem, Auguſtorum imperia hiſtoriae Gothicae monumentis deſtituuntur.

Quae inde ſequuntur vsque ad gentem ab Hunnis vel ſubiugatam vel ſedibus ſuis, tempore Valentis Aug., eiectam, ea Auctor Chronici Paſchalis, Georgius Syncellus, Petrus Magiſter, Theophanes, Cedrenus et Zonaras produnt, quaedam etiam Codinus et Anonymus Bandurii attingunt. Haec caeterum periodus duabus lacunis, ab imperio puta Floriani vsque ad imperium Conſtantini Chlori,

Chori, et ab obitu Conſtantini M. vsque ad initia Valentis, deformatur.

Gothorum poſt bellum Hunnicum migrationem, et res vsque ad mortem Valentis geſtas, fuſiſſime narrat Eunapius, earum meminerunt Theophanes, Cedrenus, Zonaras, Suidas, Conſtantinus Manaſſes, Iöel: qui, ſi Zonaram et Suidam excipias, cladem, qua Gothi a Theodoſio affecti ſunt, referunt. Alterius gentis migrationis, quae imp. Theodoſio M. contigit, et ducum Frauiti et Erulfi memoriam vnicus Eunapius conſeruauit.

Res Viſigothorum ab Alarico inde vsque ad Amalaricum et Theudin Viſigothorum reges Procopius inprimis et Olympiodorus enarrant, multa de illis Theophanes, Cedrenus, Zonaras, pauca quaedam, qui Theophanem ſequitur, Conſtantinus porphyrogenneta, Priſcus praeterea, Conſtantinus Manaſſes et Auctor Chronici Paſchalis habent. Sed plures deprehenduntur in Hiſtoria Viſigothorum, et maxima quidem inter Theoderici et Alarici iunioris imperia, lacunae. Res Odoacri geſtas e Procopio, Theophane, Candido Iſauro et Malcho diſcimus.

De Oſtrogothis (Gothos ſimpliciter, etiam vbi eos Viſigothis opponunt, vocant Scriptores Byzantini) ab Arcadii inde imperio vsque ad imperium Leonis I. ſeu imperii Hunnici interitum Priſcus, Procopius, Theophanes, auctor Chronici Paſchalis, et Cedrenus nonniſi pauca et ſparſa quaedam produnt. Quae vero vterque Theodericus vsque ad annum vndecimum imperii Zenonis, ſeu Oſtrogothorum in Italiam migrationem, geſſit, ea Malchus, isque, ſi, quae de Theoderici Triarii filii morte Theophanes habet, excipias, Byzantinorum ſolus refert. Oſtrogothorum migrationem ipſam Procopius et Theophanes, reliqua vero Theoderici, tam ante imperium quam in imperio, geſta Procopius, Auctor Chronici Paſchalis, Theophanes, Cedrenus, Zonaras, et quaſi in tranſitu Cinnamus, narrant. Res tandem a Theoderici regis obitu vsque ad abſolutiſſimum gentis interitum geſtas Procopio, et, qui eius hiſtoriam continuauit, Agathiae debemus, pauca Theophane, Conſtantino Manaſſe, Conſtantino Porphyrogenneta, Cedreno et Zonara delibantibus.

De Gothis denique Tetraxitis, et Gothis Cherſoneſi Tauricae incolis Procopius, Theophanes, Nicephorus Gregoras, Codinus et Chalcocondylas varia memoriae produnt.

INDEX
Capitum et Paragraphorum.

CAPVT I. *Bella Romanos inter et Gothos a temporibus inde Traiani vſque ad initia Valentiniani et Valentis geſta, Gothorum ab Hunnis pulſorum migratio in Thraciam. Bellum Romanis perfide illatum, a Gratiano confectum. Alia Gothorum portio ab Hunnis pulſa et a Theodoſio I. ſuſcepta. ab a. c.* 106-382.

§. 1. Gothi ex Magog orti.

§. 2. Traiani in Gothos expeditio.

§. 3. Decius in Gothos expeditione ſuſcepta, vna cum filio occiditur.

§. 4. Gallus imp. Gothis tributum promittit. Hi parum ſibi dari queſti, alii Italiam, Macedoniam, Theſſaliam, Graeciam alii, alii Aſiam infeſtant. Aemilianus Barbaros vincit.

§. 5. Carpi tributum poſtulant, cum et Gothi accipiant.

§. 6. Gothi Valeriano et Galieno impp. Thraciam praedati, Theſſalonicam obſident. Praeda onuſti redeunt.

§. 7. Heruli gens Gothica a Galieno profligati. Scythae Gallos premunt.

§. 8. Gothi Aſiam minorem vaſtant; Odenato in eos proficiſcente abeunt.

§. 9. Gothi a Maeotide palude venientes Aſiam et Europam vaſtant. Athenas capiunt, a Claudio terra marique victi. Sirmium a Romanis receptum.

§. 10. Aurelianus in expeditione contra Scythas ſuſcepta occiditur.

§. 11. Scythae Maeotide palude et Phaſide amne ſuperatis Aſiam minorem infeſtantes a Tacito funduntur.

§. 12. 13. Conſtantinus Scythas, Iſtro ponte lapideo iuncto, domat.

§. 14. Gothorum multi religionem Chriſtianam amplectuntur.

§. 15. Oraculum Chalcedonenſe de Scytharum eruptione.

§. 16. Valens expeditionem aduerſus Gothos ſuſcipit.

§. 17. Valentinianus Valenti auxilia aduerſus Gothos mittere detrectat,

§. 18.

§. 18. *Traianus dux proelio a Gothis victus.*
§. 19. *Gothi ab Hunnis victi. Phritigernes et Athanaricus Goth. duces. Ille contra hunc a Valente auxilia impetrat.*
§. 20. *Scythae a rege ſuo auxilio Procopio miſſi, intercluſo in Scythiam reditu arma tradere coguntur; per vrbes diſperſi in cuſtodia libera habentur.*
§. 21. *Scytharum rex e captiuis nobiliores repetit, fruſtra. Inde exortum bellum pactionibus componitur.*
§. 22. *Scythae ab Hunnis victi, Iſtrum traiiciendi facultatem Romanos rogant; Valens eos traditis prius armis recipi iubet.*
§. 23. *Scythae tranſitum ſibi vi aperire conati caeduntur; multi cum armis, conniuentibus Romanis, traiiciunt.*
§. 24. *Scythae in immenſam multitudinem aucti, rebellant.*
§. 25. *Valens hac re coactus pacem cum Perſis facit; Saracenorum equitatum Cplin praemittit.*
§. 26. *Gothi Rom. prouincias vaſtant; Valens proelio ab illis victus et in tuguriolum fuga elapſus comburitur. Mauia Saracenorum regina et Valentis vxor exercitu emiſſo, Gothos ab vrbe repellunt.*
§. 27. *Theodoſius a Gratiano contra Gothos miſſus eos occidione caedit.*
§. 28. *Scythae ab Hunnis pulſi, a Theodoſio recipiuntur; rebellionem moliuntur.*
§. 29. *Phrabitus Romanae rei ſtudioſus Erulfum perfidum in conuiuio occidit.*

CAPVT. II. *Res Viſigothorum ſub Regibus Alaricho, Adaulpho; Singericho, Valia, Theudericho, (Odoacro), Alaricho iun., Giſelicho, Amalaricho, Theudis denique, Viſigothorum in Hiſpania rege, geſtae, ab a. C. 395-534.*

§. 30. *Variae nationes Gothicae. Earum ſedes, lingua, religio.*
§. 31. *Viſigothi Alaricho duce in Italiam penetrant. Sintne ab Honorio euocati, incertum.*
§. 32. *Viſigothi Italia vaſtata, Roma capta, in Galliam commigrant.*
§. 33. *Roma quo pacto ab Alaricho ſit capta.*

§. 34.

§. 34. *Attalus ab Alaricho Romanorum imperator declaratus, ab eodem ad vitae priuatae conditionem redactus in cuſtodia habetur.*

§. 35. *Stipendia Alaricho, vivente adhuc Stelichone a Romanis penſa, Alarichus a Serena Stelichonis vxore, Romam euocatus.*

§. 36. *Buccellarii, Foederati, nomina Gothis tributa. Eorum primarii viri Optimates dicti.*

§. 37. *Statua inaugurata Alarichi in Siciliam traiectum impedit.*

§. 38. *Moritur Alarichus, ſuccedente Adaulpho.*

§. 39. *Adaulphus, auctore Attalo, ſe Iouino eique inuito adiungit.*

§. 40. *Sarus ad Iouinum tendens ab Adaulpho, ei cum exercitu occurrente, occiditur.*

§. 41. *Sebaſtiani caput, eiusque fratrem Iouinum ad Honorium Adaulphus mittit.*

§. 42. *Honorius ab Adaulpho Placidiam repetit; hic ab illo promiſſum frumentum poſcit.*

§. 43. *Adaulphus ad Maſſiliam, quam dolo capere cogitabat, victus a Bonifacio.*

§. 44. *Adaulphus Conſtantio Placidiam repetenti grauiores praetexit poſtulationes.*

§. 45. *Nuptiae Adaulphi et Placidiae Narbonae celebrantur.*

§. 46. *Romae quatuor annis poſt, quam a Gothis capta erat, ſtatus.*

§. 47. *Intenſius Adaulphi erga remp. Rom. poſt ſuſceptum ex Placidia filium ſtudium; obitus huius filii.*

§. 48. *Adaulphus a Gotho quodam, prioris ſui domini necem vlciſcente, interfectus.*

§. 49. *Singerichi regis in familiam Adaulphi crudelitas, caedes. Succeſſor ejus Valia.*

§. 50. *Tres ſtatuae argenteae breui ante Gothorum, Hunnorum et Sarmatarum eruptionem in Thracia effoſſae.*

§. 51. *Gothi a Vandalis cur Truli vocati ſint.*

§. 52. *Valia Placidiam Honorio reddit. Mortuo Valia, Theuderichus ſuccedit.*

§. 53. *Attilae Valentiniano et Gothis bellum inferendi molimina.*

§. 54. *Gothi Romanorum in Gallia ſocii.*

§. 55. *Nigidio in Gallia cvm Gothis oritur diſſidium.*

§. 56.

§. 56. *Odoacer imperio occident. potitur, regis nomen ſumit.*

§. 57. *Romanorum occidentalium ad Zenonem de patricii dignitate Odoacro conferenda legatio.*

§. 58. *Auguſtulo pulſo, Italia, ipſaque Roma Odoacer potitur. Galli in eum rebellant; Zeno Odoacro ſtudet.*

§. 59. *Viſigothi primum Galliae trans Rhodanum domini; Odoacri conceſſu omnem Galliam ad Alpes vsque obtinent.*

§. 60. *Thoringi et Viſigothi Germanorum metu inducti, ſibi Theudericum Oſtrogoth. regem iungunt foedere.*

§. 61. *Franci et Gothi, Burgundionibus bello victis, partem Galliae obtinent.*

§. 62. *Germani Viſigothis bellum inferunt. Ad vrbem Carcaſſonem confligitur, Viſigothi victi, caeſus eorum rex Alaricus. Carcaſſo obſeſſa.*

§. 63. *Viſigothi regem declarant Giſelicum. Germani aduentante Theoderico Carcaſſonis obſidionem ſoluunt. Theodericus ſublato Giſelico Amalaricum Viſigothorum regem deſignat. Theſauro regio ſublato, Rauennam abit.*

§. 64. *Gallia et Hiſpania a Theoderico per praefectos reguntur. Gothi et Viſigothi mutuis connubiis affinitates contrahunt.*

§. 65. *Theudis Viſigothorum in Hiſpania imperio potitur, conniuente Theoderico.*

§. 66. *Amalaricus Regis Theodeberti filiam ducit. Galliam Gothi et Viſigothi inter ſe diuidunt.*

§. 67. *Theodebertus, ob iniuriam filiae illatam, Amalarico bellum infert, eoque et vita et regno ſpoliato, Galliae, quae Viſigothis paruerat, potitur. Viſigothi reliqui in Hiſpaniam abeunt.*

§. 68. *Gelimer legatos, auxilia aduerſus Romanos rogatum, ad Theudin mittit, qui ibi de perdito rerum ſuarum ſtatu edocentur.*

§. 69. *Gelimeris ad Theudin, ſi res male cederet, confugiendi conſilium.*

CAPVT. III. *Res Gothorum Orientalium ſub Ducibus inprimis Teoderico Valameris et Theoderico Triarii F F. vsque ad huius obitum geſtae. ab a. c. 395 - 481.*

§. 70. *Gothi traiecto Iſtro primum Pannoniam occupant, poſt in Thracia ſedes accipiunt, tandem in occidentis imperium inuolant.*

§. 71. *Caeſi Gothorum multi in Laemomacellio, alii in mare praecipitati.*

§. 72 *Gainae Gothi rebellis caput CP. traducitur.*

§. 73. *Hunni Gothorum linguam affectant.*

§. 74. *Scirri a Leone I. contra Gothos auxilia impetrant.*

§. 75. *Scythae (Hunni) et Gothi a Romanis obſeſſi fame premuntur; inducias a Romanis impetrant, mutua ſe, dolo Hunni cuiuſdam, caede conficiunt, alii a Romanis caeduntur.*

§. 76. *Corpus Symeonis ſtylitae ab Ardaburio cum praeſidio Gothico Antiochiam deportatur.*

§. 77. *Menas Praefectus Vigilum, variorum accuſatus, a Gotho quodam occiditur.*

§. 78. *Ob caedem Aſparis et Ardaburii Gothi CP. tumultum excitant.*

§. 79. *Valamer poſt Attilae filios Gothis imperat.*

§. 80. *Leo de foedere iungendo legatum ad Gothos mittit, conditiones ab iis latas reiicit.*

§. 81. *Gothi Arcadiopolin capiunt, loca Philippis circumiecta vaſtant.*

§. 82. *Gothi fame preſſi pacem cum Romanis iungunt, conditiones illius.*

§. 83. *Gothi vt Zeno Theoderico Triarii Filio conciliari velit, rogant, eius in Romanos beneficia, Theoderici Valameris F. maleficia exponunt.*

§. 84. *Imperator de his rebus cum ſenatu et exercitu deliberat; Romanorum hoſtis iudicatur Theodericus Triarii F.*

§. 85. *Legati Gothorum diutius CP. retinentur; proditores a Romanis puniuntur.*

§. 86. *Theodericus Valameris F. facultatibus ſuis a Rom. ducibus ſpoliatus, defectionem facit, Tobos (Stobos) Macedoniae vrbem euertit, Theſſalonicam obſidet.*

§. 87. *Legati ad ipſum de pace mittuntur.*

§. 88. *Theodericus legatos Byzantium mittit, exercitum a caedibus et incendiis continet, ab Herackae Archiepiſcopo muneribus placatur.*

§. 89.

§. 89. *Pax cum Theoderico Valameris F. iungitur, ſedes ei in Pantalia regione aſſignantur, commeatus proſpicitur.*
§. 90. *Theodericus V. F. cum Sidimunto de Epidamno et Epiro in poteſtatem ſuam redigendis agit.*
§. 91. *Sidimuntus ciuibus et militibus Rom. vt Epidamno excedant, perſuadet.*
§. 92. *Theodericus a Sidimunto Epidamnum aduocatus, prius Heracleam incendit.*
§. 93. *Theodericus cum exercitu in Epirum contendit, Lychnedum fruſtra tentat, Epidamnum occupat.*
§. 94. *Adamantius ad eum legatos mittit, de pace violata queſtum, Sabinianus dux creatus Gothos adoriri non audet.*
§. 95. *Adamantius Theodericum ad colloquium inuitat.*
§. 96. *Ad caſtrum quoddam non procul Epidamno conueniunt.*
§. 97. *Colloquium Adamantii et Theoderici.*
§. 98. *Solutum Gothorum iter Sabiniano nuntiatur; hic ipſis inſidias ſtruit.*
§. 99. *Sabinianus Gothos ex improuiſo adortus fundit, ac magna praeda potitus Lychnedum reuertitur.*
§. 100. *Pacem cum Gothis diſſuadent Romanorum duces.*
§. 101. *Theodericus Tr. F., Zenoni contra Marcianum rebellem auxilium ferendi ſpecie, CPin petit.*
§. 102. *Zeno, qui ipſi diſceſſum perſuadeat, mittit, fruſtra.*
§. 103. *Pelagius ipſum minis et promiſſis, vt a propoſito diſcedat, adducit.*
§. 104. *Procopium et Buſalbum Zeno fruſtra a Theoderico repetit.*
§. 105. *Heraclius dux a ſuis redemtus, in itinere a Gothis occiditur.*
§. 106. *Zeno Theodericum Tr. F. vt pacem et vitam priuatam amplectatur, monet, fruſtra.*
§. 107. *Zeno bellum parat, Theodericum V. F. expeditionem contra alterum Theodericum ſuſcipere iubet.*
§. 108. *Imperator, poſcente id Theoderico, ſe numquam a pactis receſſurum, Senatores et Duces exercitus ſe nunquam Theoderico Tr. F. conciliatum iri iurant, auxilia ex diuerſis partibus promittunt.*
§. 109. *Theodericus V. F. nusquam Rom. auxilia offendit, ad Sondin leuibus pugnat cum alterius Theoderici copiis proeliis.*

§. 110. *Theodericus Tr. F. alteri perfidiam in Gothos exprobrat.*

§. 111. *Theoderici V. F. milites ſermonem illius amplexi; contra Ducem ſuum inſurgunt.*

§. 112. *Theodericus Tr. F. eorumdem, quorum pridie, Theodericum V. F. accuſat, huius exercitus pacem importune poſtulat.*

§. 113. *De pace inter vtrumque conuenit, legatos ad Zenonem mittunt, poſtulata eorum.*

§. 114. *Zeno perfidiam Theoderico V. F. exprobrat, eumque contra alterum Theoder. armare nititur.*

§. 115. *Zeno Theoderico V. F. alteri bellum inferre recuſanti, bellum facere parat.*

§. 116. *Exercitu miſſo facto, vt pacem inter ſe faciant concedit imperator. Theodericus V. F. Thraciam vaſtat.*

§. 117. *Zeno pace cum Theoderico Tr. F. facta, abrogatum alteri Theoderico magiſtratum, huic tribuit.*

§. 118. *Theodericus Tr. F. agrum Rom. inuadit, proditionem metuens recedit, moritur.*

CAPVT. IV. *Res Gothorum ab Italia a Theodorico Valameris F. capta vsque ad ortam Gothos inter et Romanos de Lilybaeo Siciliae promontorio controuerſiam geſtae ab a. c.* 488. - 534.

§. 119. *Theodericus, ſuaſu Zenonis, cum tota Gothorum gente in Italiam abit, eaque pulſo Odoacro occupata, regium titulum ſumit.*

§. 120. *Theodericus praetorianos milites Romae, vt ante, eſſe iubet; pauperibus frumentum ex publico attribuit.*

§. 121. *Theodericus innocentiae oppreſſae vindex ſeuerus, legislator.*

§. 122. —— *Diaconum in ſuam gratiam Arianiſmum amplexum occidit; concilio indicto Romae Pontificem Symmachum conſtituit.*

§. 123. *Gothorum et Beſſorum auxilia ab Anaſtaſio orientis Duci ſubmiſſa.*

§. 124. *Vitaliani Patricioli Foederatorum comitis filii rebellio.*

§. 125. *Hormisdas Papa, a Theoderico ſollicitatus, legatos ad concilium Heracleae indictum mittit.*

§. 126.

§. 126. *Traſamundus Vandalorum rex ſororem Theoderici Amalafridam in vxorem, et dotis loco Lilybaeum promontorium a Theoderico accipit.*

§. 127. *Theodericus a Vandalis, ob Amalafridam ab Ilderico in cuſtodiam datam, et occiſos illius comites Gothos, alienatur.*

§. 128. *Theodericus Ioannem Papam, pro Arianis apud Iuſtinum imp. interceſſurum, Byzantium mittit.*

§. 129. *Beliſarius Gothorum auxilio ortam contra Iuſtinianum I. ſeditionem diſſipat.*

§. 130. *Imperii Gothorum ante bellum Italicum limites.*

§. 131. *Godas Gothus Sardiniam a Gelimere ſub tributi onere accipit, tyrannide affectata occiditur.*

§. 132. *Beliſarius Lilybaeum promontorium a Gothis repetit, fruſtra.*

CAPVT. V. *Res Gothorum Italiae dominorum ſub Theoderico, (Atalarico), Amalaſuntha et Theodato vsque ad bellum ipſis a Iuſtiniano I. indictum geſtae ab a. c. 479 - 534.*

§. 133. *Scirri, Alani, gentes Gothicae, Romanorum ſocii, in Romanos iniurii.*

§. 134. *Odoacer Italiae tyrannus.*

§. 135. *Zeno Theoderico, vt contra Odoacrum in Italiam proficiſcatur, perſuadet.*

§. 136. *Theodericus cum vniuerſa Gothorum gente Italiam petit, magnam eius partem ſubigit, Caeſenam et Rauennam obſidet.*

§. 137. *Pacta inter Odoacrum et Theodericum inita. Odoacri caedes.*

§. 138. *Theodericus Gothorum et Italorum rex, vtrisque cariſſimus.*

§. 139. *Symmachus et Boëtius conſulares iniuſte a Theoderico occiſi, huius iniuriae conſcientia mire exagitatus Theodericus in morbum incidit, quo moritur.*

§. 140. *Atalaricus auo in imperio ſuccedit, ſub tutela Amalaſunthae.*

§. 141. *Liberalis Atalarici educatio Gothis diſplicet, qui eum barbaro more educari volunt; Amalaſuntha eorum voluntati cedit.*

§. 142. *Atalaricus inſigniter nequam euadit; Gothi in Amalaſuntham conſpirant; haec tres praecipuos ſeditionis auctores a ſe inuicem diſtractos in extremam amandat Italiam, parum hac re proficit.*

§. 143. *Amalaſuntha ſuum Byzantium confugiendi conſilium Iuſtiniano ſignificat; trium coniurationis principum caedem Gothis nonnullis demandat, nauem cum gaza Epidamnum praemittit.*

§. 144. *Caede peracta nauem reuocat, Rauennae manens regnum adminiſtrare pergit.*

§. 145. *Theodatus Theoderici ex ſorore nepos, Tuſciae dominus, in vicinos iniurius.*

§. 146 *Theodatus cupiditatem ſuam ab Amalaſuntha reprimi moleſte ferens, ſuum de Tuſcia Iuſtiniano tradenda conſilium legatis imperatoris aperit.*

§ 147. *Amalaſuntha ob infirmam filii valetudinem ſollicita, ſibique a Gothis timens, Gothorum ac Italorum regnum in Iuſtinianum transferre cogitat.*

§. 148. *Iuſtinianus de rebus Amalaſunthae cognitum legatos in Italiam mittit, alias legationis cauſas praetexens.*

§. 149. *Litterae Iuſtiniani ad Amalaſuntham, et Amalaſunthae ad Iuſtinianum; arcana mandata legatis ab vtroque data.*

§. 150. *Iuſtinianus cognitis Amalaſunthae, Italia, et Theodati, Tuſcia ſibi cedendi conſiliis, Petrum in Italiam mittit.*

§. 151. *Tuſci de Theodati iniuriis apud Amalaſuntham conqueruntur; Amalaſuntha iniuſte erepta reſtituere Theodatum iubet, indeque in eius odium incurrit.*

§. 152 *Atalarici obitus.*

§. 153. *Amalaſuntha Theodato, quae hucusque contra ipſum molita fuerit, excuſat, eumque in regnum vocat.*

§. 154. *Theodatus regno potitus, fidem Amalaſunthae datam fallit, eamque in inſulam Vulſini lacus relegat. Factum apud Iuſtinianum excuſare nititur.*

§. 155. *Petrus in Italiam venit, de rebus Theodati edoctus, de iis ad Iuſtinianum refert.*

§. 156.

§. 156. *Iuſtinianus ſe Amalaſunthae vltorem per litteras promittit; rei ſeriem ex legatis Gothorum cognoſcit imperator.*
§. 157. *Amalaſunthae caedes; bellum ideo Gothis a Petro denuntiatum.*

CAPVT. VI. *Initium belli Gothici in Italia, resque anno* 1. *et* 2. *illius vsque ad obitum Theodati geſtae: a. c.* 535 - 537.

§. 158. *Bello contra Gothos ſuſcepto Mundum cum exercitu in Dalmatiam Iuſtinianus mittit.*
§. 159. *Summum belli imperium Beliſario committitur; Siciliam tentare iubetur, ſimulata in Africam profectione.*
§. 160. *Francos ad belli huius ſocietatem inuitat Iuſtinianus, qui muneribus et promiſſis inducti illam promittunt.*
§. 161. *Mundus, Gothis proelio victis, Salonas capit. Beliſarius tota Sicilia potitur.*
§. 162. *Theodatus territus pacis conditionibus a Petro latis ſubſcribit.*
§. 163. *Theodatus belli metu, ſe regno omnino ceſſurum, ſponte promittit; mandata Petro de duplici hac pactione data.*
§. 164. *Iuſtinianus priori pactione repudiata, alteram ratam habet; fundos regios Theodato qui aſſignarent mittit, Beliſarium Italiam recipere eamque cuſtodire iubet.*
§. 165. *Gothi Grippa duce in Dalmatiam veniunt; his cum Romanis proelio congrediuntur, in priore Mauricius Dux, in altero eius pater Mundus a parte Romanorum occumbunt.*
§. 166. *Theodatus his auditis longe auerſus a praeſtanda Iuſtiniano promiſſi fide, legatos in cuſtodiam dat.*
§. 167. *Iuſtinianus Conſtantium Salonas tentare; Beliſarium in Italiam properare iubet.*
§. 168. *Gothi in Dalmatiam ingreſſi Salonas obtinent, eas, cum claſſe aduentante Conſtantiano, deſerunt, Conſtantianus vrbem capit, Gothi Rauennam abeunt.*
§. 169. *Beliſarius in Italiam deſcendit, indigenae ad ipſum confluunt; Ebrimuth gener Theodati cum ſuis ad eum tranſit; Byzantium profectus patricius creatur.*
§. 170. *Beliſarius Neapolin terra marique obſidet.*

§. 171

§. 171. *Obſeſſi Theodatum ſuppetias rogant, fruſtra.*
§. 172. *Beliſarius vrbe, Iſauris per aquaeductum immiſſis, potitur.*
§. 173. *Gothi a Theodato deficiunt, regem ſibi eligunt Vitigin.*
§. 174. *Theodatus Rauennam fuga petens, ab Optari, ipſi iam antea infenſo, comprehenſus occiditur.*

CAPVT. VII. *Imperium Vitigis, ſeu res a. 2. 3. 4. 5. belli Gothici geſtae. ab a. c. 537 - 540.*

§. 175. *Vitigis rex deliberatione inſtituta Rauennam petendam et cum Francis pacem iungendam eſſe cenſet; Gothi regis ſententiam amplectuntur.*
§. 176. *Vitigis ſenatus populique Rom. fidem ſibi grauiſſimo ſacramento obſtringit, praeſidio Romae relicto, Rauennam abit, ibique Mataſuntham, Amalaſunthae filiam, vxorem ducit, inuitam.*
§. 177. *Vitigis Gothos omnes colligit, exercitum inſtruit, pacem cum Francis, Gallia illis cedendo, faciendam eſſe demonſtrat.*
§. 178. *Pace hac lege cum Francis facta, Marciam cum Gothis ſuis euocat Vitigis e Gallia.*
§. 179. *Romani, auctore Pontifice Siluerio, Beliſarium Romam, vrbem ipſi dedituri, inuitant.*
§. 180. *Gothorum praeſidium, cum bona Romanorum venia, Roma diſcedit. Vrbem Beliſarius d. 9. Dec. a. XI. Iuſtiniani I. occupat.*
§. 181. *Pitzas Gothus ſe et Samnii maritimi partem dimidiam Beliſario dedit, idem Calabri faciunt et Apuli.*
§. 182. *Beſſas Narniam, Conſtantinus Tuſciae vrbes deditione capit, copiae contra illos a Vitige miſſae, ad internecionem fere non procul Peruſia caeduntur.*
§. 183. *Aſinarius et Vligiſalus, auxiliis in Suabia collectis, Dalmatiam petere iubentur, Vitigis cum exercitu Romam contendit.*
§. 184. *Aſinarius dum auxilia cogit, proelio in Liburnia vincitur Vligiſalus; viribus coniunctis Salonas obſident, parum felici ſucceſſu.*
§. 185. *Vitigis Romam contendens, ne Beliſarius inde ſe fuga proripiat, veretur.*

§. 186.

§. 186. *Beliſarius vndique duces cum copiis ſuis Romam convocat.*

§. 187. *Vitigis locis munitis a tergo relictis, Romam recta petit; pontis Tiberini cuſtodes ſtationem deſerunt.*

§. 188. *Vitigis et Gothi Tiberim transgreſſi, Beliſarium ex improuiſo opprimunt, qui proelio cum Gothis congreſſus, aegre in vrbem recipitur.*

§. 189. *Vacis a Vitige ad portam Salariam miſſus Romanis ſuam in Gothos exprobrat perfidiam.*

§. 190. *Caſtris 7. circa Romam poſitis, vrbem obſident Gothi.*

§. 191. *Vitigis legatos Romam mittit, qui ſuam Beliſario temeritatem exprobrent, qui Gothos bello audeat laceſſere; Beliſarius legatos re infecta remittit.*

§. 192. *Legati Vitigi Beliſarii virtutem laudant; Gothi vrbem a diuerſis partibus adorti, vbique vincuntur.*

§. 193. *Statua Theoderici, Neapoli in foro conſtituta, Gothis ominoſa; oraculum Sibyllae eosdem reſpiciens.*

§. 194. *Beliſarius turbam inutilem Roma in Campaniam dimittit, Siluerium Pontificem, proditionis ſuſpectum in Graeciam relegat.*

§. 195. *Vitigis Senatores Romanos Rauennae detentos occidi iubet; pauci fuga euadunt.*

§. 196. *Gothi, ne commeatus Romam inuehatur, portum Rom. occupant.*

§. 197. *Beliſarius recentes copias accipit; Gothi leuioribus proeliis ſemper inferiores diſcedunt, cauſae huius rei.*

§. 198. *Romani Beliſarium legitimo proelio cum Gothis decernere cogunt, vincuntur.*

§. 199. *Romani leuioribus Gothos fatigant proeliis, fere ſemper victores.*

§. 200. *Romanos peſte et fame preſſos, commeatu penitus intercludunt Gothi.*

§. 201. *Beliſarius Procopium frumentum e Campania aducturum mittit; Gothi et ipſi in ſuis caſtris obſeſſi.*

§. 202. *Recentes Byzantio adueniunt copiae, his nonnullos Roma obuiam Beliſarius mittit, hos Gothi adorti et ad vrbem vsque incautius perſecuti, a Beliſario erumpente caeduntur.*

§. 203. *Gothi fame preſſi, et fama, Romanis Byzantio mitti ſubſidia, territi, de diſceſſu cogitant.*

§. 204. Vitigis per oratores Romanis iniuriam, qua Gothos afficiant, exprobrat, pacis conditiones fert; inducias, dum legati a Gothis ad imperatorem miſſi redeant, impetrat.

§. 205. Claſſis Romana Portum tenet; frumentum Romam advehitur.

§. 206. Induciarum vtrinque datis obſidibus, Gothorum oratores Byzantium proficiſcuntur.

§. 207. Vrbes Oſtiam et Centumcellas, a Gothis deſertas, Romani occupant; hac re inducias violatas queritur Vitigis.

§. 208. Beliſarius varias emittit Roma, quae Gothos obſeruent, turmas; Mediolanenſes Beliſarium copias, quibus vrbem ſuam tradant, rogant.

§. 209. Irriti Gothorum, Romam ſiue dolo, ſiue vi capiendi conatus.

§. 210. Ioannes Rom. Dux Vlitheum et Gothos in agro Piceno caedit, Ariminum capit.

§. 211. Vitigis Rauennae timens profectionem parat, eius vxor Mataſuntha cum Ioanne clam de nuptiis et proditione agit.

§. 212. Gothi obſidionem Romae ſoluunt; Beliſarius commiſſo cum fugientibus proelio, eos magna clade afficit.

§. 213. Vitigis locis munitis praeſidia imponit, Ariminum petit.

§. 214. Beliſarius ſuppetias qui Arimino ferant, mittit.

§. 215. Vitigis Ariminum obſidet, ſucceſſu parum felici. Copiae Mediolanum a Beliſario miſſae, Gothos ad vrbem Ticinum, proelio cum iis congreſſae, vincunt, Mediolanum cum reliqua Liguria obtinent.

§. 216. Vraias cum Gothorum copiis et auxiliis Burgundionum, quas Theodebertus Francorum rex miſerat, Mediolanum obſidet. exit a. 3. B. G.

§. 217. Beliſarius cum omnibus copiis Vitigin petit, in itinere Cluſium et Tudertum deditione capit.

§. 218. Vacimus a Vitige Anconam miſſus, Cononem temere extra vrbem proelio congreſſum vincit, vrbem non capit. Beliſario recentes adducit copias Narſes.

§. 219. Beliſarius et Narſes iunctis viribus Ariminenſibus auxilio properant.

§. 220. Aduentantibus Romanis, Gothi Arimini obſidionem ſoluunt, cum rege ſuo Rauennam abeunt.

§. 221. *Sparſa Narſetem inter et Beliſarium diſcordiae ſemina; diuiſae eorum de ratione bellum gerendi ſententiae.*

§. 222. *Beliſarius ad Vrbinum exercitum ducit, eamque, diſcedente licet cum ſuis in Aemiliam Narſete, capit.*

§. 223. *Ioannes a Narſete Caeſenam mittiter, inde repulſus Forum Cornelii et Aemiliam imp. poteſtati ſubiicit.*

§. 224. *Beliſarius, Auximi obſidione in ver dilata, vrbem veterem capit.*

§. 225. *Cunctantibus Rom. ſubſidiis, Mediolanenſes deditionem faciunt; Gothi vrbem ſolo adaequant; totam Liguriam recipiunt.*

§. 226. *Iuſtinianus cognito Beliſarii et Narſetis diſſidio, hunc Byzantium reuocat, bello vni Beliſario commiſſo. Erulorum defectio.*

§. 227. *Vitigi, externa circumſpicienti auxilia, Francorum fides ſuſpecta eſt, Longobardi auxilia aperte negant. Seniorum quidam Perſas contra Iuſtinianum concitandos eſſe monet.*

§. 228. *Vitigis 2. Sacerdotes Ligures legatos ad Choſroem mittit, qui facile perſuaſus Romanis bellum infert.*

§. 229. *Iuſtinianus eo adductus de pace cum Gothis facienda cogitat. exit a. 4. B. G.*

§. 230. *Beliſarius Iuſtino, qui Faeſulas oppugnaret, miſſo, Martino contra Vraiam ſtare iuſſo, ipſe Auximum petit; Gothi Auximi obſeſſi Vitigin auxilia rogant, hic nihil mouet.*

§. 231. *Vraias Auximo ſubſidio miſſus, Rom. exercitum adoriri non audet.*

§. 232. *Franci, Theodeberto duce, in Italiam irrumpunt, Gothos nihil tale ſuſpicantes adorti fundunt.*

§. 233. *Gothi Auximi obſeſſi, ſubſidii a Vitige impetrandi ſpe lapſi, deditionem faciunt.*

§. 234. *Beliſarius cum omnibus copiis Rauennam petit. Scaphas frumento onuſtas in Pado fl. capiunt Romani.*

§. 235. *Franci et Beliſarius legatos ad Vitigin mittunt, hic cum imperatore paciſci praeoptans Francos re infecta dimittit.*

§. 236. *Caſtella in Alpibus Cottiis ſita, dedente Siſigi, Romani occupant, Gothos Rauennae obſidet Beliſarius.*

§. 237. *Iuſtinianus de pace legatos ad Vitigin mittit; pacem latis ab imp. conditionibus ſe facturum Vitigis promittit.*

§. 238. *Beliſarius his pacis legibus ſe ſubſcripturum negat. Duces Rom. illum ſtudii nouarum rerum accuſant.*

§. 239. *Gothi Beliſario regnum offerunt, a quo ſuſcipiendo hic ſe non alienum eſſe ſimulat.*

§. 240. *Beliſarius Vitigin et Gothos promiſſa exſequi iubet; hi ipſum regnum ſuſcepturum rati, eum Rauennam inuitant.*

§. 241. *Feminae Goth. viris ignauiam exprobrant, Beliſarius Vitigin in cuſtodia habet; Gothos Cis-Padanos ſuos agros inuiſere et ad arbitrium colere iubet, opes regias ad Iuſtinianum mittit.*

§. 242. *Gothorum duces omnes ſe ac vrbes, quibus praeerant, Beliſario dedunt, ſolus Ildibadus Veronae praefectus id non facit.*

§. 243. *Gothi Beliſarium reuocari audientes, Vraiae regnum offerunt, hic ipſis Ildibadum commendat.*

§. 244. —— *Beliſarium, vt regnum ſuſcipiat, denuo rogant, quo ſe id facturum negante, Ildibadum regem ſalutant.*

§. 245. *Beliſarius Vitigin, Ildibadi liberos et alios Gothorum proceres, Gazam denique regiam Byzantium adportat; tamen triumphus ipſi non decernitur.*

CAPVT. VIII. *Imperia Ildibadi, Erarici, et Totilae; ſ. res ab a. 6--18. belli Gothici geſtae, ab a. C. 541--553.*

§. 246. *Ildibadus rex copiis vndique auctus, Vitalium ad Taruiſium adortus, eum inſigni clade afficit.*

§. 247. *Ildibadus iniuſtam Vraiae caedem morte luit, a Gepaede Vila occiſus; exit a. 6. B. G.*

§. 248. *Erarícus Rugus a popularibus ſuis rex Gothorum ſalutatur; quod Gothis minime probatur.*

§. 249. *Totilas Taruiſio praefectus, cognita Ildibadi caede, de Taruiſio dedendo cum Conſtantiano agit.*

§. 250. *Gothi quibus Erarici imperium parum placet, Totilam ad regnum inuitant.*

§. 251. *Erarícus de pace ad Iuſtinianum legatos mittit; clam eos de Italia Iuſtiniano tradenda agere iubet; occiditur.*

§. 252.

§. 252. *Totilas rex ſalutatus ; Romani Veronam proditione capiunt, eamque ſtatim Gothi recipiunt.*

§. 253. *Totilas exercitum in Romanos ducit, eosque ad Padum proelio inito vincit.*

§. 254. *Gothi ad Florentiam miſſi, aduentante Rom. exercitu ad Mucellam reuertuntur ; proelio ibi commiſſo Romanos fundunt ; humanitate ſua Romanos ſibi deuincit Totilas, exit a. 7. B. G.*

§. 255. *Totilas Caeſenam, Petram, Beneuentum, Cumas &c. capit, Mediolanum obſidet, Brutios, Lucanos, Apulos, Calabrosque in ditionem ſuam redigit, atque omnia tanquam Italiae dominus conſtituit.*

§. 256. *Iuſtinianus Maximinum cum claſſe in Italiam, Demetrium in Siciliam mittit, hic claſſem ad Neapolim appulſam perdit.*

§. 257. *Alteram Maximini claſſem ad Neapolin appulſam Gothi corrumpunt, Neapolin capiunt, exit a. 8. B. G.*

§. 258. *Mira Totilae erga Neapolitanos et praeſidiarios Romanos humanitas.*

§. 259. *Muros Neapolis ſolo adaequat Totilas ; inſigne iuſtitiae Totilae exemplum.*

§. 260. *Duces Romani ſe luxuriae mancipunt.*

§. 261. *Totilas Romanis perfidiam in Gothos per litteras exprobrat, eosque ad deditionem hortatur, fruſtra ; qui Hydruntem obſideant mittit, ipſe Romam pergit. Iuſtinianus de Beliſario in Italiam mittendo cogitat. exit a. 9. B. G.*

§. 262. *Valentino cum claſſe Hydruntinum littus tenente, vrbemque ingreſſo, Gothi obſidionem ſoluunt.*

§. 263. *Totilas exploratores in caſtra Beliſarii ad Polam mittit.*

§. 264. *Tibur oppidum proditione capit Totilas, Tiberi potitus Romae obſeſſos commeatu intercludit.*

§. 265. *Beliſarius Rauennae copias cogit, nemo neque Romanus, neque Gothus ad illum deficit. Gothi a Totila Bononiam miſſi a Rom. fugantur.*

§. 266. *Leuioribus vincuntur ad Auximum proeliis Romani, Beliſarius Piſaurum munit, Auximum, Firmum et Aſculum Gothi obſident. exit a. 10. B. G.*

§. 267. *Totilas Firmum et Aſculum capit ; item Spoletium et Aſiſium ; Peruſiam Gothi tentant.*

§. 268. *Totilas Romam obſidet, partem copiarum, quae Placentiam obſideat, mittit; Beliſarius Epidamnum redit.*

§. 269. *Valentinus et Phocas e Portuenſi caſtello erumpentes clade afficiuntur, naues frumento onuſtas e Sicilia venientes Gothi capiunt. exit a. 11. B. G.*

§. 270. *Gothi Placentiam deditione capiunt; Romae obſeſſi Pelagium inducias pacturum ad Vitigin mittunt, fruſtra.*

§. 271. *Beliſario cum claſſe Hydruntem veniente, Gothi obſidionem ſoluunt; Totilas Beliſarium exſpectans, aditus omnes munit; Beliſarius Oſtiam venit; Ioannes Gothis in Calabria victis, Calabros imperatori conciliat.*

§. 272. *Ioannes Gothos timens, ad Lucanos et Brutios concedit, Recimundum proelio victum capit; in Apuliam abit.*

§. 273. *Beliſarius commeatum Romam aduehens, nuntio de Iſaacae clade accepto, Oſtiam redit.*

§. 274. *Totilas Romam, prodentibus illam Iſauris, capit, magnam refert continentiae laudem.*

§. 275. *Totilas ſuos ad aequitatem hortatur, Senatui Romano ingratum in Gothos animum exprobrat.*

§. 276. *Totilas de pace legatos ad Iuſtinianum mittit; qui rem omnem Beliſario permiſſam eſſe reſcribit.*

§. 277. *Gothi in Lucaniae faucibus a Romanis et Antis fuſi; Totilas murorum Romae tertiam partem diruit, aedificiis, precibus Beliſarii concedens, parcit, incolas in Campaniam deportat; exercitum in Lucaniam ducit.*

§. 278. *Fugiunt Romani, quicquid eſt citra ſinum Ionium praeter Hydruntem in Goth. poteſtatem venit, Ioannes partem Gothorum ſubito adortus caedit; Totilas ad montem Garganum abit.*

§. 259. *Martianus, transfugio ſimulato, Romanis Spoletium prodit.*

§. 280. *Beliſarius inito cum Gothis ad Romam proelio, victoria potitus, Portum redit. Ioannes Iſthmum Tarentinum munit, Totilas Rauennam cogitat.*

§. 281. *Beliſarius Romam occupatam munit; Gothi a Romanis ſaepius victi, ad vrbem Tibur diſcedunt, eamque muniunt. exit a. 12. B. G.*

§. 282. *Totilas Peruſiam, iam ante a ſuis obſeſſam, cum vniuerſo exercitu petit.*

§. 283. *Ioannes Gothis ad Capuam profligatis, ſenatores Rom. eorumque vxores liberat; Totilas Romanos ex improuiſo in Lucania adortus, fundit.*

§. 284. *Beliſarius ad Crotoniatarum portum applicans, Ioannis exercitum eo euocare decernit, Romani victoria ad Ruſciam de Gothis parta parum moderate vſi, clade afficiuntur, Beliſarius in Siciliam abit.*

§. 285. *Totilas Ruſciam obſidet. exit a. 13. B. G.*

§. 286. *Claſſis Rom. ad Ruſciam appulſa, Gothis exſcenſum facere prohibentibus, re infecta inde ſoluere cogitur, Ruſciani deditionem faciunt.*

§. 287. *Res Rom. in Italia inclinatae.*

§. 288. *Franci, belli Gothici turbis in rem ſuam vſi, agri Veneti partem occupant.*

§. 289. *Beliſarius Byzantium indecore redit, Totilas Peruſiam capit.*

§. 290. *Ildisgus Longobardus abiicit conſilium ſe Gothis et Totilae adiungendi.*

§. 291. *Ilaufus armiger Beliſarii ad Gothos deficiens, Dalmatiam incurrit, ingenti praeda potitus ad Totilam redit. exit a. 14. B. G.*

§. 292. *Totilas Romam arcta obſidione premit, Portum capit.*

§. 293. *Totilas Romam proditione capit, praeſidiarii partim in vrbe, partim ad Centumcellas caeduntur.*

§. 294. *Paulus Cilix cum 400. equitibus ad molem Adriani elapſus, tandem deditionem facit, Totilas vrbem incolis frequentat.*

§. 295. *Totilas de affinitate cum Francorum rege iungenda agit, bellum Siculum meditatur, claſſem inſtruit.*

§. 296. *Totilas de pace legatum ad Iuſtinianum mittit, fruſtra.*

§. 297. —— *Centumcellas obſidet, cum praefecto caſtelli de deditione agit, 30. dierum inducias paciſcuntur.*

§. 298. *Totilas iter in Siciliam parans, Rhegium tentat, fruſtra; copias, quae obſideant, relinquit; Tarentum capiunt, item Ariminum, Gothi.*

§. 299. *Iuſtinianus Germano bellum in Totilam demandare conſtituit, huius rei fama Gothos ſollicitos reddit.*

§. 300. *Verus Gothos in agro Piceno adortus, magna clade accepta, occiditur.*

§. 301.

§. 301. *Rhegium caſtellum arctiori obſidione premitur.*
§. 302. *Totilas Meſſana fruſtra tentata, Siciliam fere totam vaſtat; Rhegium deditionem facit.*
§. 303. *Iuſtinianus Liberium cum claſſe in Siciliam mittit, ei parum idoneo Artabanem ſubſtituit; Germanum, qui Mathaſuntham poſt Vitigis obitum vxorem duxerat, ſummum belli ducem declarat.*
§. 304. *Diogenes Centumcellis praefectus, ob aduentum Germani, pactis ſtare renuit. exit a. 15. B. G.*
§. 305. *Germanus ſe ad iter in Italiam accingens moritur; Ioannes et Iuſtinianus, alter gener, alter filius Germani, duces belli Goth. deſignantur.*
§. 306. *Liberius cum claſſe Syracuſas, a Gothis obſeſſas intrat, a copiis et commeatu non ſatis inſtructus inde Panormum ſoluit.*
§. 307. *Totilas Spini Quaeſtoris ſui ſuaſu relicta Sicilia Italiam repetit.*
§. 308. *Sclabeni in prouincias Rom. irrumpentes, num ſint a Totila ad hoc inſtigati incertum. Duces Rom. in Italia exſpectantes Ioannem toto anno ceſſant. exit a. 16. B. G.*
§. 309. *Bellum Gothicum Narſeti, parante iam profectionem Ioanne, committitur.*
§. 310. *Totilas Senatores et alios Romam reuocat, Romae curam habet.*
§. 311. *Claſſis a Totila in Graeciam miſſa, inſulas et continentem infeſtat; naues frumento onuſtas capit.*
§. 312. *Gothi Anconam terra marique obſident, Valerianus Rauenna et Ioannes Salonis cum claſſe vrbi ſuppetias ferentes aduenîunt.*
§. 313. *Commiſſo nauali non procul Ancona proelio, vincuntur Gothi, obſidionem Anconae ſoluunt.*
§. 314. *Artabanes oppida Siciliae, quae a Gothis adhuc tenebantur, capit omnia; Gothi animos deſpondent.*
§. 315. *Irritae Gothorum de pace ad Iuſtinianum miſſae legationes.*
316. *Franci magna Italiae parte potiti, cum Gothis foedus iungunt.*

§. 317.

§. 317. *Francorum rex Theodibaldus legationem de armorum ſocietate contra Gothos iungenda a Iuſtiniano miſſam, indignabundus repudiat.*

§. 318. *Totilas Corſicam et Sardiniam ditioni ſuae adiungit; Romani illas recipere conati clade afficiuntur.*

§. 319. *Amalafridus Gothus, auxiliorum Longobardis contra Gepaedes a Iuſtiniano ſubmiſſorum dux; eius genus. Longobardi Romanis contra Gothos auxilio miſſi a Rege ſuo.*

§. 320. *Crotoniatae a Gothis obſeſſi, ſibi vt frumentum e Sicilia mittatur, ſaepius fruſtra rogant; exit a. 17. B. G.*

§. 321. *Claſſe Rom. ad Crotonem appulſa, Gothi obſidionem ſoluunt; Ragnaris Tarento et Morrhas Acherontiae praefecti cum Pacurio Hydrunti praefecto de deditione agunt.*

§. 322. *Narſes magnum exercitum aduerſus Gothos in Italiam ducit.*

§. 323. *Franci Narſeti per agrum Venetum tranſitum negant; Narſes per oram maritimam exercitum ducit.*

§. 324. *Narſes Rauennam venit, eum ibi morantem Vsdrilas Arimino praefectus ad certamen prouocat.*

§. 325. *Narſes cum exercitu Ariminum mouet, pugna ibi commiſſa Vsdrilas occiditur; Narſes Arimino relicto abit.*

§. 326. *Totilas Romanis obuiam procedens ad Apennini radices, ad Taginas vicum. Narſes in propinquo ad Buſta Gallorum caſtra ponit.*

§. 327. *Narſes per nuntium Totilae, vt vel a bello deſiſtat, vel diem conſtituat proelio, ſignificat; Totilas poſterius facit; poſtero die adeſt cum exercitu Totilas.*

§. 328. *Romani collem opportunum occupant, praeuertentes Gothos; proelium ſingulare; vtraque acies quieſcit.*

§. 329. *Totilas ludicra armorum exercitatione conſulto tempus terit, ad colloquium Narſetem inuitat, fruſtra.*

§. 330. *Totilas duobus militum millibus auctus proelium inchoat, Gothi pugna ad veſperam producta, in fugam vertuntur, magna clade affecti.*

§. 331. *Totilae fuga et caedes.*

§. 332. *Femina Gotha caedem Totilae Romanis prima ſignificat, cadauer oſtendit.*

§. 333. *Alia proelii iſtius et mortis Totilae deſcriptio.*

§. 334. *Narſes Longobardos in patriam remittit; Valerianus Veronam obſidens, Francorum metu inde diſcedit.*

CAPVT. IX. *Imperium Teiae, vltimi Gothorum regis; ſeu res a. 18. B. G. geſtae, vsque ad pacem Romanos inter et Gothos iunctam.*

§. 335. A Gothis rex ſalutatur Teias, qui de foedere cum Francis percutiendo cogitat; Narſes Romam contendit, Narniam deditione capit, it. Peruſiam, Spoletii muros reaedificat.

§. 336. Narſes anno 26. imperii Iuſtiniani I. Romam recipit.

§. 337. Gothi fugientes nemini Romanorum parcunt, patricios Romanos in Campania degentes, et 300. nobilium Rom. filios obſides occidunt.

§. 338. Ragnaris promiſſis Pacurio datis ſtare recuſat; Romani eum, proelio commiſſo, vincunt; Ragnaris Acherontidem euadit; Romani Portum, Nepam, Petrae pertuſae munitionem capiunt.

§. 339. Teias Theodibaldum Francorum regem ad belli ſocietatem inuitat; Francorum conſilia quae.

§. 340. Narſes copias, quae Cumas et Centumcellas obſideant, mittit, ipſe Romae rebus conſtituendis intentus.

§. 341. Teias Cumis gazaeque timens, nihil aduertentibus Romanis, in Campaniam abit, eodem Narſes contendit.

§. 342. Goth. et Rom. exercitus per duos menſes ad fl. Draconem haerent; Gothus quidam claſſem Romanis prodit; Gothi Lactis montem occupant, ibi fame preſſi proelio decernere conſtituunt.

§. 343. Proelium committitur; quo Teias diu fortiſſime cum pugnaſſet, tandem occiditur.

§. 344. Gothi tamen ad noctem vsque pugnant, poſteroque die renouant proelium.

§. 345. Gothi, rebus ſuis deſperantes, de pace legatos mittunt, liberum tantum diſceſſum et viaticum rogant, quae ipſis concedit Narſes.

§. 346. Gothi mille duce inprimis Indulpho Ticinum petunt, caeteri pacta ſeruant, Cumas ac reliqua caſtella omnia Romani capiunt. exit a. 18. B. G.

§. 347. Teia occiſo, pacem cum Gothis facit Narſes.

CAPVT. X. *Noui Gothorum motus, vsque ad abſolutiſſimum eorum interitum.*

§. 348. Gothorum reliquiae partim in Tuſciam et Liguriam, partim trans Padum in caſtella circa Venetias concedunt.

§. 349.

§. 349. *Gothi res nouas molientes, Francorum ſibi adiungere parant auxilia.*

§. 350. *Gothi iuxta Padum degentes ad Theodibaldum de armorum ineunda ſocietate legatos mittunt.*

§. 351. *Gothorum Oratores Theodibaldum et Francorum proceres auxilia rogant.*

§. 352. *Theodibaldus a bello alienus; Leutharis et Butilinus Alemanni ſocietatem cum Gothis iungunt.*

§. 353. *Alemannos, olim a Theoderico rege ſubactos, belli Gothici initio Gothi dimiſerunt.*

§. 354. *Leutharis et Butilinus victoriae certi, magnum cogunt ex Alemannis et Francis exercitum.*

§. 355. *Narſes quae adhuc a Gothis tenebantur in Tuſcia oppida, Cumas imprimis, quas Aligernus tuebatur, adoritur.*

§. 356. *Narſes caſtellum diu fruſtra oppugnat.*

§. 357. —— *parte copiarum abducta, Francis obuiam procedit; Cumas obſidione arctiori premi iubet.*

§. 358. *Narſes Florentiam, Centumcellos, Volaterras, Piſam capit, Lucam obſidet.*

§. 359. *Fulcaris Erulorum dux ad Parmam inſigni a Gothis clade affectus occiditur, Gothi Aemiliam, Liguriam etc. incolentes, ſe Francis adiungunt; Romani Rauennam petere cogitant.*

§. 360. *Narſes ſuis animum addit; copias, quae Parma diſceſſerant, eo reuocat.*

§. 361. *Narſes Lucam arctiori obſidione premit, tandemque deditione capit.*

§. 362. *Narſes Rauennam abit, exercitum in proximis oppidis et caſtellis hybernare iubet.*

§. 363. *Aligernus fidem Francorum ſuſpectam habens, ſe et Cumas Narſeti dedit.*

§. 364. *Aligernus Francis, Caeſenam vrbem praetereuntibus, illudit.*

§. 365. *Franci ad Ariminum a Narſete funduntur; qui rebus Rauennae conſtitutis Romam, ibi hyemem acturus abit.*

§. 366. *Leutharis domum redire parat, Butilinus in foedere cum Gothis percuſſo manet.*

§. 367. *Leutharis cum vniuerſo exercitu morbo peſtilentiali oppreſſus interit; Butilinus et reliqui ad ripas Caſulini fl. proelio victi, funditus delentur.*

§. 368. *Gothorum reliquiae ſe Ragnari duce in Campſas caſtellum recipiunt; Narſes eos cum toto exercitu obſidet.*

§. 369. *Ragnaris cum Narſete de pace agit, fruſtra; in reditu Narſetem ſagitta petens, ipſe occiditur. Obſeſſi deditionem faciunt.*

§. 370. *Gothi a Beliſario ex Italia cum Vitige abducti, eum ad bellum Perſicum ſequuntur.*

§. 371. *Legatorum a Vitige ad Choſroem miſſorum fata.*

§. 372. *Gothi contra Perſas Niſibi erumpentes, ſtrenue pugnant.*

§. 373. *Gothi Beliſarii, legatos Perſarum excipientis, tentorium cingunt.*

CAPVT. XI. *Res Gothorum Tetraxitarum.*

§. 374. *Gothorum Tetraxitarum ſedes, religio.*

§. 375. *G —— —— ad Iuſtinianum de epiſcopo ſibi mittendo legatio.*

§. 376. *Antiquae Gothorum, Viſigothorum, Vandalorum ſedes; eorum genus, nomen.*

§. 377. *Gothi ab Hunnis pulſi Iſtrum tranſeunt, tandem Theoderico duce in Italiam commigrant.*

§. 378. *Gothi Tetraxitae ſe Vturguris in patriam reuertentibus opponunt; vtrique ſocietatem iungunt.*

§. 379. *Vturguri et Gothi Tetraxitae Iuſtiniano contra Cuturguros auxilio veniunt.*

§. 380. *Gothi tempore Iuſtiniani I. Iſtri accolae.*

§. 381. *Doros caſtellum in Gothiae limitibus ſitum.*

§. 382. *Gothograeci Theodoſii contra Anaſtaſium II. rebellantis ſocii.*

§. 383. *Gothia ex Archiepiſcopatu fit Metropolis.*

§. 384. *Ludicrum Gothicum.*

§. 385. *Gothi a Telepuga Tatarorum principe ſubacti.*

§. 386. *Gothi et Ianuenſes Capham incolentes a Tataris debellati.*

§. 387. *Amuratis Turc. Sultani copiae Gothorum regionem vaſtant.*

GOTHICORVM.

CAPVT. I.

Bella Romanos inter et Gothos a temporibus inde Traiani vsque ad initia Valentiniani et Valentis geſta. Gothorum ab Hunnis pulſorum migratio in Thraciam. Bellum Romanis perfide illatum, a Gratiano confectum. Alia Gothorum portio ab Hunnis pulſa et a Theodoſio I. ſuſcepta.

ab a. C. 106. vsque ad a. C. 382.

---

§. 1.

QVIDAM aiunt ex Magog ortos Gothos vt et Sarmatas et Scythas. [1]

§. 2.

Imp. TRAIANO Olymp. Iph. 221. a. 2. A. M. 5613.

Imp. TRAIANO.

a. C. 106 a)

INDICTIONE 3. Commodo et Ceretano coſſ. graui bello a Perſis et Gothis, aliisque gentibus Romaniae ingruente, Traianus expeditione in illos ſuſcepta, gratiam tributorum, quoad reuerteretur, fecit. [2]

1. CHRONICON PASCHALE p. 26.
2. ibid. p. 253.

a) ind. 3. et a. M. 5613. (ſi a. N. C. ponitur 5508.) 105. conſulatus vero Commodi et Ceretani (vel, vt in Faſtis coſſ., Cerealis.) ad a. N. C. 106. refertur.

Sub
Hadriano et reliquis
vſque ad Philippum imperatoribus
nulla ſit Gothorum mentio.

Imp. DECIO a. M. 5746. a. C. 246.

§. 3.

Imp. DECIO.

a. C. 250. b)

3\. α) SCYTHAE, *qui et Gothi*, Iſtro traiecto, Romanorum imperium ſub Decio depopulantur. Hi Myſos Nicopolin ſe recipientes obſident. Decius, ita referente Dexippo, illos ex improuiſo adortus ad tria millia c) proſternit, e proelio licet inferior, Philippopoli capta, d) exierit, Thracesque plurimi in certamine perierint.

Scythas porro in prouinciam ſe referentes ad Abrytum vrbem, Terebronii forum dictam, e) Dei hoſtis Decius inſequens, vna cum filio noctu trucidatur. Scythae captiuis abductis, ſupellectilisque immenſae copiae compotes facti lares patrios repetunt.

§. 4.

α) ZONARAS: *Decius cum barbarorum, Boſporum populantium, multos occidiſſet; hique in anguſtias redacti, ſe omnem praedam reddituros promitterent, ſi diſcedere ſinerentur: Decius negauit, et Gallum Senatorem tranſitu eos prohibere iuſſit. At Gallus, Decio inſidians, monuit Barbaros, vt iuxta profundam paludem aciem inſtruerent: quo facto, cum illi terga dediſſent, Decius eos perſequens cum filio et magna multitudine Romanorum in paludem incidit, vbi omnes perierunt, vt nec corpora eorum inuenirentur, coeno obruta.* CEDRENVS: *Decius Galli artibus eſt a Scythis vna cum filio in palude ſuffocatus, corporaque eorum inuenta non ſunt. ita ſuae ſaeuitiae poenas dedit.*

3\. GEORG. SYNCELL. p. 376. Zonaras. T. I. p. 627. Cedrenus T. I. p. 258.

b) Syncellus Decium ab a. M. 5744. a. C. 244 - 5746. 246. imperaſſe docet, p. 363. coll. 375. alii ad a. C. 250. obitum eius referunt.

c) Triginta millia, graeca enim habent: τρισμυριους.

d) ὡς και την Φιλιππουπολιν ἀπολεσαι ληφθεισαν ὑπ᾽ αὐτων. Anaſtaſius p. 21. ita vt Philippopolin deſertam ab eis factam amitteret.

e) τῳ λεγομενῳ Φορῳ Θεμβρονιῳ. Anaſt. Forothembroni. hic reliqua, vt Syncellus, omnia.

§. 4.

Impp. GALLO et VOLVSIANO.
a. C. 250-253. *f*)

Impp. GALLO et VOLVSIANO. a. M. 5746-5748. a. C. 246-248.

GALLVS rerum potitus - pactus cum Barbaris, vt annuo tributo accepto, Romanis prouinciis abſtinerent, Romam abiit, ac filium Voluſianum Caeſarem declarauit. — 4.

β) Scytharum quoque multitudo pene innumerabilis in Italiam impreſſionem fecit: iidemque Macedoniam, Theſſaliam et Graeciam incurſarunt.

Eorum quoque pars Maeotide palude ſuperata, per Boſporum, in Pontum Euxinum irrupiſſe fertur, ac multas vaſtaſſe prouincias. Sunt et aliae plures gentes contra ditiones Romanorum concitatae. —

Scythae vero annuo tributo ex pacto a Romanis petito, pauciora ſibi quam promiſſa eſſent, dari queſti, *g*) minitabundi abierunt. Caeterum Aemilianus, homo Afer, Myſiis legionibus praefectus, militibus ea omnia promiſit, quae Scythis penderentur, ſi cum illis pugnarent. Qui barbaros ex improuiſo aggreſſi, paucis exceptis, omnes occiderunt; et opimis ſpoliis partis, regionem eorum incurſarunt. Eo ſucceſſu elatus Aemilianus, a ſuis legionibus impetrauit, vt imperator ſalutaretur —. Appellatus imperator Aemilianus Senatui per litteras promiſit, ſe Barbaros etiam Thracia pulſurum — ſed priusquam horum aliquid faceret, Valerianus — regnum affectauit.

§. 5.

β) CEDRENVS: *Eo tempore* (Gallo ſc. et Voluſiano impp.) *Scythae traiecto Iſtro omnem occidentem, Italiamque incurſionibus depraedati ſunt, et Aſiam occupauerunt, ſolis Ilio et Cyzico vrbibus exceptis.*

4. ZONARAS. T. I. p. 628. Cedren. T. I. p. 258.

f) Sunt anni imperii illorum impp. annos in margine adſcriptos Syncellus habet.

g) οἱ γε μην Σκυθαι τεταγμενα παρα Ρωμαιων κατα συνθηκας λαμβανοντες ἐπετειως, ἡκασι ταυτα ληψομενοι και ἡττονα λεγοντες ἐιναι etc.

§. 5.

a. C. * * * b)

5. Carporvm gens inuidia flagrabat, quod Gotthi ſtipendia a Romanis accipiebant i). Itaque legationem miſerunt ad Tullium Menophilum, et arroganter pecunias ab illo petierunt. — At illi deſpectui habiti nihil aliud dixerunt, niſi, quia Gotthi, inquiunt, a vobis ſtipendium accipiunt, cur nos quoque non accipimus? — Sumus enim Gotthis praeſtantiores.

Impp. Valeriano et Gallieno. a. M. 5748-5763. a. C. 248-263.

§. 6.

Impp. Valeriano et Gallieno.

a. C. 253-259. k)

6. γ) Valeriano et Galieno imperantibus, Scythae traiecto Iſtro flumine Thraciam rurſum praedati Theſſaloniam Illyriorum vrbem obſederunt; nullo tamen virtutis edito ſpecimine, eorum, qui tuebantur vrbem, robore repulſi ſunt. Graeci metu perculſi Thermopylas miſſa cuſtodia tutati ſunt, Athenienſes murum a Syllae temporibus dirutum reſtaurauerunt, δ) Peloponneſi a mari ad mare Iſthmum muro conſtructo muniuerunt: Scythae vero ſpoliis onuſti domos ſe receperunt.

§. 7.

γ) Zonaras: - *Theſſalonicam obſederunt illi quidem, ſed non expugnarunt, ac terrorem tantum intulerunt omnibus, vt Athenienſes muniuerint.* Anastasivs: - *Theſſalonicam vrbem Illyrici vaſtaverunt.*

δ) deſunt apud Anaſtaſium, qui reliqua vt Syncellus, ex quo haec deſumſit.

5. Petrvs Magister (T. I. Corp. Hiſt. Byz. Excerptt. de Legatt. p. 24.)

h) Henr. Valeſius in Not. p. 205. haec ante Valeriani tempora collocanda eſſe putat.

i) - φθονουντες τοις καθ᾽ ἑκαϛον ἐνιαυτον τελουμενοις τοις Γοτθοις.

6. Syncellvs p. 381. Zonar. T. I. p. 629. Anaſtaſ. p. 22.

k) anni, quibus ſecundum alios ſimul imperarunt. annos in marg. ex Syncello adſcribo.

a. C. 253-259.

§. 7.

GALIENVS a patre contra Perſas abeunte in occidente relictus — *Herulos* etiam, *gentem Scythicam* et *Gothicam*, profligauit. 7.

Galienus filium Galienum adoleſcentem - in vrbe Agrippina reliquerat: vt Gallis, quos Scythae premebant, opem ferret, Albano cuidam propter aetatem commiſſum. 8.

§. 8.

a. C. 264. l)

EODEM tempore [quo ſc. Odenathus orientis dux a Galieno creatus in Phoenicia tumultuantes ad officium reduxit] *Scythae, quibus Gotthis patria voce nomen*, Ponticum mare transfretantes in Bithyniam deſcenderunt, Aſiamque omnem et Lydiam excurrentes Nicomediam Bithyniae vrbem ceperunt, Ioniasque pariter ciuitates, has quidem moenibus nudatas, alias aliquatenus munitas, inuaſerunt: ſed nec vaſtitate quaqua verſus illata Phrygiam, Cappadociam, et Galatiam reliquerunt. Verum Odenathus victoriis in Perſas clarus, poſt Cteſiphontem obſidione receptam, communi totius Aſiae clade cognita, itinere per Cappadociam facto ad Ponticam Heracleam feſtinans euolat: iamque in Scythas ex improuiſo irrupturus a quodam, cui nomen etiam Odenathus, dolis occiditur. Scythae eius aduentum haud expectandum rati per Pontum proprios ſibi lares repetunt. 9.

§. 9.

Imp. CLAVDIO.

Imp. CLAVDIO.

a. C. 271. m)

e) CVM Poſthumus adhuc tyrannidem obtineret, et Barbari Maeotide palude ſuperata, Aſiam Europamque vaſtarent, ac vtrum bellum 10.

Indict. 3. a. 3. Ol. 262. Aureliano et Baſſo coſſ.

e) CEDRENVS: *Sub hoc* (Claudio) *Scythae in Europam effuſi*, (gr. tantum: περασαντες) *multas vrbes, inque his etiam* ...

7. ZONARAS T. I. p. 631.

8. ibid. p. 632.

l) hoc anno Perſas deuicit, vt docent alii, Odenatus.

9. SYNCELLVS. p. 382.

10. ZONARAS. T. I. p. 635. ſq. Cedren. T. II. p. 259. Chronic. Paſch. p. 273. et p. 446. (in Selectis ad illuſtr. Chron. Paſch.) haec leguntur: *Claudio & Paterno coſſ.* (a. C. 269.) *victi Gotthi a Claudio.*

m) annus in Chronico Paſch. margini adſcriptus. caeterum res plurium annorum hic complecti Zonaras videtur.

Imp. CLAVDIO.

a. C. 271.

bellum prius conficiendum eſſet, deliberaretur, Claudius dixit, Bellum Poſthumicum mea intereſt, Barbaricum reipublicae, cuius inprimis habenda eſt ratio.

Caeterum Barbari multas prouincias incurſantes, Theſſalonicam obſederunt: ab eaque repulſi Athenas ceperunt. Vbi cum omnes libros in vnum aceruum congeſtos crematuri eſſent, vnus ex cordatioribus populares ſuos a propoſito reuocauit: quod Graeci, dum iis rebus occupati rem militarem negligerent, facile ſuperari poſſent. Enimuero Cleodemus, vir Athenienſis, fuga elapſus, coactaque multitudine, nauibus ex mari hoſtes adortus, tantam caedem edidit, vt reliqui etiam inde aufugerent. Claudius vero cum eos in variis prouinciis diſperſos, partim naualibus, partim terreſtribus proeliis ſuperaſſet, multis etiam tempeſtatum vexationibus et fame conſumptis, Sirmii aegrotans, cum, primoribus exercitus conuocatis, de imperatore creando diſſereret, Aurelianum imperio dignum eſſe dixit.

Imp. AVRELIANO. a. M. 5764. a. C. 264.

§. 10.

Imp. AVRELIANO.

a. C. 270-275. o)

11. AVRELIANVS cum expeditionem contra Scythas ſuſcepiſſet, iuxta Thraciae Heracleam p) eſt occiſus.

§. 11.

Athenas vaſtarunt. Athenis captis, omnes libros in vnum congeſſerunt, vt eos comburerent. Sed ab hoc eos conſilio quidam reliquis longe prudentior detraxit, quod diceret, Romanos libris deditos bellicam rem neglecturos. CHRONICON PASCHALE: *Sub hoc Claudio victi ſunt Gotthi* n), *et receptum Sirmium. Claudius Sirmii moritur, cum annorum eſſet LXVI.*

n) Ex Chronico Euſebii (Theſaur. temporum p. 176.) is vero ex Eutropio. Adde Oroſium L. VII. c. 23. Αιλȣρȣς hos vocat Syncellus (p. 384. v. Erulica, §. 3.). Du Freſne in Nott. p. 549.

o) ſunt anni imperii eius. Annum in marg. adſcriptum Syncellus habet.

11. ZONARAS. T. I. p. 637. Syncellus p. 385.

p) loco, cuius Praeſidium nouum nomen eſt [ἐν τῷ καινῷ λεγομένῳ Φρȣρίῳ (τῶν θρᾳκῶν, omiſit interpres] Byzantium inter et Heracleam. ita Syncellus, qui reliqua vt Zonaras omnia.

§. 11.

Imp. TACITO.

a. C. 275.

Imp. TACITO.

CVM-Scythae, Maeotide palude et Phaſide amne ſuperato, 12.
Pontum, Cappadociam, Galatiam et Ciliciam inuaſiſſent; Tacitus et Florianus praefectus multos occiderunt, reliqui fuga ſalutem quaeſiuerunt.

Sub
Floriano et reliquis
vsque ad Conſtantinum Chlorum imperatoribus
nulla fit Gothorum mentio.

Imp CONSTANTINO M. a. M. 5818. *q*) a. C. 318. a. 22. Conſt. M.

§. 12.

Imp. CONSTANTINO M.

a. C. 328.

ζ) MAGNVS Conſtantinus expeditione aduerſus *r*) Germanos, 13.
Sarmatas et Gotthos ſuſcepta, conſtructo in Danubio *s*), quem pertranſiuit *t*), lapideo ponte, venerandae crucis virtute maximam reportauit victoriam, deuaſtatisque eorum agris, extremam in eos induxit ſeruitutem.

ζ) CHRONIC. PASCHALE: (Olymp. 277. a. 4. indict. 1. Ianuario et Iuſto coſſ. a. C. 328.) *Conſtantinus Pius Danubium pluries traiecit, ponte lapideo in eundem fluuium ſtrato.* CEDRENVS: *Anno-ſuſcepta, crucis-victoriam, easque gentes in ſeruitutem egit.*

12. ZONARAS l. c.

13. THEOPHANES p. 22. et ex illo Anaſtaſius Bibliothecarius. p. 28. Chronic. Paſch. p. 284. Cedren. T. I. p. 295. Zonar. T. II. p. 6.

q) anni Theophanis, ſecundum quem a. C. 1. incidit in a. M. 5501.

r) Goar ad h. l. p. 557. „Conſtantini, inquit, expeditionem in Scythas memorant Victor, Eutropius, Sozomenus et Euſebius, ſed annum tacent. Hieronymus in Chronico annum Conſtantini 27um aſſignat, quem Petauius ſequitur.„

s) Du Fresne in Nott. p. 557. „In Dacia, inquit, Ripenſi egiſſe Conſtantinum hoc tempore, ex ſubſcriptione Leg. v. Cod. Theodos. de Priuileg. eorum, qui in Sacr. Pal. colligit Gotthofredus in Chronologia ad eundem Cod.„

t) Du Fresne l. c. „Neſcio, inquit, an huc pertineat inſcriptio in pontem Danubii ad ruinas vrbis Warhel: Prouidentia Aug. vere Pontificis virtus Romana quid non domet, ſub iugum ecce rapitur et Danuuius.„

a. 24. Conſtantini M.

§. 13.

a. C. 330.

14. η) Piissimvs imperator Conſtantinus Danubium traiecturus, lapideum pontem in eo v) conſtruxit, et Scythas edomuit.

a. M. 5816. a. C. 316. a. 20. Conſt. M.

§. 14.

a. C. 326.

15. Tvnc [imperante Conſtantino M.] multae gentes ad baptiſmum acceſſerunt, miraculis motae editis a quibusdam ſacerdotibus, qui antea ſub Galieno imperatore a Gotthis, Celtis et Gallis Heſperiis, qui tunc aduerſus Romanos incurſiones faciebant, captiui ducti fuerant; nunc vero ſub victore Conſtantino innumerae ex his gentibus ad Chriſti cultum confugientes illuminatae ſunt.

Sub
Conſtantino II.
Conſtante, Conſtantio,
Iuliano Apoſtata et Iouiano
nulla fit Gothorum mentio.

§. 15.

Zonaras: *Cum autem Sarmatae & Gotthi prouincias Romanas inuaſiſſent, et Thraciae partes vaſtarent, Conſtantinus Maximus contra eos inſurgit: ac Thracia occupata, commiſſoque proelio victis Barbaris, ſplendidiſſimum triumphum conſequitur.* Anastasivs: *Conſtantinus cum XXII. imperii gereret annum, per virtutem S. Crucis Germanos, Sarmatas & Gothos extremae ſeruituti ſubegit.*

η) Cedrenvs: *Annis XXIII. XXIV. & XXV. Conſtantinus, Danubio traiecto, Scythas ſubegit.* Anonymvs, Codinvs: *Ipſe* (Conſtantinus M.) *aduerſus Scythas exercitum eduxit: quibus ſubiugatis, vrbes condidit Perſthlabam, Diſtram, Pliscubam et Conſtantiam. Haec ſpatio duorum annorum et dimidio, curante Hermia, aedificata fuere.*

14. Theophanes p. 22. Cedren. T. I. p 295. Anonymus in Antiq. CPL. (Bandur. T. I.) p. 5. Codin. de Origg. CPL. p. 11. Anaſtaſ. p. 28. Huc quoque pertinere videntur, quae leguntur in ſelectis ad Illuſtr. Chronic. Paſch. p. 447. „Pacatiano & Hilarione coſſ. „(a. C. 332.) victi Gothi ab exercitu „Romano in terris Sarmatarum „d. XII. Kal. Maii. „

v) Pons hoc anno abſolutus eſſe videtur, quem a. 22. imperii aedificare Conſtantinus coeperat.

15. Theophanes p. 18. ſeq. Anaſt. p. 27.

§. 15.

Impp. VALENTINIANO I. et VALENTE.

a. C. 367.

Impp. VALENTINIANO et VALENTE.
a. 3 Valentiniani I.

TERTIO anno [Valentiniani] — Chalcedonis quoque, quod ciues Procopium tutati eſſent, reliquos muros deiecit [Valens], quibus proſtratis, ad fundamenta repertum eſt oraculum hoc tabulis inſcriptum: 16.

Cum ſertis redimita ſacrae per compita ducent
Vrbis laetitia Nymphae exhortante choreas,
Auxiliumque ferent muri cum triſte lauacris;
Tum ſaeui vario populi ſermone loquentes,
Immenſa turba, crudeli robore freti,
Cimmerium armati transmittent protinus Iſtrum,
Vaſtabuntque agros Scythicos, et Myſida terram.
Poſt vbi Threïcios ſpes turbida tangere fines
Iuſſerit, exitio mox conſumentur atroci.

Omnia ea impleta ſunt. Nam, victo Procopio, Valens reuerſus, magnifico vrbem aquaeductu exornauit, quem Valentem appellauit, vnde magna aquae copia vrbi fuit. Ac tunc praefectus vrbis gaudium eius beneficii cauſa obortum vt oſtenderet, Nymphaeum condidit — diemque feſtum egit, ac populum conuiuio excepit. Neque multo poſt barbaricae gentes, vt in oraculo erat, in Thraciam effuſae, ibique conſumtae ſunt.

§. 16.

a. C. 368.

a. 4. Valentiniani.

VALENS demum expeditione aduerſus Gotthos mota Marcianopoli hyemauit. 17.

16. CEDRENVS T. I. p. 310. Zonar. T. II. p. 32. eadem omnia.

17. THEOPHANES p. 48.

a. M. 5866. a. C. 366. a. 10. Valentiniani

§. 17.
a. C. 374.

18. Valentinianvs iniquum facinus fratri Valenti [qui ſc. rectae fidei propugnatores in exilium eiecerat] exprobrauit, et auxiliares copias reprimendis Gotthorum incurſibus mittere detrectauit, dicens: Homini bellum Deo inferenti ſuppetias ferre, mihi neſas eſt.

a. 11. Valentiniani. (a. M. 5867. a. C. 367)

§. 18.
a. C. 375.

19. Mensis Dii decimo ſeptimo, indictione tertia moritur in quodam Galliae caſtello [Valentinianus]. – Hinc Valens aduerſum Gotthos Traianum ducem mittit, qui turpiter victus remeauit. Valenti vero, animi mollitiem exprobranti, reſpondit: Non ego victus ſum, ſed tu, qui bello in Deum illato victoriae momenta in partes Barbarorum propendere coegiſti.

a. 2. Valentis (a. M. 5869. a. C. 369.)

§. 19.
a. C. 376.

20. θ) Gotthi ab Hunnis bello ſuperati x), ab imperatore Valente per *Euphilam* y) epiſcopum ſuum Ariana labe infectum, atque cum Eudoxio et Acacio pariter Arianis ſub Conſtantio conuerſatum, quo pacto Gotthos Arianorum dogma edocuit, auxilium expoſcunt.

Gotthi

θ) Cedrenvs: *Eo* (Valente) *imperante, Gotthi traiecta Maeotide palude* z), *praeeunte cerua, in Thraciam venerunt: inque duas diuiſi partes, bellum altera alteri fecerunt. Altera pars a Va-*

18. Theophanes p. 52. Cedrenus T. I. p. 312. eadem omnia. Zonaras T. II. p. 33. ita. „ Gratianus pater-„nae pietatis aemulus fuit, aliquan-„do Valenti patruo contra Scythas „opem petenti, negatis auxiliis re-„ſpondit: Non eſſe cum Dei hoſte „ſocietatem belli coeundam. „

19. Teophanes p. 53. Anaſtaſ. p. 32. 33.

x) eadem leguntur in ſelectis ad Illuſtr: Chron. Paſch. p. 448. „ Va-„lente Aug. V. & Valentiniano coſſ. „a. C. 376. victi et expulſi ſunt Go-„thi a gente Vnnorum, et ſuſcepti „ſunt in Romania pro miſericordia „et iuſſu Valentis Aug.

y) Goar in Nott. p. 566. „ So-„zomen. L. 6. C. 37. de Vlphila vel „Vrphila Gothorum Epiſcopo erudi-„tam habet diſſertationem Author „earum in Photiani Philoſtorgii L. 2. „C. 2. „

z) eadem de Hunnis referunt Procopius de B. G. p. 574. & Agath. p. 154.

20. Theophanes p. 55. Anaſt. p. 33. Cedren. T. I. p. 312.

Imp. VALENTE.

a. C. 37⁶⁄₇.

Gotthi in duas factiones diuidebantur; et horum quidem ATHANARICVS, aliorum PHRITIGERNES dux extitit. Hic viribus inferior et victus, ſuppetiis a Valente acceptis, Athanarici comites debellat. Hinc Valentem gratia promeriturus, Gotthos in Arianorum dogmate amplius obſirmauit.

§. 20.

VALENTI, qui otium agebat ab externis et domeſticis bellis, nuntiatum eſt, collectum Scytharum exercitum prope iam adeſſe. Hi vero erant, quos Procopius in ſuum auxilium a Scytharum rege impetrauerat [a]. Hos aiebant magno cum faſtu et arrogantia incedere, omnia, quae ſe eorum conſpectui obtuliſſent, deſpicere, et nihili facere, propterea quod quicquid iniuriae inferebant, id impune faciebant, et arroganter et ſuperbe ſe cum omnibus gerebant. 21.

Hos igitur intra breue tempus interclusos in Scythiam reditu intra munimenta compulit, et arma tradere iuſſit: et vero tradiderunt, vt etiam ad motum capillorum vsque mentis ferociam indicarent [b].

Hos igitur per vrbes diſperſos in libera cuſtodia habuit [c], et contemptum eorum excitauit his qui viderunt eorum corpora, in agreſtem magnitudinem [d] ſurgentia, grauiora circa pedes, reliquis partibus exilia, qualia Ariſtoteles animalia inſecta dicit. At vr-

lente ſuppetias poſtulauit, promittens ſe Chriſto nomen daturam: usque potiti, baptiſati Arianam religionem ſunt ſecuti, quam et Valens colebat. (reliqua v. ad §. 26.). ANASTASIVS: - *per Hulſiam. - ι)* (hic ſtatim ſubiungit:) *qui adunati ferme viginti* (in margine reponitur X.) *Graeciae depopulantur prouincias etc.* v. §. 26.

21. EVNAPIVS in Excerptis de Legatt. p. 18.

a) ὁυς ὁ Προκοπιος ἐις συμμαχιαν ἐξεκεκληκει παρα τȣ Σκυθων βασιλεως.

b) οἱ δε ἐδωσαν, την της γνωμης ὑπεροψιαν μεχρι τȣ κινησαι τας κομας ἐπιδειξαμενοι. Cantoclarus in Notis ad h. l. p. 192. „Lege, inquit, κὸμησαι. Etenim „κινησαι τας κομας, vix eſt ve „mentis ferociam ſignificet. At co„mas nutrire petulantiam indicat. (Mihi quidem caput et capillos quasſare ſuperbientis omnino eſſe, ideoque nihil mutandum videtur.)

c) ἐν ἀδεσμῳ κατειχε φρȣρᾳ.

d) μηκος ἀχρειον.

a. C. 37$^{6}_{5}$.

vrbium incolae cum Scythas, qui ſe ſibi tradiderant, in ſuas domos admiſiſſent, vbi eorum virium imbecillitatis periculum fecerunt, ſuae opinionis errorem irridere coacti ſunt.

§. 21.

Ab his Scytharum rex nobili genere ortos repetiit e). Erat hoc negotium arduum et huiusmodi quod non facile poſſet ad iuſti rationem expendi. Dicebat enim ſe hos fide iuramento habita ad ſuppetias imperatori miſiſſe. Valentinus f) vero negabat, eum ad quem miſerat imperatorem fuiſſe, neque ſe iuraſſe; ille Iulianum in medium adducebat, ſeque hoc eius conſanguinitati dediſſe *** Legatorum etiam dignitatem, tanquam legatorum loco eſſent, obtendebant: Imperator contra diſſerebat etiam legatos iure teneri, et eos qui praeſentes erant hoſtium numero habere, quando quidem hoſtibus auxilium latum veniſſent.

Ex his cauſis Scythicum excitatum eſt bellum, et dignitate gentium, quae coierunt, et magnitudine apparatuum, qui in im-
22. menſum prouenerunt et excreuerunt vario calamitatum genere et inconſtantia fortunae, inter praecipua cenſendum, quod tamen acumine iudicii imperatoris et prouidentia eſt pacatum, et in commodiorem et firmiorem ſtatum res redactae.

§. 22.

23. Scythae victi et ab Hunnis caeſi et eorum mag'o numero ad internecionem vsque deleto, (omnes enim qui comprehendi potuerunt cum mulieribus et eorum filiis interempti ſunt, cum nullus crudelitatis et caedium eſſet modus) in magnam multitudinem coaluerunt, et non minus quam hominum ducenta millia, qui ad bellum apti, et aetate florentes erant, vt fugerent, convenerunt g).

Itaque

e) Τουτους ἀπῄτει ὁ Σκυθων βασιλευς.

f) ὁ δε ἀπεφασκε. Valens, ſupplere debebat interpres.

22. id. p. 19.

23. ibidem. haec eadem eſſe, quae ſupra §. 19. habes, facile apparet.

g) Οἱ των Σκυθων ηττηθεντων και ὑπο των Ουννων ἀναιρεθεντων και ἀρδην ἀπολλυμενων το πληθος οἱ μεν ἐγκαταλαμβανομενοι συν γυναιξι και τεκνοις διεφθειροντο και ὀυδεμια φειδω της περι τους φονους ἠν ὠμοτητος το δε συναλισθεν και προς φυγην ὁρμησαν πληθος μεν ὀυ πολυ των ἐικοσι μυριαδων ἀποδεουσαι συνηλθον ἐς το μαχιμον ἀκμαζουζας (f. ἀκμαζουσαι).

a. C. 375.

Itaque profecti[h] et ad ripam ſtantes, manus e longinquo porrigebant, et preces cum fletu et vociferatione emittebant, traiectionem ſibi concedi flagitantes, ſuam cladem deplorabant, et ſe illis praebituros auxilii acceſſionem ſpondebant. At Romani, qui ripis praeerant, nihil ſe niſi imperatoris iuſſu facturos reſponderunt. Quamobrem huius rei cognitio eſt ad imperatorem delata. Cum res in magna varietate verſaretur, multaque in vtramque partem in conſiſtorio principis dicta eſſent; tandem in ſententiam imperatoris itum eſt, et factum ſenatusconſultum, ex aemulatione quam habebat cum his qui imperium cum eo tenebant. Erant autem filii fratris, et vero ipſi primae partes attribuebantur, ſed illi imperatoriam poteſtatem ex aequis partibus inter omnes diuidi oportere cenſebant, neque vlla in re patruo concedebant. His cauſis impulſus, tum etiam quia maxima acceſſio potentiae praeſto erat Romanis, iuſſit Scythas admitti, modo arma deponerent[i].

§. 23

Antequam armorum abiectio eſſet ab imperatore impetrata[k], Scytharum audaciores et elatiores tranſitum ſibi vi aperire conſtituerunt, ſed, vi repulſi, deleti ſunt. At illi, qui eam Scytharum exercitus partem a reliquo ſeparatam confecerunt, magiſtratu privati

h) καμφθεντες. in marg. καμφθεντες.

i) ἐδοξε τῳ βασιλει (και γαρ ὑπ᾽ ἀντιζηλοτυπιας ἀυτῳ προς τους συμβασιλευοντας, οἱ παιδες μεν ἠσαν ἀδελφου, και γεγραπται ἀυτῳ προτερον την βασιλειαν δε διῃρησθαι κατα σφας ἐδοκουν, την διανομην ὀυκ ἐνεγκοντες ἐπι τον θειον) τουτων δη ἑνεκα, και ὡς (legendum videtur: μεγαλη προσθηκη το Ρωμαϊκον ἀυξησων) μεγαλη προσθηκη το Ρωμαϊκον ἀυξησων, δεχθηναι κελευει τους ἀνδρας, τα ὁπλα καταθεμενους. Henr. Valeſius in Nott. p. 204. „Totus hic locus, inquit, peſſime acceptus eſt ab interprete [neque locus ipſe ſatis ſanus eſſe videtur]. Vertendum igitur: tandem imperator eos recipere decreuit, partim ex aemulatione aduerſus conſortes imperii (erant hi fratris filii, vt ſuperius dictum eſt, qui paternum imperium inter ſe arbitratu ſuo diuiſerant inconſulto patruo), partim etiam, quod maxima virium acceſſione aucturus ſibi imperium videbatur, has ob cauſas iuſſit &c."

k) πριν δε την διαθεσιν (f. διαβασιν) ἐκ βασιλεως ἐπιτραπηναι.

Imp. VALENTE.

a. C. 376.

vati ſunt, et capitis periculum adierunt. Ad hunc modum his, qui ſibi aduerſabantur, exitio fuerunt [l]).

Qui autem apud imperatorem primas partes gratiae occupabant, et plurimum apud ipſum valebant, eos irridebant, tanquam homines militares, et bello quidem aptos, ſed prorſus rerum ciuilium rudes et imperitos eſſe dicebant.

Iuſſerat autem Imperator ab Antiochia, vt primum imbellem et nulli vſui aptam ſuſciperent aetatem, et per Romanorum ditionis terras dimitterent, et tanquam obſides tuto loco haberent. Neque eo ſecius milites ad ripas conſiſtere, vt turbas pugnae aptas minime transgredi ſinerent [m]), neque nauigia illis ad traiectionem praeberent, priusquam arma depoſuiſſent, quo nudos trans-
23. mitterent. Eorum autem, qui iſta mandata exceperunt, exarſit hic in amorem vnius pueri candidi et vultu grati, ex his qui traiecti fuerant, alter miſertus eſt vxoris formoſae vnius ex captiuis. Hic captiuus fuit ſub virgine formoſa [n]), alios magnitudo muneris cepit, linea veſtimenta, et ſtragula ab vtraque parte fimbriata [o]). Plane vnusquisque ipſorum hoc propoſiti habuit, vt ſuas domos ſeruis replerent, et villas pecudibus, et in omnem libidinis licentiam proruperunt. Itaque victi a Scythis victoria foediſſima et diſſolutiſſima, eos, tanquam benefactores et ſeruatores priſcos, cum armis exceperunt. At illi tanta re ſine vllo labore adepta, ex clade quam domi acceperant, ſuam comparauerunt proſperitatem.

Nam

l) και περι τοις σωμασιν ἐκινδυνευσαν, ὁτι πολεμιυς διεφθειραν. Ita continue legendum eſſe docet Valeſius l. c.

m) ἐπετρεπεν ἀυτοις την ἀχρειον ἡλικιαν πρωτον ὑποδεξαμενοις - ἐπιϛαναι ταις ὀχθαις. και μη προτερον τυς μαχιμυς δεξαϑαι διαβαινοντας.

23. EVNAPIVS p. 20.

n) ὡς δε ἠν ἀιχμαλωτος ὑπο παρθενῳ.

o) το των ϛρωματων ἐπ' ἀμφοτερα ϑυσανοειδες. „ Intelligit (inquit Valeſius, in Nott p. 204.) „tapetes vtrimque villoſos, qui vno „verbo ἀμφιμαλλοι dicuntur: qualia ſunt ſtragula e lana quibus lectos „operimus. His opponuntur tapetes „ἑτερομαλλοι, cuiusmodi ſunt ii, „quos Turcicos et Perſicos vocamus: „Sic Gaza vocem ϑυσανωδη interpretatus eſt in Theophraſti Hiſt. „Plantarum. Quod ſi quis cum Cantoclaro maluerit interpretari ſtragula vtrimque fimbriata, equidem „non valde repugnabo.

Nam pro deſertis Scythiae locis, et barathro, in Romanum inuaſerunt imperium. Atque adeo iam tum barbara eorum natura et perfida, ex eo, quod foedera pro nihilo ducebant, apparuit. Etenim aetas inutilis, a traiectione ſuſcepta magno ſtudio et cura eorum, qui hoc conſilii dederant, per gentes et nationes vt habitaret eſt diſperſa. Domeſtici, vxores, filii, hi quidem ſigna regia gerebant p); illas autem conſpicere erat mollius et venuſtius, quam captiuas decebat, veſtitas.

§. 24.

At captiuorum filii, et quicquid illis fuit mancipiorum, aëris temperie in altum ſe ſuſtulerunt, et praeter aetatem pubuerunt, et in immenſam multitudinem adnatum et auctum eſt hoſtium genus. Ferunt priſcae fabulae, per Boeotiam et Colchida ex draconum dentibus ſeminatis homines cum armis ſimul cum ſemine proſiluiſſe. Noſtra autem aetas hanc fabulam re et euentu veram eſſe declarauit. Haud ſecus enim contigit vt Scythici generis filii per Romanorum ditionis terras, tanquam dentes, diſperſi ſimulatque tempore ad aetatem, qua arma ferre potuerunt, peruenerunt, toti iracundia et furore perciti in caedibus verſati ſint.

Itaque flos Scythici roboris et nobilitatis, ſimulatque pugnae aptus fuit, ſeſe ſuſtulit, et longe grauiora et atrociora, quam paſſi fuerant, ſunt auſi. Omnis enim Thracia et continens regio Macedonia q) et Theſſalia talis tantaque eſt, et in ea tam multa aratra terram verſant r), vt nulla oratione earum fertilitas exprimi poſſit. Hanc talem exiſtentem, tam populoſam, beatam ſimul et a tam ſtrenuis et fortibus viris habitatam et cultam, Scytharum infidelis et inſana rebellio, quam, ſtatim a traiectione audaciores et ſuperbiores facti, animo voluerant, in eum contemptum adduxit, et vsque eò ſpoliauit, vt ſi alicubi aurum eſſe indicaretur,

dum

p) *παιδες ἐκεινων τα βασιλικα παρασημα ἐχοντες.* „Male „(inquit Valeſius l. c.) Cantoclarus „vertit, *ſigna regia gerebant*, cum „potius inſignia vertere debuiſſet. „Id enim ſibi vult Eunapius, pueros Gothorum impuberes inter imperatoris miniſtros adſcriptos fuiſſe, „et cultu regio veſtitos. Nam paedagogiani pueri purpura induebantur, vt docet Marcellinus in rebus „Procopii —.

q) *και ἡ συνεχης αὐτῃ χωρα Μακεδονια*

r) *τοιαυτη τις ἐςι, και ὁυτω πολυυμνητος, ὡςε* etc.

Imp. VALENTE.

a. C. 377.

dum Thracia in his malis erat, illud, vt eſt in prouerbio, My-
24 ſorum praeda eſſet s).

Viſum autem eſt illis ſeditionem excitare, cum nullae copiae adeſſent, quae pugnare et illis reſiſtere poſſent. Et multitudine quidem hominibus incautis et ſine armis erant terrori et in caedes erga deuictos effuſi, omnino hac mortalibus nudarunt. Cauſa quaeſita erat, quia neque conſtitutum fuerat, neque Hunnorum nomen Scythas, neque Romanos Scytharum ferre. Ex ciuitatibus paucae moenibus et propugnaculis tutae, quas facile eſt enumerare, integrae et illaeſae permanſerunt, et adhuc permanent. Sed regio ipſa quae plurimum eſt vaſtata, et eo per bella reducta, vt habitari, incoli, et adiri iam amplius non poſſit.

§. 25.

Imperator autem vt de tot tantisque malis, quae narrari non poſſunt, factus eſt certior, cum ſe ipſo certans pacem cum Perſis neceſſario facere eſt coactus. Etenim Scythas ſuſceperat et ſuſcepiſſe poenitebat. Itaque animum confirmauit, et totus in illud bellum incumbens praemittit Saracenorum equitatum, qui barbarorum impetum reprimeret. Iam enim vsque ad Conſtantinopolim excurrebant, et, tanquam eam obſidentes, intra moenia turbas excitabant t). Et cum nullas copias, quae illis reſiſtere poſſent, cernerent, per omne genus iniuriae et contumeliae graſſari ſtatuebant. Vnde fortuna tunc temporis manifeſte viſa eſt belle pro Romanis militaſſe u).

a. M. 5870. a. C. 370. a. 3. Valentis.

§. 26.

a. C. 378.

25. r) GOTTHI rurſum eruptione facta in Romanam ditionem graſſati, plures prouincias depopulati ſunt, Myſiam, Thraciam, Macedoniam

r) CEDRENVS: *Poſtea, Valente in Syria agente, Scythae amne tranſmiſſo, vrbem violatis poſt baptiſmum pactis, adorti ſunt.* —

s) ὡςε χρυσον ἀποδειχθηναι προς τα θρακια παθη των Μυσων παροιμιωδη λειαν. Verte (Valeſius ait): *vt vetus illa Myſorum praedatio, prouerbio celebrata, cum hac Thraciae vaſtatione collata, durum eſſe videretur.*

24) id p. 21.

t) και τοις τειχεσιν ἠνωχλουν περικαθημενοι.

u) ὁ δη (ὅθεν in marg.) και περιφανως ἐδοξε καλλιςα ςρατηγησαι κατα τον καιρον ἐκεινον ἡ τυχη.

25.) THEOPHANES p. 55. 56. Anaſt. p. 33. *Quo* (v. ad §. 19. allata) *auditu-*

Imp. VA-
LENTE.

a. C. 378.

am, Achaiam et omnem Graeciam, ad viginti vsque prouincias. — Valens diutius in Antiochena vrbe moratus, ac tandem de

Gottho-

Tertio anno rurſus Gotthi in Rom. ditionem impreſſione facta — prouincias. — arrepto freno ita monuit: — (de infauſtis ominibus paulo aliter Cedrenus et Zonaras.) *Paulo poſt in Thraciam eduxit, ibique cum Scythis acie congreſſus, ingenti proelio victus, in quendam pagum* (χωρίον) *confugit ſtingreſſusque aedem, in qua paleae repoſitae erant,* (ἐν ἀχυρῶνι. Zonaras circumſcribit: ἐν οἰκήματι χόρτου ἀχύρων τε γεγεμισμένῳ συμφεύγων.) *cum iis quos fugae habebat comites, ibi ſeſe abdidit. Scythis autem, qui occultatos ibi ignorabant, ignem domui illi iniicientibus, quotquot ibi latebant, omnes cremati et in cineres redacti ſunt.* — (*Parta victoria* &c. deſunt apud Cedrenum et Zonaram.). ZONARAS: *Cum autem Scythae prouincias Thraciam et Macedoniam incurſarent, Magnus pater Iſaacius ei contra illos proficiſcenti equo occurrens, Redde, inquit, imperator, orthodoxis Eccleſias, et ſcito te victorem rediturum, ſin contra Deum militaueris, non reuerteris. His commotus homo impius, cuſtodiri iubet virum ſanctum, donec redierit. Tum ille, ſi redieris, inquit, non locutus eſt per me Deus. — Congreſſus autem — abdidit. in qua, cum Scythae poſt victoriam praedas e prouincia agerent, villasque* (οἰκίας) *incenderent, et ipſe conflagrauit* (κἀκεῖνο τὸ οἴκημα κατεπεπρήκεσο, καὶ Οὐάλης διεφθάρετο ἐν αὐτῷ.). SVIDAS: *Qui* (Valens) *diuina prouidentia a Gotthis oppugnatus, conflagravit.* CONSTANTINVS MANASSES: *Valens ab edaci igne conſumtus eſt, quum Scythas fugiens in tugurium paleis refertum ſe recepiſſet.* IOEL: *Valens — cum Gotthis armis dimicans, afflictus*

Valens cum Antiochiae degeret - abſumpſere. eadem quae Theophanes. (*Parta victoria* &c. deſunt apud Anaſt.) Cedren T. I. p. 313. 314. Zonar. T. II. p. 31. 32. Suidas (T. I. Corp. Hiſt. Byz. p. 64.). Conſtantinus Manaſſes p. 50, Ioël in Chron, Comp. (Acropolit. p. 169.). Selecta ad Illuſtr. Chron. Paſch. p. 448. ſic habent: *Gratiano IV. et Merobaude coſſ. a. C. 377. gens Gothorum, qui pro miſericordia ſuſcepti ſunt, rebellauerunt aduerſus Romanos, ad quos expugnandos miſſi ſunt comites cum militibus et pugnauerunt cum Gothis. Valente VI. et Valentiniano II. coſſ. a. C. 378. ingreſſus eſt Valens CP. d. 3. Kal. Iun. Et ipſo anno profectus eſt Valens Aug. ex vrbe ad foſſatum d. 3. Id Iunias, et pugna magna fuit cum Romanis et Gothis miliario 12. ab Hadrianopoli, d. 5. Id Auguſti. Ex ea die Valens Aug. nusquam apparuit, et toto anno per dioceſim Thrathiarum, et Scythiae et Moeſiae, Gothi habitauerunt ſimul, et eas praedauerunt, deinde vsque ad portas vrbis CP. venerunt.*

Imp. VALENTE.

a. C. 378.

Gotthorum auſibus certior factus, Conſtantinopolim ſe contulit. Caeterum Byzantii hominem contumeliis reſpergebant, velut imbellem, et qui Martis opus fugeret. Exin Iſacius ſacer monachus, apprehenſo fraeno equi Valentis aciem ex vrbe educentis, et ad bellum progredientis, quaſi vltima verba praecinens, ad eum dixit: Quo properas, Imperator, in Deum militaturus, et iamiam Deum experturus aduerſarium? In eum frendens imperator cuſtodiae mancipauit, mortem, vt Michae quondam Achab, ei minatus, ſi vnquam rediret. Poſt eius obitum libere faſſi ſunt, qui eius vtebantur familiaritate, domeſtici, eius conſilio vaticinia conſulta de propoſita ſibi belli expeditione.

Demum cum Gotthis habito conflictu ſuperatur, et, fuga cum paucis arrepta, caſulam ſubit. In aediculam fugitiuos ſe recepiſſe deprehendunt Barbari, quapropter igne ſubiecto cunctos in ea concluſos incendio miſere [x] abſumpſere. — Parta victoria, et Valente igne ſublato, elati animis Gotthi Conſtantinopoli iuncta ſuburbia coeperunt atrociter infeſtare: quibus Mauia, Saracenorum regina, miſſum a ſe Saracenicum exercitum oppoſuit, Domnica quoque, Valentis coniux, educto in aciem populo ab vrbe remote Barbaros expulit.

Imp. GRATIANO. a. M. 5870. a. C. 370. [y]

§. 27.

Imp. GRATIANO.

26. [z]) Cum autem Scythae poſt cladem Valentis elati ſucceſſu rerum Thraciam finitimaque loca vaſtarent, et coërceri nullo modo poſ-

et ſtratus cum nonnullis fugiens in tugurium ſe recepit: ibi vna cum ſuis et tugurio flammis ab hoſtibus abſumtus eſt, cum impie remp. adminiſtraſſet annos 14.

[z]) THEOPHANES: *Haec* (v. §. 26.) *ita geſta cum Gratianus Aug. in Pannonia reſciuiſſet, quaſi ſuppetias laturus ſuſcepit expeditionem, et in Valentis locum Theodoſium Aug. imperatoria chlamyde veſtiuit, et imperatorem renuntiatum ad bellum aduerſus Gotthos mi-*

x) Anaſt. addit: *ignorantes.* Goar Nott. p. 566. „Praecipuam hanc, inquit, Romanorum ſtragem deſcribit „Ammianus l. 31. Ad a. 14. Valentis „aſſignat Hieronymus in Chronico, „qui poſt Valentiniani Fr. mortem Va-„lentis 3us numeratur a Theophane: „cui concors Ammianus ſcribit: „Periit hoc exitu Valens 50° anno contiguus, cum per annos 4. imperaſſet „et paruo minus.„

y) ſub hoc adhuc anno haec narrat Theophanes.

26) ZONARAS T. II. p. 33. 34 Theophanes p. 56. Anaſtaſ. p. 33. Ioël p. 169. Conſt. Manaſſ. p. 50.

Imp. GRATIANO.

poſſent, Theodoſium Hiſpanum [Gratianus] accerſit — virum fortiſſimum et religioſiſſimum. Hunc igitur, ducem delectum, ablegat contra Barbaros, qui proelio victor, magnam Scythicae gentis multitudinem caedit, caeteris in fugam coniectis, qui vel a victoribus deprehenſi, vel a ſeſe inuicem obtriti perierunt [z]. Barbaris igitur illis fere omnibus interfectis, Theodoſius exercitu illic relicto, ipſe victoriae nuntius, ad Gratianum tum in Pannonia [a] degentem contendit. Nec tamen victoriam ſuam et Barbarorum interitum nuncianti fides habita eſt, quum ob rei geſtae celeritatem, tum ob Scytharum ſummam rei militaris peritiam [b]. Cum autem veritatem cognouiſſet imperator, deque internecione Barbarorum plane conſtaret, viri celeritatem admiratus eſt, et rem bene geſtam laudibus proſecutus.

§. 28.

Imp. THEODOSIO. I.

a. C. 382.

Imp. THEODOSIO. I.

SVB Theodoſio, primis eius imperii annis, Scytharum gens ſedibus ſuis excita, et ab Hunnis expulſa, vna cum ſuarum tribuum ducibus et aliis, qui genere et nobilitate praeſtabant, traiecerunt, 27.
et

ſit. SCYTHAS *porro* VERNACVLA IPSORVM LINGVA (ἐπιχωρίως. Anaſtaſius : *vulgo.*) GOTTHOS NVNCVPATOS *Traianus patricius in Hiſtoria ſua aſſerit.* ANASTASIVS : *Quo comperto Gratianus Aug. Theodoſium Auguſtum —.* IOEL : *Gratianus Magnum Theodoſium generum ſuum ex Hiſpania aduocatum imperatorem creat, ablegatque ad orientis gubernationem, Scythas Thraciam deuaſtantes debellaturum.* CONSTANTINVS MANASSES : *Gratianus - non abs re Theodoſio largitus orientis imperium, quippe debitum ei conceſſit victoriae praemium, quem de barbaris vir magnanimus adeptus fuerat.*

z) ὑπ᾽ ἀλλήλων διαφθειρέντων ἐν τῃ φυγῃ.

a) Παιονιας.

b) δια-το δυσμαχωτατον των Σκυθων. In ſelectis ad Illuſtr. Chron. Paſch. p. 449. haec leguntur: *Auſonio et Olybrio coſſ.* (*a. C. 379.*): *leuatus eſt Theodoſius Aug. ab Auguſto Gratiano d. 14. Kal. Febr. in ciuitate Sirmium. Ipſo anno multa bella Romani cum Gothis commiſerunt. Deinde victoriae nuntiatae ſunt aduerſus Gothos, Alanos atque Hunnos d. 15. Kal. Decemb.* Ibidem additur: *Syagrio et Eucherio coſſ.* (a. C. 382.) *Ingreſſus eſt Athanaricus Rex Gothorum Conſtantinopolim d. 3. Id. Ianuar. Eodem menſe diem functus eſt idem Athanaricus 8. Kal. Februar.*

27.) EVNAPIVS p. 21. 22.

Imp. THEODOSIO I.

a. C. 382.

et honoribus ab imperatore delatis arrogantiores facti, et omnia in ſe poſita conſpicientes, inter ſe non paruam ſeditionem excitarunt. Alii contenti eſſe frui praeſenti proſperitate, alii iusiurandum, quod domi praeſtiterant, ſeruare volebant, neque ſibi transgrediendas conuentiones et pacta cenſebant. Illa autem pacta erant immaniſſima, et in omnem crudelitatem barbarorum animos agentia: Omni ratione Romanis inſidias tendere et omni arte et fraude illos, quorum ſumma in eos conſtabant merita, aggredi et circumuenire, neque quieſcere, donec omni illorum regione potiti eſſent. De hoc erat inter Scythas ſeditio, et inter ſe diffidentes, in duas contrarias partes lati ſunt. Alii in deteriorem, quae inſidias facere proponebat, alii in benigniorem ſententiam vergebant, vtraque tamen pars ſeditionis cauſam occultabat. Nihilo minus imperator illos honorare non deſiſtebat, et modo ſuae menſae participes, modo ſub eodem tentorio degentes admittebat c).

§. 29.

Erat autem ſanctioris et Dei charae partis Dux PHRAVITVS, aetate quidem iuuenis, ſed qui, cum virtutem excoluiſſet, et veritati ſtuduiſſet, et in his ſe exercuiſſet, omnium hominum praeſtantiſſimus euaſerat. Deos ille ſibi ad antiquum morem colendos ſtatuebat, neque illi vllus inerat dolus. Non ille quicquam per fraudem et malitiam fingeret, quo ſibi potentiam compararet, puro, ſimplici et candido animo inter homines agebat. Peiorem portis inferni eum eſſe ducebat, qui aliud in pectore verſabat, aliud ore proferebat. Vxorem Romanam expetiuit d), ne propter corporis neceſſitatem iniurius eſſe cogeretur. Et imperator ſecundum patris arbitrium dedit ius nuptiarum, etenim puella ſub patre nutriebatur. Is cum rem eſſet admiratus, beatum ſe ducebat, quod talem generum nactus eſſet. Ex eo factum eſt, vt nonnulli, ſed ad-

c) καὶ πολὺ τὸ φιλόδωρον ἐς αὐτοὺς ἦν. οὐδαμῶς γὰρ ἐξεφέρετο καὶ παρεγυμνοῦτο τὰ τῆς φιλονεικίας. omiſit haec interpres.

Huc reſpicere videntur, quae habes in Selectis ad Illuſtr. Chron. Paſch. p. 449. *Antonio et Syagrio coſſ. a. C. 382. vniuerſa gens Gothorum cum rege ſuo in Romaniam ſe tradiderunt die 5. Non. Octobr.* Ex his annum ſupra adſcripſi.

d) γυναῖκα οὖν ἤγετο Ῥωμαίων εὐθύς — ,

a. C. 382. *Imp.* THEODOSIO I.

admodum pauci [e], adoleſcentis virtutem et pietatem admirati, ad eius cauſam ſe adiunxerint. Multo vero plures et hi potentiores, quae ſemel ab initio decreuerant, tuenda ſibi ducere, et conceptas inſidias parturientes inſanire et furere. Horum princeps erat ERVLFVS [f], vir impotens et furibundus.

Cum autem illos imperator conuiuio opipariore excepiſſet, verum eſſe illud antiquum prouerbium apparuit, in vino Dionyſii veritatem eſſe [g]. Nam ab his in apertum prolata eſt ſeditionis cauſa [h]. Soluitur igitur conuiuium incondite, et magna cum commotione et confuſione, conuiuae tumultuantes foras proſiliunt. At Phrabitus, quae erat eius virtutis magnitudo, ſi ſtatim proſiliret, pulcrius et iuſtius eſſe facturum viſus eſt exiſtimare [i]. Itaque non expectato alio tempore enſe educto latus Erulfi confodit: et ille quidem occubuit, cum ante in ſomniis violentam et iniuſtam aggreſſionem praeuidiſſet * * * [k])

CAPVT

e) των — ὁμοφυλων ὀλιγοι τινες.

f) Εριϐλφος.

g) οινος και αληθεια τȣ Διονυσȣ. Et vinum et veritas Bacchi ſunt.

h) και τοτε ῥηξαντος αυτοις παρα ποτον την επικρυπτομενην ϛασιν.

i) ὁ δε Φραβιθος δι᾽ αρετης ὑπερβολην, το καλον και δικαιον καλλιον αμα και θεοφιλεϛερον ὀφθησεσθαι νομιζων, ει προθειη ταχος.

k) in marg. adſcribitur: deſunt multa.

CAPVT II.

Res Viſigothorum

Sub

Regibus Alarico, Adaulpho, Singerico, Valia, Theuderico, (Odoacro) Alarico Iun. Giſelico, Amalarico, Theudi denique Viſigothorum in Hiſpania rege, geſtae

ab a. C. 395 — 534.

§. 30.

Imp. ARCADIO.

Imp. ARCADIO.

a. C. 395 — a) 410. *)

28. λ) IMPERIVM occidentale tenente Honorio, ditionem eius inuaſere Barbari, quinam ii fuerint, et qua illud via perfecerint, mox declarabo. Plurimae quidem ſuperioribus fuere temporibus, hodieque ſunt *nationes Gotthicae*, ſed inter illos *Gotthi* b), *Vandali* c), *Viſigotthi* d), et *Gepaedes* cum numero tum dignitate prae-

λ) THEOPHANES, et ex illo ANASTASIVS et CONSTANTINVS Porph: *Erant ea tempeſtate* (qua floruerunt Romanorum duces Aetius et Bonifacius) *Gotthi*, *gentesque quamplurimae trans Danubium* (περαν τȣ Δανȣβιȣ. Conſtantinus: μεχρι τ. Δ.) *in Hyperboreis regionibus habitantes* (κατῳκισμενα.) *inter quas praecipuae quatuor omnino ſunt*, *Gotthi*, *Viſigotthi* (Υπογοτθοι. omittit hos Conſt.) *Gepedes et Vandali* (Ουανδηλοι.), *nullo alio quam nomi-*

28. PROCOPIVS de B. V. L. I. c. 2. p. 178. cfr et inf. §. 376. Theophanes p. 81. Anaſt. p. 39. Conſtantin. de Adm. Imp. C. 25. p. 78. 79. Cedren. T. I. p. 342.

a) Primus imperii eius annus.

*) Annus Romae ab Alarico captae. Procopius haec, ad bellum Vandalicum enarrandum accedens, refert, vt illa ſub a. 31. Theodoſii Iun. a. M. 5931. a. C. 431. habet, alieno pariter loco, Theophanes.

b) Quos Oſtrogothos alii, Gothos ſimpliciter vocant Byzantini.

c) Βανδιλοι.

d) Οὐϊσιγοτθοι

a. C. 395-410. *Imp.* ARCADIO.

praeſtant. *Olim Sauromatae* dicebantur ac *Melanchlaeni:* quidam etiam *Getarum* nomen ipſis tribuerunt. Vocabulis quidem omnes, vt dictum eſt; nulla vero re praeterea inter ſe differunt. Cutis omnibus candida, flaua caeſaries, corpus procerum, facies liberalis, eaedem leges, eadem ſacra, Ariana ſcilicet, vna demum lingua, quam Gotthicam vocamus: ita vt ad vnam vniuerſos gentem pertinuiſſe quondam, ac ſuorum deinde ducum nominibus diſcretos fuiſſe exiſtimem. Antiquae eorum ſedes trans flumen Iſtrum. Exin Gepaedes Singedonem ac Sirmium cum vicino tractu, qua eis, qua vltra fluuium Iſtrum, vbi etiamnum habitant, occuparunt.

§. 31.

μ) Quod ad caeteros attinet, egreſſi inde VISIGOTTHI, primum in ſocietatem Arcadii Aug. ſe contulerunt. At cum apud

H 2 Bar-

num appellatione a ſe inuicem diſcretae, et vbique (addit hoc interpres) *vna communi lingua* (μια διαλεκτω) *vtentes: omnes alioqui prauas Arii ſectantur opiniones. Iſti Arcadio et Honorio impp. traiecto Danubio in Romanae poteſtatis ſolo fixerant ſedem* (κατῳκισθησαν. A. locati ſunt.) *Gepedes quidem, ex quibus demum Longobardi* (Λογγιβαρδοι) *et Abares diuiſi ſunt* (διῃρεθησαν,) *loca* (χωρια. A. villas) *ad Singidonem et Sirmium* (Σερμιον) *poſita occupauerunt.* CEDRENVS: *Eo* (Theodoſio iun.) *imperante Gotthi in quatuor gentes diuiſi ſunt, in Gotthos, Hypogotthos, Gepedes et Vandalos. Ex quibus Abaris coepit Romanam ditionem peragrari.*

μ) THEOPHANES, ANASTASIVS, CONSTANTINVS: *Wiſigotthi* (Υπογοτθοι.) *poſt illatas ab Alaricho clades Roma deuaſtata* [e]), *in Gallias ſecedentes, varias obtinuerunt prouincias. Gotthi* &c. (v. §. 70.) — *Wiſigotthi quoque e Gallia migrantes occupauerunt Hiſpaniam* (cfr. §. 67.) ZONARAS: *Hic* (Honorius) *cum ob vaecordiam ſe Romanis magnatibus inuiſum eſſe, et inſidiis appeti animaduertiſſet, Rauennam abiit, et Romanorum in ſe odium vl-*

μ) Zonaras. T. II. p. 39. 40. Cedren. T. I. p. 335. 336. reliqui ll. cc.

e) μετα Αλλαριχον την Ρωμην πορθησαντες. Combefis ad h. l. p. 639. „ - Melius Niceph. μετα „Αλαριχȣ, cum Alaricho, Alaricho „duce. Ex Gallia enim cum ſuis „Viſigothis ille profectus Romam cepit, atque vaſtauit, Honorio principe „.

Barbaros manere neſciat pacta Romanis fides, paulo poſt ad inferendam vtrique imperatori perniciem conuerterunt operam, duce ALARICO, et incipientes a Thracia, Europam omnem pro hoſtil habuere. Ac prius quidem Honorius Aug. Romae ſedebat, nihil de

turus legatus ad Alaricum VANDALICAE SEV GOTTHICAE GENTIS *ducem miſit, petens vt Romam oppugnaret. Alaricus autem Romam inuaſiſſe non tamen vaſtaſſe fertur, ſed pacem feciſſe cum Romanis, acceptaque pecunia omni imperatoria, et Honorii ſorore Placidia, receſſiſſe: puellam autem tradidiſſe cuſtodiendam Comiti cuidam Conſtantio, qui eam, arrepta fuga, ad fratrem perduxerit: a quo et Senatoria dignitate ſit ornatus, et affinis aſcitus, denique etiam imperator appellatus, cum Honorius omnino liberis orbus eſſet. Conſtantium autem paulo poſt occiſum, cum e Placidia Valentinianum et Honoriadem genuiſſet. Quidam igitur haec ita narrant. Alii vero dicunt, occiſum eſſe Stiliconem, et Romanos odiſſe Honorium, qui Rauennam migrarit. Alaricum autem, contempta eius vaecordia, Romam obſidione cepiſſe: qua capta, quendam oppletum lachrymis nunciaſſe, Romam ab Alarico captam: ad eum nuncium conſternatum conuulſo corpore, et femora manibus ferientem dixiſſe Honorium: Roma modo hic fuit, quomodo igitur capta eſt? quo errore nuncium intellecto cum gemitu dixiſſe, ſe de vrbe loqui, non de aue. Habebat enim in deliciis gallinam praegrandem, nomine Romam, quam cum putaſſet eſſe captam, ingemuerat.* CEDRENVS: *Tertio anno CP. degente Theodoſio, cum Honorius Romae imperium tenens et occidentis, Rauennae ageret, capta eſt Roma ab Alaricho* GOTTHO VANDALORVM (Ουανδίλων) DVCE. *anni tum ab eius exordio praeterierant* clↄcLX. *d. 26. menſis Auguſti, ind. 9. a. M. 5965. Eius rei fama cum eſſet Rauennam perlata, quidam plorans ac quiritans Honorio dixit: Domine, Roma Alarichus Vandalorum dux potitus eſt.* *) *aue. Ibi Honorius: perculiſti, inquit, animum meum, nam de aue putabam te loqui. Habebat enim* etc.**) *) **) hic omiſſa eadem ſunt apud Zon. et Cedr. μ) THEOPHANES: *Hoc anno* (nono imp. Arcadii) *tumultus et ſeditiones Romae mouit Honorius. Leui quippe rerum praetextu concitatus in ciues, et irae impotens, in Rauennam ciuitatem maritimam ſe transfert. Inde* GALLVM *quendam natione Barbarum* (Alarichum, vt ex ſeq. patet.), *ex iis quorum penes ſe authoritas erat ſumma, cum valido exercitu in Romanos ablegat, et eos qui deliquerant, depraedari, et armis*

μ) Theophanes p. 65. reliqui ll. cc.

de bello cogitans, eaque re, opinor, vna contentus, vt otium, quo in aula fruebatur, nemo turbaret. Vbi vero barbarum cum ingentibus copiis non procul, nimirum apud Taulantinos, eſſe audiit; relicta aula, Rauennam, vrbem in extremo ſinu Ionio munitam, petiit, trepide fugiens et incompoſite.

Sunt, qui dicant, euocatos ab ipſo barbaros, cum in eum ſubditi rebellaſſent: ſed mihi, quantum ex illius indole coniicere 29.
licet, parum id credibile videtur.

vexare iubet: ſubinde parum abfuit, quin obſeſſa ciuitas funditus in ruinam ageretur. Alarichus autem ſenatorum ordini in vrbe moranti ſe defenſorem adiunxit. (ὁ δε Αλαριχος παρεθετο ἑαυτον τοις συγκλητικοις της πολεως. Combeſis, ego, inquit, ſic exponam: ſeſe Senatoribus obſtrinxit, quomodo dicitur, παραθεσθαι την κεφαλην, fidem dedit, ſub qua vrbem in deditionem accepit.) *et direpta Palatii tota ſupellectile, Placidiam Honorii ex patre ſororem, virginem impubem ſuis abreptam, ad proprios lares et gentem deduxit in Gallias, et receſſit. Conſtantius ex Alarichi comitibus vnus, cui puellae cuſtodia demandata fuerat, ſecum acceptam ad imp. Honorium retulit*— (reliqua vt Zonaras). *Conſtantius iunctis cum Honorio viribus, tyrannos Romae extinxit, publicatisque ipſorum aedibus vrbem in pace compoſuit.* OLYMPIODORVS: *Addit* (Olympiodorus, inquit Photius in Bibliotheca) *Alarichum Gotthorum praefectum, quem olim euocarat Stelicho, vt Honorio Illyricum armis teneret* a). *haec enim illi prouincia a parente Theodoſio in partitione regni obuenerat. Hunc igitur Alarichum* (omiſit haec interpres), *tum ob Stelichonis caedem, tum quod promiſſum illi datum non erat, cinxiſſe, et cepiſſe Romam, in eaque vrbe incredibilem argenti vim praeda auertiſſe. Quin et Honorii* b) *Placidiam, Romae tum agentem, captiuam habuiſſe. Ante captam vero vrbem illuſtrem tum virum, cui Attalo* c) *nomen, ſummam praefecturam gerentem, imperatorem renunciaſſe. Actaque eſſe haec ob eas, quas diximus, cauſas, et ob Sa-*

a) ἐπι τῳ φυλαξαι Ονωριῳ το Ιλλυρικον.

b) την ἀδελφην, ſororem, omiſit interpres. Phil. Labbe ad h. l. p. 90. „Huius, inquit, longiorem apud „Gothos moram initasque cum Ataul„fo rege nuptias ignoraſſe videtur „Conſtantinus Manaſſes p. 51.„

c) Priſcus Attalus vocatus eſt, teſte Sozomeno l. 9. c. 8.

29. PROCOPIVS de B. V. l. I. c. 2. p. 179. reliqui ll cc.

Imp. ARCA-DIO.

a. C. 395-410.

§. 32.

Porro nusquam nacti obicem Barbari, ſe mortalium omnium crudeliſſimos praebebant. Captas enim vrbes ita delebant, vt praeter vnam turrim, aut portam, vel ſi quid eiusmodi adhuc reſtat, nullum ad meam aetatem eorum veſtigium extiterit, praeſertim citra ſinum Ionium. Obuios quosque perimebant, ſenes iuxta ac iuuenes, nec feminis parcentes, nec pueris: hinc illa, quae in Italia etiamnum eſt, hominum infrequentia. Europam exhauſerunt pecunia, ac, poſtquam (quod caput eſt) Romam opibus cum publicis tum priuatis ſpoliarunt omnino, in Galliam commigrarunt.

Quo

rum d), Gotthum item genere, ſed paucorum hominum praefectum (vix enim ducentos, aut ſummum trecentos ductabat) caetera generoſum virum, armisque inuictum, quem quod ſocium ſibi Romani adiunxiſſent, Alarichi infeſtum hoſtem, in perpetuum id-

d) Idem alias Aſarus appellatur, vt apud Zoſimum. [c. d. margini adſcripta ſunt.] Ph. Labbe l. c., „De Saro, inquit, multa Sozomenus l. 9. c. 9. & 15. Philoſtorgius „l. 12. Segm. 3. et Zoſimus Comes l. 6. „qui in hoc, aut auctoris obitu, „aut temporum iniuria deficit -. Quod „autem ad oram exteriorem notauit interpres, Aſarum quoque ap„pellatum fuiſſe, id ex deprauato „per incuriam dormitantis amanuen„ſis codice originem traxit; ſic quip„pe legendum in Excerptis illis Pho„tianis: ἀλλα Σαρος Γοτθος και „αὐτο διαφορος ὢν Αλαριχῳ, „non vero, ἀλλ᾽ Ασαρος. Idem ad verba: *Alarichum Goth. praefectum* „ Marcellinus, inquit, in „Chronico Olybrio & Probo coſſ. „narrat, Ruffinum patricium Arca„dio principi tendentem inſidias, „Alaricum Gotth. regem, miſſis ad „illum pecuniis infeſtum reip. fe„ciſſe, et in Graeciam miſiſſe. Inde „poſtea a Stelichone in Illyricum, „quod Honorio in partitione impe„rii obuenerat, inuitatus, teſte Pro„ſpero in faſtis, cum Radagaiſo per„ruptis Alpium clauſtris Italiae fines „peruaſit. Plura in eandem rem Oro„ſius, Sozomenus, aliique, quibus „iunge Philoſtorgii Excerpta a Iac. „Gotthofredo edita initio lib. 12. „

Romae a Gotthis captae meminit etiam Olympiodorus p. 15. vbi ita legitur: *Romanae vrbis moenia ex Ammonis Geometrae dimenſione, quo tempore Gotthi illam priore incurſione infeſtarunt, 21. miliaris ſpatium in circuitu habere comperta ſunt.*

Vrbis *Saluiae* meminit Procop. L. II. de B. G. c. 16. p. 427. *Quam,* inquit, *olim Alaricus ita euertit, ut priſtini decoris nihil ei ſuperſit, praeter vnam admodum portam, et paucas ſtructurae pauimenti reliquias.*

a. C. 410.

§. 33.

Quo autem modo Romam ceperit Alaricus, narrabo. Multo iam tempore in obſidione conſumpto, et vrbe qua vi, qua dolo ſaepe fruſtra tentata, conſilium hoc excogitauit. Cum ex adoleſcentulis exercitus, nondum prima veſtitis lanugine, ſed recens pubertatem ingreſſis, trecentos delegiſſet, quos videbat et genere claros eſſe, et teneram aetatem animo praeterire; clam illos praemonuit, ſe patriciis Romanis ipſos, tanquam ſeruulos, ficte ſcilicet atque in ſpeciem, donaturum. Simul iniunxit, vt commodam prae ſe indolem ferentes, ac ſingularem modeſtiam, alacriter omnia dominorum mandata peragerent ſtatim a ſuo in eorum aedes ingreſſu: modico poſt interuallo, praeſtituto die, circiter meridiem, dum omnes, a quibus eſſent accipiendi, poſt prandium ſomnum, vt ea fert hora, caperent, ad portam ipſi Salariam conuolarent, ſubito impetu cuſtodes e medio tollerent incautos, mox et portam panderent.

Vbi his Alaricus mandatis inſtruxit adoleſcentes, confeſtim Senatui per legatos renuntiauit, mirari ſe vehementer ipſorum erga ſuum principem ſtudium; a ſe in poſterum quietem fore; cupere ſe virtutis ergo ac fidei, quae ſumma in ipſis eluceret, ſingulis dare ſeruos, vt aliquod ſui monumentum apud praeclaros ac fortes viros relinqueret. Quibus ſignificatis, miſſoque haud multo poſt adoleſcentum examine, ita ad diſceſſum conuaſare barbaros iuſſit, vt Romanis id notiſſimum eſſet. Aures iis faciles illi dederunt: iamque acceptis donis, genium liberaliter curabant, nihil minus quam inſidias a barbaro metuentes. Etenim adoleſcentes egregio erga heros obſequio ſuſpicionem omnem amouebant. Ad haec in caſtris partem cernere erat vellentem ſigna et ſoluentem obſidionem; pars idem factura continuo videbatur. 30.

Tan-

circo hunc renunciaſſe Sari amicitiae. In hac vrbis obſidione mutua carne paſtos obſeſſos. (reliqua v. §. 35.) CONSTANTINVS MANASSES: *Id temporis* (Arcadio et Honorio impp.) *contempto occidentis principe, tanquam effeminato, Gotthi ſanguinolenti, natio bellicoſa, ſuperatu difficilis, caedibus gaudens, in Romae veteris limites excurrunt, eorumque rex Alaricus imperatoriis opibus po-*

30. PROCOPIVS de B. V. L. I. c. 2. p. 180. Olympiodorus [T. I. Corp. H. Byz. Eclog. Hiſt. p. 4.] Conſtantin. Manaſſ. p. 51.

Imp. THEODOSIO Iun.

a. C. 410.

Tandem Alaricus eo die, quem aſſignauerat, copias omnes, arma perinde iuſſas induere, ac ſi tum eſſet abeundum, proxime portam Salariam in procinctu habuit: ibi enim iam inde ab obſidionis initio ſederat. Hora condicta, ad eam confluunt portam adoleſcentes, facto derepente in cuſtodes impetu, illos mactant, et valuis, prohibente nemine, patefactis, Alaricum in vrbem accipiunt cum exercitu. a quo mox iniectis facibus, tecta portae vicina deflagrarunt. In his fuit Salluſtii, antiqui Hiſtoriae Romanae ſcriptoris domus, cuius pars maxima ad hanc diem ſtetit incendio deformata. Demum Barbari vrbe prorſus direpta, atque edita Romanorum ingenti ſtrage, ire porro perrexerunt.

Quo tempore Rauennae Eunuchus quidam auiarius Honorio Aug. nuntiauit, vt perhibent, actum eſſe de Roma. Hic ille cum exclamatione, Atqui, inquit, e manibus meis modo pabulum ſumpſit! Habebat enim eximiae magnitudinis gallinam, quam Romae nomine inſigniuerat. Tum Eunuchus, mentem eius intelligens, vrbem Romam periiſſe dixit, captam ab Alarico. At imperator, Ego vero, ait, amice, Romam gallinam mihi periiſſe rebar. Adeo ineptum imperatorem iſtum fuiſſe tradunt.

Non ita potitum Roma Alaricum nonnulli memorant, ſed feminam, cui nomen Probae, et quae in ordine ſenatorio opibus ac ſplendore nominis praecellebat, miſeratam Romanos, fame et omni aerumnarum genere tabeſcentes, iamque mutua inter ſe veſcentes carne; cum ſpem illis reliquam eſſe nullam videret, obtinente amnem et portum hoſte, famulis praecepiſſe ferunt, vt portas noctu reſerarent.

§. 34.

Caeterum Alaricus, ſub diſceſſum ex vrbe Patricium quendam, nomine Attalum, imperatorem Romanorum pronuntiauit, diademate, purpura, caeterisque imperatoriae maieſtatis inſignibus ornatum

titur, et ipſa imperatoris ſorore Placidia, quae mox de barbarorum manibus elapſa, celeriter ad Honorium fratrem ſe contulit, qui Rauennam vrbem munitam, profugerat. —
Theophanes: *Hoc anno* (tertio Theodoſii Iun.) *Roma ab Alaricho capta eſt, nono Kal. Septembris: paucisque diebus exactis Conſtantinus vir clariſſimus cum plerisque aliis occiſus eſt.*

a. C. 440. *Imp.*THEODOSIO Iun.

natum. Quo facto eum finem petebat, vt imperium abrogaret Honorio, totumque occidentem in poteſtatem Attali traderet. Eo certe animo Rauennam cum numeroſo exercitu vterque petiit: ſed is erat Attalus, vt ſapiens conſilium nec per ſe inire, nec datum ab alio amplecti ſciret. Itaque duces ſine copiis in Africam deſtinauit, Alarico diſſentiente. — Interea loci naues Honorius 31.
in promptu habebat, expectans quo res Africae vergerent; vt, ſi forte miſſi ab Attalo repulſam paterentur, nauigaret ipſe in Africam, ac partem regni eius aliquam obtineret. — Tali in expectatione - ex Africa nuntius de interitu' ducum, quos Attalus eo miſerat, ſubito venit, et claſſis auxilia plurima Byzantio vehens praeter expectationem affuit.

y) Praeterea alienatus ab Attalo Alaricus, ipſum exuit Auguſti cultu, et ad vitae priuatae conditionem redactum habuit in cuſtodia.

§. 35.

Alarichvm, viuente etiamnum Stelichone, militiae mercedem centenarios quadraginta accepiſſe [Olympiodorus tradit]. Poſt Stelichonis 32.

y) Olympiodorvs: *Poſt etiam dum Alaricho non acquieſcit Attalus, et vero maxime Iouii opera, qui Honorii legatos prodiderat, imperio deiicitur: manetque priuatam apud Alarichum vitam degens. Deinde non multo poſt iterum imperauit, ac rurſum abdicare coactus eſt. Poſt haec tandem ad Rauennam profectus, et ſummis dexterae manus digitis truncatus proſcribitur.*

31. Procopivs de B. V. L. I. c. 2. p. 181. Olympiodor. p. 6. Adnotat ad h. l. Labbe: „ Attali geminam „depoſitionem opera perduellis Iouii „procuratam non ſolus narrat Olym„piodorus, conſonat ei vel maxime „Zoſimus L. 6. aliique paſſim. Tiro „Proſper in Faſtis: Honorio x & „Theodoſio VI. coſſ. Attalus (qui „ſuperiore anno in Galliis tyranni„dem reſumſerat) a Gotthis ad Hi„ſpanias migrantibus neglectus, et „praeſidio carens capitur et Conſtan„tino patricio viuus offertur. — Oro„ſius L. 7. cap. penult. Quid de in„feliciſſimo Attalo loquar, cui oc„cidi inter tyrannos honor, et mori „lucrum fuit? In hoc Alaricus impe„ratore facto, infecto, refecto ac „defecto, citius his omnibus actis „pene quam dictis, mimum riſit et „ludum ſpectauit imperii. —

32. Olympiodorvs p. 4.

Imp. THEODOSIO Iun.

a. C. 410.

lichonis interitum, ſuffocatam periiſſe et Serenam[a]), eius coniugem, quod Alarichi ad vrbem aduentus cauſa exſtitiſſe putaretur, interfectum antea, interempto iam Stelichone, filium eius ex Serena Eucherium.

§. 36.

33. BVCCELLARII[b]) vocabulum Honorii imp. temporibus tributum militibus, non Romanis ſolum, ſed et Gotthis quibusdam. Eodem modo et *Foederatorum*[c]) nomen attributum inconditae et e diuerſis conflatae multitudini.

Got-

a) Καισαρινα. Philipp Labbe p. 90. „Scribendum, inquit, και Σερινα, „de enius et Eucherii filii morte, nec „non de Romae gemina obſidione, „et prae immani fame ἀλληλοφα„για plenae ſunt Hiſtoricorum pa„ginae. Inter caeteros Zoſimus refert „in Circenſibus Ludis, Attalo tum ab„ſente, ſucclamatum fuiſſe: praemium „pone carni humanae.

33. OLYMPIODORVS p. 4.

b) Buccellarii [vt in marg. eſt.] Suidae Gallograeciae milites. plura Turneb. L. 24. c. 16. et L. 26. c. 15. Conſtant. Porph. de Themat. et prae caeteris Nicol. Rigaltii. Gloſſ. τακτικον. [p. 5. Panem ſiccum ſcriptor hic (Olympiodorus) Buccellatum vocari tradit, illuditque militum cognomini, vt qui hinc Buccellarii ſint appellati.]

c) „Quod Io. Meurſius [inquit Labbe p. 91.]„ in Gloſſario ex Mal„cho Philadelph. p. 94. [v. §. 83.] „nec non ex Iord. de reb. Get. col„ligere videtur, Gothis duntaxat hoc „nomen tributum fuiſſe, tum ex „noſtro hoc Olympiodoro, tum ex „aliis ſcriptoribus antiquis refelli pot„eſt, ac nominatim ex Procopio „de B. V. L. I. p. 204. — ἐν δὲ δὴ „Φοιδερατοις προτερον μεν μονοι „βαρβαροι κατελεγοντο — το δε „νυν ἁπασι τȣ ὀνοματος τȣτȣ „ἐπιβατευειν ȣ̓κ ἐν κωλυμῃ ἐπι „[ἐςι], τȣ χρονȣ τας προση„γοριας, ἐφ᾽ ὧν τεθειντας, „ἥκιςα ἀξιȣντος τηρειν. ἀλλα „των πραγματων αει περιφε„ρομενων ᾗ ταυτα ἀγειν ἐθε„λȣσιν ἀνθρωποι, των προσθεν „ἀυτοις ὠνομασμενων ὀλιγωρȣν„τες &c. — Poterat etiam Meurſius „ſuffragantem opinioni ſuae Suidam „adſcribere; Φοιδερατοι. ὅυτω κα„λȣσι Ρωμαιοι τȣς ὑποσπονδȣς „των Σκυθων. Gothos autem vul„go Scythas dictos Traianus patri„cius aſſerit, referente Anaſtaſio „Biblioth. Hiſt. Eccleſ. p. 33. [Theo„phan. p. 56. v. ſupra ad §. 27. al„lata.] Plura de Foederatis R. P. „Sirmundus in Nott. ad Sidonii Apol„linaris Epiſt., Carolus Annibal Fa„brotus in Gloſſ. ad Cedrenum, „aliique. (et Nott. Poſter. in Cedre„num p. 34. 35.)

a. C. 410.

Gotthorum, qui cum Rodogaiſo *d*) erant, primarios viros, Optimatos *e*) appellatos ait, duodecim fere millium numero, quibus omnibus debellatis, Stelichonem cum Rodogaiſo *f*) ſocietatem iniiſſe. 34.

§. 37.

Rhegivm metropolim eſſe Bruttiorum, e qua refert Hiſtoricus Alarichum, dum in Siciliam traiicere parat, retentum fuiſſe. Statua enim, inquit, inaugurata traiectum vetabat. Fuerat vero haec, vt fabulatur, ab antiquis inaugurata, cum vt Aetnae montis ignes auerteret, tum vt maris tranſitu barbaros prohiberet. Altero enim pede perpetuum ignem, altero vero perennem aquam geſtabat. Ea igitur ſtatua confracta, tandem ex Aetnaeo igne, et a Barbaris detrimentum Siciliam cepiſſe. Euerſam vero ſtatuam ab Aeſculapio, qui in Sicilia poſſeſſionum Conſtantii et Placidiae curator erat. 35.

§. 38.

ξ) Poſt morbo obiit Alaricus: Viſigotthorum exercitus, duce Adaulpho, conceſſit in Galliam. 36.

ξ) Olympiodorvs: *Alaricho morbi vi extincto, ſucceſſorem datum Adaulphum, vxoris fratrem* [Olympiodorus refert.].

d) „Vulgo [ait Labbe p. 91.] Radagaiſus, aut Rhadagaius dicitur Sancto „Auguſtino, Caſſiodoro, aliisque. „Oroſius hunc omnium antiquorum „praeſentiumque hoſtium longe im„maniſſimum appellat, qui, vt mos „barbaris, Romani generis ſanguinem „Diis ſuis propinare decreuerat.„

e) οἱ κεφαλιῶται, al. κεφαλαιῶται.„ Vnde [in marg. adſcribitur] „Zoſimi calculus de 400000. exercitu „fidem non plane excedere videtur.„

34. id. p. 5.

f) Atqui a Stelichone captum atue necatum referunt Proſper, Caſſiodorus, Oroſius et S. Auguſtinus L. 5. de Ciuit. Dei c. 23.

35. id p. 6. „Alarichum [Labbe p. 93.]„ Campaniam vicinasque Rhe„gium vsque, Brutiorum metropolim, „vaſtaſſe prouincias teſtantur et alii „ſcriptores. S. Auguſtinus de Ciui„tate Dei, Philoſtorgius, Iordanus „ſiue Iornandes Rauennat. Epiſco„pus, Auct. Miſcellae l. 13. (qui „Conſentiae mortuum Alaricum, et „in medio Baſentii amnis alueo ſe„pultum recitat) quibus praeiuit „Oroſius extremo capite libri 7. vbi „etiam obſeruat tentato ab eodem „Alarico in Siciliam tranſitu Gotthos „in conſpectu ſuorum miſerabiliter „abreptos et demerſos fuiſſe.„

36. Procopivs de B. V. L. I. c. 2. p. 181. Olympiod. p. 5. haec iis, quae §. 34. habes, ſubiungit Procopius, qui de B. G. L. I. c. I. p. 308. cladium a Gothis et Alarico Romanis inflictarum meminit. locum integrum v. §. 133.

Imp. THEODOSIO Iun.

§. 39.

a. C 410-414.

37. Iovinvs apud Mundiacum Germaniae alterius vrbem g), ſtudio Goaris Alani, et Guntiarii Burgundionum praefecti tyrannus creatus eſt. Cui vt ſeſe adiungeret, Adaulpho auctor fuit Attalus. Et vero hic cum copiis ad illum ſe confert, Iouinus tamen Adaulphi aduentu offenſus, obſcure, et veluti per aenigmata Attalum accuſat, quod aduentum ſuaſiſſet.

§. 40.

Sarvs item ad Iouinum venturus erat, ſed Adaulphus, cognita re, collectis decem millibus militum, occurrit Saro, viros octodecim aut viginti apud ſe habenti, quem geſta heroica, et ſtupore

37. Olympiodorvs p. 7.

g) Labbe ad h. l. p. 94. adnotat: „Moguntiacum ſiue Magontiacum „(ſic enim Sylburgius, Hoeſchelius „aliique recte emendandum monuere) „alterius Germaniae vrbem. Primae „vtique ac Superioris της ανω, „non Secundae, quam ad extremas Rheni Moſaeque ripas iacen„tem την κατω Γερμανιαν, in„feriorem Germaniam Ptolemaeus, „Zoſimus, aliique indigitant, cuique „Metropolim praefuiſſe Agrippinen„ſem coloniam Vbiorum nemo ne„ſcit. Quid? ſi alterius Germ. no„mine Belgicam cis Rhenum ſitam, „Minoremque dictam Germaniam „denotare voluit, ad diſcrimen Maio„ris της μεγαλης, quae a Rheno „ad Arcton longiſſimis ſpatiis p.r„rigitur. Vrbem illam per ea tem„pora a Barbaris vaſtatam deflet S. „Hieronymus in Ep. ad Gerontiam „de monogamia: *Quidquid inter Alpes et Pyrenaeum eſt, quod Oceano et Rheno includitur, Quadus, Vandalus, Sarmata, Alani, Gipedes, Eruli, Saxones, Burgundiones, Alemanni, et hoſtes Pannonii vaſtarunt: etenim Aſſur venit cum illis. Magontiacum nobilis quondam ciuitas capta atque ſubuerſa eſt, in Eccleſia multa hominum millia trucidata, Vangiones longa obſidione deleti. Remorum vrbs praepotens, Ambiani, Atrebates, extremique hominum Morini, Tornacum, Nemetae, Argentoratus translatae in Germaniam, Aquitaniae, Nouemque populorum, Lugdunenſis & Narbonenſis prouinciae praeter paucas vrbes populata ſunt cuncta; quas et ipſas foris gladius, intus vaſtat fames.*„ Quae damna non „culpa Principum accidiſſe teſtatur, „ſed ſcelere ſemibarbari proditoris: „Stelichonem intelligit, quem gene„re Vandalum fuiſſe Oroſius, Paul. „Diaconus, aliique demonſtrant.„

pore digna edentem, ſcutis [b] adhibitis, viuum aegre capere potuerunt, tandemque occidunt.

Deſciuerat autem ab Honorio Sarus, audito Belleridem domeſticum ſuum interfectum, nullam tamen caedis rationem duxiſſe imperatorem, nec in percuſſorem inquirendo vindicaſſe.

§. 41.

Iovinvs fratrem ſuum Sebaſtianum, inuito Adaulpho, imperatorem creans, in eius odium incurrit. Adaulphus itaque per internuntios capita ſe tyrannorum miſſurum, pacemque initurum Honorio pollicetur. Hi domum vbi redierunt, et iusiurandum praeſtitum eſt, Sebaſtiani mox caput imperatori mittitur. Iouinus etiam ipſe ab Adaulpho obſeſſus ſe dedidit, miſſusque ad Imperatorem eſt: quem Dardanus [i] praefectus ſua manu percutiens interimit. Vtriusque caput extra Carthagenam palis infixum.

§. 42.

Postvlatvm eſt ab Adaulpho, ſtudio maxime Conſtantii, eius, qui illam poſtea vxorem duxit, Placidiam [quam apud ſe 38.

 Romae

h) *μολις σακκοις ἐζωγρησαν.* interpres: lego pro *σακκοις. σακοις* & *σακεσιν.* ad h. l. Labbe p. 95. „ Sarus, ait, Alarico primum [cfr. ſupra ex Olympiodoro allata §. 131.]„ tum Ataulfo infenſiſſimus „hoſtis, non ſcutis adhibitis, vt „interpres vertit, quaſi *σακεσιν* ha„berent Graeca, ſed ſaccis per tu„multum temere arreptis, pannis„que quibuscumque obuiis, veluti „quibusdam retibus ad feram capi„endam iniectis, captus eſt viuus, „Olympiodoro teſte, cui non re„fragantur alii. Quis vero Belleri„des ille fuerit, obſcurum eſt.„

i) Labbe in Nott. p. 96. „ Pro„ſper Pithoeanus in Chronico ad an„num Honorii imp. 19. Dardani huius „meminit —„ *Induſtria viri ſtrenui, qui ſolus tyranno non ceſſit, Dardani, Ataulfus, qui poſt Alaricum Gotthis imperitabat, a ſocietate Iouini auertitur. Saluſtius quoque et Sebaſtianus occiſi. Valentia nobiliſſima Galliarum ciuitas a Gotthis effringitur, ad quam ſe fugiens Iouinus contulerat.*„ Inde „vero ad imperatorem in Italiam „miſſum Dardanus manu ſua inter„emit, caputque eius ante portas „Rauennae, Regiae ſub Honorio „ciuitatis, palo affixum eſt. Quod „enim Carthago [Carthagena] dor„mitanti librario in locum Rauen„nae ſubrepſerit, res clara eſt ex „iis, quae de Conſtantino tyranno, „eiusque filio Iuliano, Maximo, atque „Eugenio tyrannis ſubiungit.„

38. Olympiodorvs. p. 8.

Imp. THEODOSIO Iun.

a. C. 410-414.

Romae captam habebat k)] Honorio fratri vt redderet. Sed quod Adaulpho promiſſa, praeſertim de curanda annona, perfecta non fuiſſent, neque ipſam reddidit, et pacem bello commutaturus videbatur. Adaulphus ergo, cum Placidia repeteretur, frumentum viciſſim ipſe promiſſum petiit. Cuius conferendi etſi, qui promiſerant, copiam nullam haberent, nihilo tamen ſecius conſentiunt, ſi Placidiam reciperent, accepturum. Ad quae ſimili fere et ipſe Barbarus ſimulatione vtebatur.

§. 43.

MASSILIAM l) interea, ſic dictam vrbem, profectus, dolo eam intercipere tentauit: ſed a Bonifacio, nobiliſſimo viro, vulneratus, et vix ſaluo capite fugiens, in ſua ſe tentoria recepit, vrbe omiſſa, quae laetitiae plena, laudibus ac bonis ominibus Bonifacium eſt proſecuta.

§. 44.

ADAVLPHVS idem de Placidiae nuptiis ſatagens m), Conſtantio eam poſtulanti grauiores praetexit poſtulationes, vt, ſi compos illarum non fieret, illa iuſte retenta videretur. Conſtantius olim deſignatus, conſul aliquando Rauennae n) creatur, cum quo Conſtantinopolitanum conſulatum Conſtans gerit.

§. 45.

a. C. 414.

ADAVLPHO, ſtudio ac conſilio Candidiani, nuptiae cum Placidia conueniunt o). Ianuario menſe nuptiis dictus dies, Narbone Gal-

k) Addit incluſa interpres.

l) Labbe l. c. „ Maſſiliam, inquit, Phocaeenſium in Narbonenſi „prouincia nobiliſſimam coloniam „aduerſus Ataulfum induſtria et virtute Bonifacii ſtrenue propugnatam „nullus, quod ſciam, praeter Olympiodorum obſeruauit.

m) *ὁτι Αδαουλφος τον γαμον μελετων Πλακιδιας.*

n) Labbe Nott. p. 96.„ Conſtantii, inquit, Conſtantisque conſulatus anno congruit Dominici Natalis 414. quamquam ſolius occur„rat Conſtantii mentio in Faſtis Hy„datii et apud Tironem Proſperum.

o) Labbe Nott. p. 97.„ Ianuarium menſem nuptiis Ataulfi cum „Placidia Narbone Marcio in aedi„bus Ingenii ſeu Eugenii cuiusdam „celebratis praefigit Olympiodorus: „alii vulgo annum deſignant Aerae „Chriſtianae 414. Hydatius in Chro„nico de loco conſentit: *Ataulfus*

Galliae vrbe, in domo Ingenii cuiusdam, primarii eius vrbis viri. Hic digniore loco reſidente Placidia in p) atrio, Romano more adornato, habituque regio, aſſedit ipſi et Adaulphus laena indutus, omnique alio amictu Romano. Inter alia nuptiarum dona, donatur Adaulphus etiam quinquaginta formoſis pueris, ſerica veſte indutis, ferentibus ſingulis vtraque manu ingentes diſcos binos: quorum alter auri plenus, alter lapillis pretioſis vel pretii potius inaeſtimabilis; quae ex Romanae vrbis direptione Gotthi depraedati fuerant. Hinc verſus canuntur epithalamii, Attalo praecinente, dein Ruſtacio atque Phoebadio; nuptiisque finis datus, luſu gaudioque ingenti Barbarorum ſimul, et Romanorum, qui cum iis erant. 39.

§. 46.

Post Romam a Gotthis captam q), Albinus vrbis praefectus, quod iam eadem ad priſtinum rediret ſtatum, ſcripſit, non ſuffi-cere

apud Narbonam Placidiam duxit vxorem, in quo prophetia Danielis putatur impleta, qui ait filiam regis Auſtri ſociandam regi Aquilonis, nullo tamen eius ex ea ſemine exiſtente. „Qui enim ex „iis natus eſt hoc vel ſequenti an„no Theodoſius, morte paulo poſt „obita prope Barcinonam tumula„tus eſt. Iordanes de origine Goth. „ſcribens, aberrat a veritate lon„gius, tum quod Gallam Placidiam „poſt mortem duntaxat Alarici Ro„ma ab Ataulfo captiuam abductam „velit, tum quod nuptias antequam „Alpibus ſuperatis Gallias petiiſſet, „coaluiſſe contendat Foro Liuii Ae„miliae ciuitate, quam in Forum „Cornelii Miſcellae Auctor trans„formauit.

p) idem l. c. ἐν παςάδι, *in atrio* reddit interpres: quid ſi aula „potius, aut thalamus? vnde et pa„ſtophoria, de quibus alias. At „δωρεῖσθαι certo certius h. l. agen„di verbum eſt. Quis enim nouis „nuptis oblata munera ignorat, et „Morganegibam, de qua noſter Gre„gorius aliique. Sic igitur inter„pretationem recenſe: Aliis inſuper „nuptialibus donis adiecit Ataulfus „quinquaginta formoſos pueros, ſe„ricis indutos veſtibus, quorum ſin„guli vtraque manu binos ingentes „diſcos ferebant, alterum auro ple„num, alterum gemmis etc.

39. id p. 9.

q) Labbe l. c. „Geſſit praefectu„ram vrbanam a. 414. vt miraculo „proximum ſit, intra quadriennium „Gothicae direptionis ruinas potuiſſe „reparari—.

V

a. C. 414.

cere praebitam populo r) partem, multitudine iam aucta ciuitate; additque vno die numerum initum eſſe ciuium quatuordecim millium.

§. 47.

a. C. 415

ADAVLPHVS, nato ſibi e Placidia filio, cui *Theodoſio* nomen dedit, Romanam amplius rempublicam amare videbatur. Verum Conſtantio eiusque aſſeclis repugnantibus, eius et vxoris Placidiae, [pacis ineundae s)] conatus fruſtra fuerunt.

Extinctum antem poſtea infantem vehementer vterque parens luxit, argenteaque capſa conditum iuxta Barcinonem t) in templo quodam ſepelierunt.

§. 48.

a. C. 415.

o) INTERFICITVR v) deinde et Adaulphus ipſe (dum equos ſuos in ſtabulo, de more, contemplatur) a Gottho quodam eius domeſtico, Dobbii x) nomine, cum hanc veteris odii vindicandi occaſionem ille captaſſet. Huius enim prior dominus, Gotthicae partis

o) CHRONICON PASCHALE p. 309. *Indict. 13. Honorio X. et Theodoſio Aug. VI. coſſ. a C. 415. menſe Gorpiaeo ex a. d. 8. Kal. Octobr. fr. 6. nuntius allatus eſt, Ataulfum barbarum in ſuperioribus partibus a Domino Honorio fuiſſe ſublatum.*

r) Subaudi [ait in marg. interpres] frumenti publici, quod viritim publice populo Rom. diſtribuebatur, de quo multa in imperatorum rſecriptis.

s) addit interpres.

t) Βαρκελλωνος.

v) Labbe p. 972. „De Ataulfi nece, eiusque ſucceſſore Vallia, „Oroſius, Philoſtorgius, Hydatius, „Iordanes, Chronicon Aexandrinum, „Paulus Longobardus, Iſidorus, nosque (p. 98.) ex iis aliisque Hiſtoricis in Chronico Nouae Romae. Verum caedis illius auctorem Dobbium Gotthum, plurimasque περιςασεις Olympiodoro „noſtro debent Antiquitatis ſtudioſi, „vt quae de Singerichi barbara „crudelitate, breuique 7. dierum „imperio ſubnectit. *Iordanes* aliud „interfectoris nomen, aliamque memorat cauſam necis, his verbis: *Tertio anno poſtquam Gallias Hiſpaniasque domuiſſet, occubuit gladio illo* [leg. *ilio*] *perforato Vernulfi, de cuius ſolitus erat ridere ſtatura.*

x) in marg. Δεββιος.

partis rex, fuerat ab Adaulpho e medio ſublatus: exinde Dobbi-um receptum Adaulphus in ſuam familiam adſciuerat y): qui in vltionem prioris domini, alterum hunc, iniecta manu violenta, ſuſtulit. Moriens Adaulphus fratri ſuo iniunxit, Placidia vt [Honorio z] redderetur, vtque, ſi quo modo poſſent, Romanae ſibi gentis concordiam [Gotthi] ſocietatemque a) conciliarent.

§. 49.

At qui ſucceſſit *Sari frater* Singerichvs b) (ſtudio potius ac vi, quam ſucceſſione aut lege, creatus) Adaulphi e priore coniuge liberos, vi e ſinu Sigeſari c) epiſcopi abreptos, occidit; atque ipſam Placidiam reginam, in Adaulphi ſcilicet contumeliam, pedibus ante equum vna cum caeteris captiuis ambulare coegit, idque toto illo ſpatio, quod eſt ab vrbe ad duodecimum vsque lapidem. Septem ille dies cum imperaſſet, interemptus eſt, et Gotthorum dux Valias conſtituitur.

§. 50.

Refert hic ſcriptor, audiſſe ſe e Valerio d) clariſſimo viro de argenteis ſtatuis ad Barbaros arcendos inauguratis. Nam Conſtantii, inquit, imperatoris temporibus, praefecto in Thracia Valerio, indicium

y) ὠκειώσατο.

z) [ ] incluſa interpres addit.

a) gr. vna voce: φιλίαν.

b) Labbe p. 98. „Corrupta voce „in Gotthicis Iordanis origg. Rege-„rinus [Regericus], Oroſio, Iſi-„doro, aliisque melius Segericus „ſiue Sigericus dicitur, quem pleri-„que, ob exiguum temporis inter-„uallum, ex albo Veſegothorum „regum expungunt.

c) Labbe l. c. „Ipſus ille vide-„tur Gotthorum Epiſcopus, qui te-„ſte Sozomeno l. 9. c. 9. Alarieo „regi chariſſimus ſacris baptiſmi vn-„dis Chriſtiano ritu abluerat Atta-„lum, et Arrianis ſpem faciebat, „vt ſi is firmum obtineret imperi-„um, in Eccleſiis, ſicuti Conſtantii „et Valentis tempore, primatum ob-„tinerent.

d) Labbe ad h. l. p. 98. „Vale-„rium, inquit, Thraciae praefectum „fuiſſe imp. Conſtantio, et ab eo-„dem effoſſas argenteas ſtatuas vt „facile conceſſerim Olympiodoro, „ita falſum eſſe exiſtimo, quod ſub-„iicit: eo primum tempore, et „hac occaſione in Thraciam eru-„piſſe Gotthos. Diſcimus enim ex

Imp. THEODOSIO Iun.

a. C. 415.

40. dicium factum theſauri reperiundi. Valerius vero ad locum accedens, ſacrum illum eſſe religione ex incolis cognouit, et antiquo ritu ſtatuas ibidem conſecratas. Retulit haec ad imperatorem, reſcriptumque accepit, quo iubebatur indicata illa bona tollere. Igitur effoſſo loco, tres ſolidae ex argento fabricatae repertae ſunt ſtatuae, ſpecie barbarica ſitae, et vtroque brachio anſato, veſte praeterea variegata, barbarico ritu indutae, et comam capite geſtantes, atque in Septentrionem, quae barbarorum regio eſt, obuerſae. Quae ſimulatque ſtatuae ſublatae ſunt, paucos poſt dies Gotthorum primum gens vniuerſam incurrit Thraciam, futuraeque poſt paulo erant Hunnorum ac Sarmatarum incurſiones in Illyricum et ipſam Thraciam: vti Thraciam inter et Illyricum ſita ſunt haec conſecrationis loca; et trium ſtatuarum numerus, aduerſus omnes gentes barbaras inauguratus videbatur.

§. 51.

41. VANDALI Gotthos appellant *Trulos*; propterea quod hi aliquando enecti fame, tritici trulam a Vandalis aureo vno redimerent. Trula vero nondum tertiam ſextarii partem capit.

§. 52.

a. C. 416.

42. EVPLVTIVS [e]) Magiſtrianus ad Valium Gotthorum praefectum mittitur, qui pacis foedera iniret, Placidiamque reciperet. Ille vero com-

„Hiſtorico Anonymo, cuius excerpta quaedam de rebus M. Conſtantini poſt Ammianum Marcellinum edita ſunt, iam a pluribus annis Thracibus infeſtos fuiſſe Gothos. Verba ita ſe habent in Cod. Mſ. R. P. Sirmondi: „ Item cum „Conſtantinus Theſſalonicae eſſet, „Gotthi per neglectos limites erumperunt, et vaſtata Thracia et Moeſia praedas agere coeperunt„. [et iam ante Conſtantini M. tempora Gothos in has partes irrupiſſe loca in ſuperioribus allata docent.]

40. OLYMPIODORVS, p. 10.

41. id p. 10. 11.

42. OLYMPIODOR. p. 11.

e) Labbe p. 98. „ Euplutii magiſtriani opera redditam fuiſſe fratri a Veſogothorum rege Vallia „Placidiam, firmataſque pacis conditiones aliis indictum fuit. De „Magiſtrianis ſiue Magiſterianis, qui „et Agentes in rebus dicti ſunt, praeter Gloſſaria, conſule quae magno „ſtudio, ac lectionis varietate, collegit noſter Herebertus Roſueydus „in Onomaſtico ad Vitas patrum.

a. C. 416. *Imp.* THEODOSIO Iun.

unmode recepit, miſſaque frumentatione ſexcentorum millium, idia Euplutio tradita, ad Honorium fratrem remittitur *f*).

Valia praefecto [Gotthorum] morte abſumto, imperium THEVDERVS *g*) ſuſcepit. 43.

§. 53.

Imp. MARTIANO.

Imp. MARTIANO.

a. C. 450.

CVM primum Attilae nuntiatum eſt, Martianum poſt Theodoſii mortem ad imperium perueniſſe, et quae Honoriae acciderant [ad orientis et occidentis imperatores legatos miſit, qui re infecta vtrinque ſunt reuerſi] —. Itaque Attilas in varias diſtrahebatur ſententias, et illi in dubio haerebat animus, quos primum aggrederetur. Tandem melius rem ſe habituram viſum eſt, ad periculoſius bellum ſeſe conuertere, et in occidentem exercitum educere. Illic enim ſibi rem fore, non ſolum cum Italis, ſed 44.

K 2 et

f) ὁ δε ἑτοιμως δεχεται. και αποςαλεντος αυτῳ σιτȣ ἐν μυριασιν ἑξηκοντα αποςελλεται Πλακιδια παραδοθεισα Ευπλετιῳ προς Ονωριον τον οικειον αυτης αδελφον.

43. id. p. 12.

g) Ad h. l. Labbe p. 100. „Hinc ergo, inquit, confutare poſſis eos, qui Valliae regnum Veſogothicum ad 13. pluresue annos „prorogant; qua de re aduerſus „Iornandem aliosque diſputauimus „ſuo loco. Theodoricus vulgo dicitur, addito Maioris ſiue Senioris cognomine, vt a Iuniore Theodorico diſcerni facilius poſſet, qui „fratre Thoriſmundo interfecto regnum Veſigothorum occupauit, pari ſcelere ab Eurico fratre poſtea „peremtus a. C. 469.„

OLYMPIODORVS p. 13. 14. haec habet: [Amor Honorii erga ſororem ſuam Placidiam.] *in tantum breui vertit odium, allaborantibus Spaduſa, atque Elpidia* [σπαδȣ σπαδαζεσης Ελπιδιας. Lego, inquit in marg. interpres, Σπαδȣσης, dum quid certius reperiam], *Placidiae nutrice, quibus illa tribuebat plurimum, adiutante item ipſas Leonteo illius curatore, vt et ſeditiones Rauennae frequenter exiſterent* (*adhaerebat enim ipſi adhuc barbarorum turba, cum ex Adaulphi tum ex Conſtantii imperatoris coniugiis*) *et vulnera etiam vtrinque inferrentur.*

44. PRISCVS in Excerptis de Legatt. p. 39. 40. quem hic excerptum dedi, integrum v. locum in Hunnicis.

Imp. MARTIANO.

a. C. 450.

etiam cum Gotthis et Francis; cum Italis, vt Honoriam, cum ingentibus diuitiis, in vxorem acciperet; cum Gotthis, vt Genſerichi gratiam promereretur.

§. 54.

Imp. LEONE I.

Imp. LEONE I.

a. C. 457 - 461.

45. MAIORIANO Romanorum occidentalium imperatori Gotthi, qui in Gallia erant, ſocii confoederatique facti ſunt, et gentes ditionis Romanorum *h)* accolas partim armis partim verbis ad deditionem compulerunt.

§. 55.

46. NIGIDIVM *i)* a bello appetendis Italis auocauit ortum illi cum Gotthis in Gallia diſſidium. De contermina enim regione cum illis certans, fortiter bellum gerebat, in quo multa viri ſtrenui et magnanimi opera edidit.

a. M. 5965. a. C. 465. a. 16. Leonis.

§. 56.

a. C. 473.

47. ODOACER Gotthus quidem genere, ſed Italico tamen ſolo educatus, vi barbarica imperio ſibi ſubdito, et Regis nomine ſibi aſſumto, Romanaque rep. ſecundum patrias leges ſuas inſtituta, ad decem annos tenuit imperium. Habitauit autem Rauennae, quae vrbs eſt Italiae opulenta admodum et elegans ad mare ſita.

§. 57.

45. id. p. 42.

h) αὐτȣ.

46. PRISCVS p. 42.

i) „ Scribendum eſt (ait Henr. Valeſius in Nott. p. 209.) Αιγιδίου, vt iamdudum alii monuerunt. De quo vide libros rerum Francicarum. Hadr. Valeſii. „ De eo Priſcus haec habet: διαφορως ταραττομενων αὐτοις [τοις ἑσπεριοις Ρωμαιοις] των πραγματων, τȣτο μεν ἐκ Βανδηλων, τȣτο δε και Νιγιδιȣ, ἀνδρος ἐκ Γαλατων μεν των προς τῃ ἑσπερᾳ ὁρμωμενων [forte, ὁρμωμενȣ], τῳ δε Μαϊοριανῳ συςρατευσαμενῳ [f. -μενȣ], και πλειςην ἀμφ' αυτον ἐχοντος δυναμιν, και χαλεπαινοντος δια την τȣ βασιλεως ἀναιρεσιν.

47. THEOPHANES p. 102. 103. Procopius de B. G. L. I. c. 1. p. 308. Hunc poſteriorem locum v. §. 134. Res Odoacri hic inſerere viſum eſt, cum ad ea quae ſequuntur illuſtranda faciant.

a. C. 476.

§. 57.

Imp. ZENONE.

Imp. ZENONE.

a. C. 476 [k]).

AVGVSTVS Oreſtis filius, vt audiuit, Zenonem iterum orientis imperium, expulſo Baſiliſco, recuperaſſe, ſenatum veteris Romae legationem ad Zenonem mittere coegit, quae illi ſignificaret, vrbem proprio imperatore non indigere. vnum quidem imperatorem, ſed communiter illi vtriusque imperii fines tutandos eſſe [l]): Odoachum [m]) ſibi praepoſitum aſſumpſiſſe, idoneum qui ſaluas res faceret [n]). Ille enim et ſcientia et reipublicae adminiſtrandae, et rei militaris peritia praeſtat [o]). Itaque orare, vt illum Zeno patriciatus dignitate ornet, et Italicam dioeceſim regendam committat. Profecti ſunt igitur ex Senatu veteris Romae viri, qui hos ſermones Byzantium deferrent — At Zeno ad ea quae barbarus nuntiarat, recte et iuſte facturum [reſpondit], ſi a Nepote imperatore [a quo eodem tempore legati ad Zenonem, auxilia rogantes, advenerant] Odoacer patriciatus dignitatem ſuſciperet. Eam illi miſſurum, niſi Nepos praeueniret. Hortari, ſimulatque eam adeptus fuerit, vt cultum Romanis conuenientem aſſumat et vſurpet, ſe quoque confidere, fore, vt imperatorem, qui illum hoc honore affecerit, ſiquidem iuſta facere voluerit, obſeruet et colat. Sed tamen in litteris regiis, quibus Odoacro eam dignitatem mittere renuit, eum Patricium nominauit. Quae Zeno, cum Nepoti ſtudebat, ex ſuis, Nepotis malorum commiſeratione duci, et proprio caſu 48.

48. MALCHVS in Excerptt. de Legatt. p. 93. 94.

k) Primo ſc. poſt Zenonis reſtitutionem anno haec geſta eſſe Malchus docet.

l) Κοινος δε ἀποχρησει μονος ὢν αὐτοκρατωρ ἐπ' ἀμφοτεροις τοις περασιν. Cantoclari interpretatio non ſemel contra regulas Grammaticas peccat.

m) Ita eum etiam infra Malchus vocat, vbi Cantoclarus, *Odoacer* reponit.

n) τον μεντοι Οδοαχον ὑπ' ἀυτων προβεβληθαι, ἱκανον ὀντα σωζειν τα [παρ' ἀυτοις omiſit interpres.] πραγματα.

o) Verte: *Illum enim — praeſtare.*

Imp. ZENONE.

a. C. 476.

caſu communi hominum ſorti ingemiſcere edoctus, faciebat. Eo quoque illum impulit Verina, quae Nepotis vxori, cuius erat conſanguinea, fauebat.

§. 58.

a. C. 476?

49. Post interemptum Nepotem imperatorem, et eius ſucceſſorem Auguſtulum expulſum, Odoacer Italia, atque ipſa adeo vrbe potitus eſt. Rebellantibus autem huic Occidentis Gallis p), et legatione ab ipſis, aliaque ab Odoacro ad Zenonem miſſa, in Odoacrum magis Zenonis animus inclinauit.

§. 59.

ante a. C. 489.

50. Hic [vbi Rhenus in Oceanum euoluitur] ſunt paludes, vbi quondam habitarunt Germani, qui Franci nunc appellantur, gens barbara, et initio parum ſpectata. Horum ſedes contingebant Arborychi, cum reliqua omni Gallia atque Hiſpania Romanis iampridem ſubditi: ſecundum quos, ad Orientem, Thoringi conceſſam ſibi ab Auguſto Caeſare, imperatorum primo, regionem colebant. Non procul ab iis, ad Auſtrum verſus, degebant Burgundiones;

49. Candidus Isaurus. [Eclog. Hiſt. p. 19].

p) Labbe in Notis ad Cand. Iſaurum p. 168. 169. „Per Gallos occidentis, qui Odoacro non acquieſcebant, Romanos intellige, qui „Galliarum partem aliquam incolebant, et aduerſus Francos, Veſegothos et Burgundiones, ciuitates „aliquot propugnabant. Ita enim „expono δυσμικους Γαλατας, „ad diſtinctionem Γαλατων των „ἐν τῃ Ἀσιᾳ. Eadem locutione „propemodum vſus Priſcus p. 57. „meminit Γαλατων των ἐν τῃ „ἑσπεϱιᾳ. De Odoacro Erulorum „rege, qui pulſo Roma Auguſtulo „Italiae per 18. annos imperauit, „plura alias ex coaetaneis maxime „ſcriptoribus proferemus. Interim lege ignoti Fragmentum poſt Ammianum Marcellinum editum, alteriusque Anonymi a Cuſpiniano Caſſiodori Faſtis inſerti pretioſas reliquias.

50. Procopius de B. G. L. I. c. 12. p. 340. 341. Alieno loco, ſub anno ſecundo belli Gothici haec narrat Procopius, cum ſc. Vitigin Gothos, qui in Galliarum praeſidiis erant, reuocare, quod ſibi a Francis metueret, auſum non eſſe dixiſſet. cfr. §. 177.

gundiones; vltra Thoringos Suabi et Alamanni, validae nationes. Iſti omnes, ab antiquo liberi, oras illas tenebant.

Procedente tempore Viſigotthi facta in Rom. imperium irruptione, Hiſpaniam vniuerſam ac prouincias Galliae trans Rhodanum poſitas ſubegerunt, habueruntque vectigales q). — Ac tamdiu quidem Galliam, quae cis Rhodanum fluuium eſt, tenuit imperator, quamdiu Romanis ſua conſtitit ciuilis adminiſtrationis forma: vbi vero illam Odoacer in tyrannidem mutauit; tunc, tyranni conceſſu, Galliam omnem ad Alpes vsque, quibus Gallorum et Ligurum fines terminantur, Viſigotthi obtinuerunt.

§. 60.

a. C. 489. r)

Poſt Odoacri necem, Thoringi et Viſigotthi iam auctam Germanorum potentiam veriti, (quippe hominum multitudine plurimum conualuerat, et obuios quosque aperta vi euertebat) Gotthorum ac Theoderici ſocietatem magno ſtudio ambierunt. Volens quoque Theodericus eos habere ſocios, cum ipſis deuincire ſe affinitate non renuit. Itaque tunc regi Viſigotthorum ALARICO IVNIORI *Theudichuſam* virginem, filiam ſuam, et Hermenefrido Thoringorum regi *Amelobergam*, Amalafridae ſororis ſuae filiam, collocauit. Quo factum, vt ab illis quidem Franci, metu Theoderici, vim abſtinuerint; ſed arma intulerint Burgundionibus. 51.

Impp. ANASTASIO. IVSTINO I.

§. 61.

Deinde Francos inter et Gotthos coitur ſocietas in Burgundionum perniciem, pactoque conuenit, vt gentem debellent, et ditionis illius terras obtineant: qui vicerint, a ſociis non adiuti, vbi mulctae

q) Quae hic ſequuntur ad Arborychos et Germanos, qui, vt Procopius ait, tandem in vnam coaluere gentem, pertinent.

r) Hoc ſc. anno Odoacrum occiſum docent alii. v. Marcellini chronicon, quod ſic habet: *Euſebio et Probino coſſ. Theodoricus rex Goth. optatam occupauit Italiam: Odoacer itidem rex Gothorum metu Theodorici perterritus Rauennam ingreſſus eſt, porro ab eodem Theodorico periuriis illectus interfectus eſt.*

51. PROCOPIVS de B. G. L. I. c. 12. p. 342.

Impp. ANASTASIO. IVSTINO I.

a. C. 489.

mulctae nomine certam auri ſummam ab illis acceperint, participes eos faciant bello captae regionis.

Igitur ex conſtituto Germani cum magno exercitu Burgundiones petunt; dum Theodericus, qui ſe in ſpeciem ad expeditionem parauerat, copiarum profectionem differt, conſulto procraſtinans, exitumque expectans. Vix tandem emiſſo exercitu, ducibus mandat, vt lentius iter habeant, ac, ſi Francos victos audierint, ne porro ire pergant; ſin forte victoriam ceſſiſſe illis acceperint, deinceps properent. Haec Theoderici mandata accurantibus ducibus, Germani ſoli cum Burgundionibus manus conſerunt. Inito acerrime proelio, ceciderunt vtrinque plurimi. Etenim diu dubio marte pugnatum eſt: at dein Franci, verſo in fugam hoſte, et ad vltimas regionis, quam incolebat, propulſo partes, vbi multas habebat munitiones, reliqua occuparunt. Accepto rei nuntio, affuere confeſtim Gotthi, increpitique a ſociis, viae difficultatem cauſati ſunt. Tum mulcta repraeſentata, regionem, vti conuenerat, cum victoribus diuiſerunt. Atque ita magis eluxit prudentia Theoderici, qui ſubditorum amiſſo nemine, dimidiam terrae hoſtilis partem auro modico ſibi parauit. Sic demum pars Galliae a Gotthis et Germanis haberi coepta eſt.

§. 62.

Poſtea Germani, viribus auctiores, nulla habita Theoderici ratione, eiusque metu depoſito, in Alaricum et Viſigotthos bellum mouerunt. Qua de re factus certior Alaricus, Theodericum protinus aduocauit. Dum ille cum magno exercitu ſuppetias venit; interea Viſigotthi Germanis, quos ad vrbem Carcaſſonem habere caſtra audierant, occurrunt, et caſtra ipſi etiam metati ſiſtunt.

Ibi cum diutius ſediſſent, ſuos ab hoſte vaſtari agros moleſte ferebant. Denique in Alaricum contumelioſi paſſim erumpere ſermones, terrorem illi ab hoſte incuſſum obiicientium, ſocerique
52. exprobrantium cunctationem. Se aduerſariis virtute et animo pugnandi pares iactabant, et ſolos facilius e Germanis relaturos victoriam. Quare, Gotthis abſentibus, coactus eſt Alaricus cum hoſte confligere. Quo in proelio ſuperiores Germani, Alaricum regem cum plerisque Viſigotthorum occidunt, magnam Galliae partem

52. PROCOPIVS de B. G. L. I. c. 12. p. 343.

tem occupant, et ſumma contentione Carcaſſonem obſident, ferente fama, gazam ibi imperatoriam aſſeruari, quam aetate ſuperiori, Roma capta, Alaricus ſenior abſtulerat. In ea viſebatur Salomonis Hebraeorum regis ſupellex praeclariſſima. Erant enim praſiis ornata lapidibus complura vaſa; quae quondam Romani Hieroſolymis exportauerant.

§. 63.

Qui proelio ſuperfuerant Viſigotthi, GISELICVM, Alarici ex concubina filium, Regem appellarunt; quod Amalaricus, qui matrem habebat filiam Alarici, tunc admodum puer eſſet.

Deinde Theoderico cum Gotthorum copiis aduentante, correpti metu Germani, obſidionem ſoluerunt. Illinc digreſſi, regiones Galliae, quae vltra Rhodanum ad Oceanum vergunt, ſubegere: vnde cum eos exigere non poſſet Theodericus, vt partes illas retinerent conceſſit: reliquam ipſe recepit Galliam, ſublatoque e medio Giſelico, regnum Viſigotthorum transtulit ad ſuum ex filia nepotem AMALARICVM, cuius adhuc pueri tutelam ſuſcepit. Theſauro omni, qui repoſitus erat Carcaſſone, ſublato, Rauennam feſtine rediit.

§. 64.

At in Galliam Hiſpaniamque praefectos et copias identidem mittens, dabat operam prouide, vt regnum ſibi firmiſſime ſtabiliret. Illarum autem prouinciarum praefectis tributum impoſuit: quod cum quotannis acciperet, ne auaritia duci videretur, illud in donatiuum annuum, quo Gotthorum ac Viſigotthorum exercitum afficiebat, conuertit. Hinc factum progreſſu temporis, vt Gotthi et Viſigotthi, ſub eodem Principe iisdem in terris poſiti, mutuis liberorum ſuorum connubiis affinitatem contraxerint.

§. 65.

Poſt vero THEVDIS, natione Gotthus, quem Theodericus exercitui praefecerat, miſeratque in eas partes, ex Hiſpania vxorem duxit, non Viſigottham genere, ſed e ſanguine indigenae diuitis, et ipſam auro locupletiſſimam, et fundi dominam latiſſimi in Hiſpania. Vnde

Imp. IVSTINO I.

a. C. 489-526.

de cum militum duo circiter millia collegiſſet, ac valido muniiſſet
53. ſe ſatellitio, verbo quidem Dux Gotthorum, munere Theoderici, re autem ipſa tyrannus erat non obſcurus. Ac veritus pro ſingulari ſua prudentia ac rerum vſu Theodericus, ne, ſi bellum inferret ſubdito, obuiam, vt veriſimile videbatur, Franci obſiſterent, vel res nouas mouerent Viſigotthi, adeo non Theudi poteſtatem abrogauit, vt perpetuum armorum imperium ipſi detulerit. Porro Gotthorum primoribus imperauit, ad eum ſcriberent, recte ipſum et conuenienter ſapientiae ſuae facturum, ſi Theoderici ſalutandi cauſa Rauennam veniret. Mandata quidem Theoderici plane Theudis exequebatur, nec vectigal annuum interuertebat vnquam; at nec Rauennam ire, nec per litteras inuitantibus id polliceri voluit.

§. 66.

a. C. 526 s).

Rex autem Viſigotthorum Amalaricus, adulta iam aetate, Germanorum potentiam reformidans, eorum regis Theodeberti ſororem in matrimonium duxit, et Galliam cum Gotthis et Atalarico conſobrino ſuo ita diuiſit, vt Gotthis ceſſerit, quidquid eſt cis Rhodanum fluuium; partes vero trans illum poſitae in Viſigotthorum
54. ditione manſerint. Conuenit etiam inter ipſos, vt vectigal, quod conſtituerat Theodericus, non penderetur amplius Gotthis. Quidquid opum ex vrbe Carcaſſone idem abſtulerat, Atalaricus bona fide Amalarico reſtituit. Quoniam vero hae duae gentes connubiis affinitates iunxerant; vnicuique viro, qui vxorem e gente altera accepiſſet, permiſſa eſt optio, vtrum mallet vxorem ſequi, an ad gentem, ex qua ipſe eſſet, illam traducere. Vxores multi abduxerunt arbitratu ſuo, multi ſecuti ſunt.

§. 67.

Poſtea Amalaricus offenſo ſuae coniugis fratri poenas graues perſoluit. Cum enim vxorem de Deo recte ſentientem Ariana ipſe

53. PROCOPIVS de B. G. L. I. c. 12. p. 344.
54. ibid. c. 13. p. 344. 345.

s) Haec poſt Theoderici obitum, qui contigit a. C. 526. §. 119. coll. §. 139. geſta ſunt.

ipſe imbutus haereſi, non modo conſuetis vti caeremoniis, et in diuino cultu inſtituta patria vetaret ſequi; ſed indignis etiam modis acciperet nolentem ad ſuae ſectae ritus accedere: haec ferre non valens mulier, fratri rem totam edidit. Hinc orto Germanos inter ac Viſigotthos bello, ac proelio pertinaciſſime inito, victus demum Amalaricus, non ſine magna ſuorum ſtrage, oppetit. Sororem Theodebertus cum omnibus opibus recepit, et quantacumque pars Galliae Viſigotthis obuenerat, eam obtinet.

Qui cladi ſuperfuerant, ex Gallia cum vxoribus liberisque egreſſi, in Hiſpaniam ad Theudin, iam palam tyrannum, ſe receperunt.

Ita Gallia in Gotthorum ac Germanorum ditionem venit t).

§. 68.

a. C. 53¾. v).

PAVLO ante aduentum Caeſareae claſſis in Africam [a Iuſtiniano ſc. ad bellum Vandalicum miſſae] Gotthaeum et Phuſciam cum aliis legatos Gelimer in Hiſpaniam miſerat, vt Theudin Viſigotthorum regem ad ineundam cum Vandalis ſocietatem pellicerent. Illi transmiſſo freto Gaditano, factaque in continentem exſcenſione, Theudin mari procul degentem adeunt. Ad ſe Theudis introductos comiter accepit, epulisque lautis adhibuit: inter quas rogauit, quo res loco eſſent Gelimeris ac Vandalorum, haud eorum *ignarus:* quippe quarum nuntius, legatis ad ipſum lente ſe conferentibus, praecurrerat. Nam quo die Carthaginem intrarat exercitus [Romanus], eodem nauis oneraria inde ſoluerat, ac vento ſecundo vſa peruenerat in Hiſpaniam. Hinc Theudis res Africanas cum didiciſſet, ne in vulgus emanarent, ſilentium mercatoribus iniunxerat. Vbi vero Gotthaeus res ſuas perbelle ſtare reſpondit, quaeſiuit Theudis legationis cauſam. Illis autem, ſe ad armorum ſocietatem iungendam miſſos, referentibus, Ite, inquit, ad 55.

t) Quae ſequuntur v. §. 177.

v) Eſt annus belli Vandalici, in Africa Beliſarium inter et Gelimerem geſti. cfr. Vandalica §. 89.

55. PROCOP. de B. V. L. I. c. 24. p. 231.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 531.

ad oram maritimam: ibi certo res domeſticas cognoſcetis. Rati oratores, vocem hanc eſſe hominis, qui mero calens aliena loqueretur, tacite diſſimularunt. Poſtridie repetito congreſſu ac ſermone de ſociali foedere, cum idem a Theudi reſponſum tuliſſent, ſibi in Africa turbatum eſſe aliquid intellexere: omnia tamen ſalua Carthagini arbitrantes, eo nauigarunt.

§. 69.

56. ERAT in numero domeſticorum Gelimeris Bonifacius ſcriba, natione Afer, ortu Byzacenus; quem Gelimer ſibi fidiſſimum expertus, belli huius x) initio in nauem expeditiſſimam cum omni regia gaza impoſuerat, iuſſeratque Hipponem Regium appellere, ac ſi rem Vandalicam labare cerneret, iisdem cum opibus in Hiſpaniam curſum maturare, et Viſigotthorum principem Theudin adire: quo et ipſe euaſurum ſe ſaluum ſperabat, ſi belli fortuna Vandalis male cederet. —

56. PROCOPIVS de B. V. L. II. c. 4. p. 245.

x) Vandalici. cfr. Vandal. §. 101.

CAPVT

CAPVT III.

Res Gothorum Orientalium Sub Ducibus inprimis Theoderico Valameris et Theoderico Triarii F. F. vsque ad huius obitum geſtae.

ab a. C. 395 — 481.

§. 70.

Imp. ARCADIO.

a. C. 395. a)

Imp. ARCADIO.

[Imperium occidentale tenente Honorio, ditionem eius inuaſere Viſigotthi b)]. ν) Gotthi autem, traiecto Iſtro, primum occuparunt Pannoniam: deinde ſedem illis in Thracia imperator conceſſit: ibi non diu morati, in occidentis imperium inuolarunt. Sed de his poſtmodum in Hiſtoria Gotthica. 57.

§. 71.

a. C. 400.

ind. 13. Olymp. 294. a. 4.

ξ) STELICHONE et Aureliano coſſ. ind. 13. Olymp. 294. a. 4. caeſi ſunt complures Gotthi in Laemomacellio c). Conflagrauit 58.

L 3 quo

ν) THEOPHANES, Anaſtaſius: *Gotthi Pannoniam primum adepti, mox nono ſupra decimum anno, Theodoſio iuniore ita permittente, Thraciae regiones* [χωρία. A. *villas*] *incoluere, et Thracica habitatione per annos octo et quinquaginta protracta, occidentalis tandem imperii facti ſunt domini.*

ξ) THEOPHANES: *Hoc anno* [octauo Arcadii]: *Gainas tyrannidem aduerſus Arcadium excitare molitus, multa mala Byzantio in-*

57. PROCOPIVS de B. V. L. I. c. 2. p. 181. Theophanes p. 81. Anaſtaſ. p. 39.

a) Primus imperii Arcadii annus.

b) Locum integrum v. ſupra §. 30. ſqq.

58. CHRONIC. PASCH. p. 307. Theophan. p. 65. Cedren. T. I. p. 327. Hic eadem quae Theophanes, omnia.

c) Nott. in Chron. P. p. 971. Cpl. Chriſt. L. I. ſect. 24. n. 15.

Imp. ARCADIO.

a. C. 400.

quoque Gotthorum Eccleſia d) cum magna Chriſtianorum multitudine menſe Panemo ex a. d. 4. Idus Iul. Item in mare Freti et praecipitati ſunt Gotthi menſe Apellaeo, ex a. d. 10. Kal. Ianuar.

ind. 14. Olymp. 295. a. 1.

§. 72.

a. C. 401.

IND. 14. Vincentio et Flauio f) coſſ. traductum eſt caput Gainae g) Gotthi menſe Audynaeo, ex a. d. 3. Non. Ianuar.

Imp. THEODOSIO II.

§. 73.

Imp. THEODOSIO II.

a. C. 449.

59. INTRA ſua concluſi [Hunni] barbaricam linguam colunt, et affectant, neque tam Hunnorum, quam Gotthorum, aut etiam Auſoniorum, hi ſcilicet, quibus cum Romanis frequentius eſt commercium h).

Sub

tulit. Datis autem et acceptis ab Arcadio iuramentis in Chalcedonenſi ſanctae Euphemiae templo periurii reum, pluribus per nefas ſceleribus attentatis, etiam ad vrbis regiae direptionem, et tetra eiusmodi facinora progreſſus damnandum ſe probauit. Inde ad Thraciae Cherſoneſum diuertens, tumultuaria confecit nauigia, vt in Aſiam transfretatus orientales vrbes ſub poteſtatem mitteret. Ibi demum magno terra marique proelio commiſſo, cum ſuis exercitibus periit.

d) Nott. l. c.„ De qua Theodorit. L. V. c. 30. 32. 33.„

e) ἐν τῃ θαλασσῃ των Στεγων ἐν χεϱονησῳ.

f) Nott. in Chron P. l. c.„ Sic „Codex canon. Afric. c. 65. ſed leg. „ex Cod. Vatic. Φλαβιτȣ. Ita So„zomenus L. 8. c. 4. Marcellinus, „Proſper, Victorius, Idatius etc. qui„bus Frauita, vel Frauitta dicitur. „ſic etiam Lex 3. Cod. Theodoſ. „de Equor. Collat. vbi indict. 14. „notatur, more Afric. dioeceſeos „contra quam hic et apud Marcel„linum l. 14. Frauitus nuncupatur „a Socrate L. 6. c. 6—.

g) Goar ad Theophan. p. 56. „Gainae, inquit, tyrannidem et ne„cem ad a. 6. Arcadii, quo con„ſulatum Stilico & Aurelianus tenu„erunt, Socrates reponit. Marcel„lini et Alexandrinum chronica ad „ſeptimum„ In Nott. ad Chr. Paſch. l. c. citantur Philoſtorg. l. 11. c. vlt. Socrat L. 6. c. 6. Sozomen. L. 8. c. 4. Marcellinus—.

59. PRISCVS p. 59. cfr. Hunn. §. 51.

h) De Gothis ab Attila ad Valentinianum Aug. legatis miſſis, et Alaricho e Gallia ab Aetio contra Attilam euocato, et in proelio, cum Hunnis ad Danubium commiſſo, occiſo v. Hunnica §. 85. 86.

Imp. THEODOSIO II.

Sub

Marciano

nulla ſit Gothorum orientalium mentio.

§. 74.

Imp. LEONE I.

Imp. LEONE I.

a. C. 457-476.

SCYTHAE i) et Gotthi acie decertantes, et a pugna vtrique recedentes, ad accerſenda auxilia animum adiecerunt. Qua de re Romanos Eoos adierunt. Aſpar quidem cenſuit neutris opitulandum eſſe, ſed imperator Leo ſtatuit *Scirris* opem ferre. Itaque litteras ad Praefectum Illyrii miſit, iuſſitque, quoad neceſſe eſſet, auxiliares copias Scirris aduerſus Gotthos praebere. 60.

§. 75.

ANAGASTVS, Baſiliſcus k) et Oſtrouius, et alii quidam duces Romani, in locum abruptum et concauum Gotthos incluſos obſederunt. Ibi Scythae l) victuum inopia laborantes, Romanos, miſſis legatis, certiores fecerunt, ſe omnibus, quae ſtatuerint, pariturος, modo ſibi terram ad inhabitandum concedant. Romani reſponderunt, ſe ad imperatorem eorum poſtulata delaturos. At Scythae de fame, quae eos premebat, tranſigere velle dixerunt, neque longiores inducias ferre poſſe. Romanis ordinibus praepoſiti, habito conſilio, tantiſper dum imperator illis proſpiceret, alimenta praebituros polliciti ſunt, ſi Scythae Romanorum multitudini 61.

60. Id. p. 44.

i) Cantoclarus in Nott. ad h. l. p. 194. „ Lege Σκιῤῥοι. de quibus „v. Euagrium et Iord.

61. Id p. 45. Haec iis quae de Hunnis et filiis Attilae narrauerat, ſubiungit Priſcus. cfr. Hunn. §. 94-96.

k) De hoc Theophanes p. 89. ſub a. 12. Leonis: *Hoc anno Ducem ac Praefectum* [Belli Vandalici] *inſtituit* [Leo] *Baſiliſcum Verinae Auguſtae fratrem frequentibus in Scythas per Thraciam victoriis clarum.*

l) Hunni ſc. quos fere ſemper Scythas Priſcus vocat.

dini proxime ad eorum morem ordinati accederent. Facilem enim fore ſingulis ordinum ductoribus, eorum, qui ſibi forte obuenerint, tuitionem et adminiſtrationem, potius quam Ducibus, qui vniuerſos exercitus regunt m), quippe qui in illis cura ſua et diligentia complectendis inter ſe ſint aemulatione certaturi. Itaque Scythae his, quae legati renuntiarunt, paruerunt, ſeque in tot et eosdem ordines diſtribuerunt, in quos Romani erant diſtributi.

Quo facto Caleal n), vir genere Hunnus, qui ſecundum ab Aſpare imperii gradum in eos, qui ſub eo ordines ducebant, tenebat o), barbarorum, quae ſuis ordinibus acceſſerat, cohortem obiens, in qua erant plures numero Gotthi, quam reliqui, accitis primoribus, huiusmodi orationem habere coepit.„Terram quidem imperatorem ad inhabitandum daturum, quae non illis fructui, et commodo futura eſſet, ſed cuius vtilitas ad ſolos Hunnos redundaret. Nec enim Hunnos ignorare, Gotthos terrae cultum negligere. Ex quo fore, vt luporum more Hunni arua, quae Gotthis ſortito obtigiſſent, ad ſe pertrahentes raperent, et eos ſeruorum loco habentes, cibis deſtitutos vexarent et opprimerent. Quamobrem ſemper inualuiſſe, vt nullum eſſet Gotthico generi cum Hunnis commercium, et maiores iureiurando eos obſtrinxerunt, eorum ſocietatem fugere. Sed rerum neceſſariarum penuria victi,
62. ſacramenta patria pro nihilo habebunt, et transgredientur p). Se quidem

m) Non ſatis curate haec expreſſiſſe videtur interpres, gr. ſic habent: ἐργε σφας αυτους διελοιεν, ὡσπερ και το Ρωμαικον διακεκριται πληθος. ἐσεσθαι γαρ αυτων ῥᾳδιως ὁυτως ἐπιμελειαν, ἐς τους κληρουμενους και ὀυκ ἐις παντας ἀποβλεποντων των ϛρατηγων.

n) Χελχαλ. Ita et infra hoc nomen ſcribitur.

o) ὑποϛρατηγος των διεποντων τα Ασπαρος ταγματα.

p) Ὡς δωσει μεν αυτοις γην ὁ βασιλευς, ὀυκ ἐις σφετεραν δε αυτων ὀνησιν, ἀλλα τοις ἐν σφισιν Ουννοις. τουτους γαρ ὀλιγωρους γεηπονιας ἐχοντας, δικην λυκων τας αυτων ἐπιοντας διαρπαζεσθαι τροφας. ὡϛε θεραποντων ταξιν ἐπεχοντας, της ἐκεινων ἑνεκα ταλαιπωρεισθαι τροφης. καιπερ ἐς ἀει ποτε τοις Ουννοις του Γοτθων γενους ἀσπονδου διαμειναντος, και ἐκ προγονων την αυτων ἀποφυγειν ὁμαιχμιαν ὀμοσαμενων, ἐφ ᾧ και ὁρκων πατριων προς τη των οἰκειων ϛερησει καταφρονειν.

62. Id p. 46.

quidem genere Hunnum, quo maxime gloriatur, ſed aequitate motum haec illis dicere, et monere eorum, quae facienda ſunt. „

His dictis Gotthi commoti q), et haec Caleal, r) pro beneuolentia qua ipſos proſequebatur, ſuggeſſiſſe rati, Hunnos ſibi immixtos, tanquam ſeditioſos, trucidarunt. Deinde quaſi ex compacto caeteri conuenientes, ingens pugna inter vtramque gentem eſt commiſſa. Quos cum in armis reliqui caſtrorum duces viderunt, acies ſuorum inſtruxerunt, et obuium quemque barbarorum occiderunt. Scythae cognito dolo, et fraude perſpecta, ſeſe collegerunt, et manus cum Romanis conſeruerunt. Sed illi, qui ſub Aſpare ſtipendia faciebant, omnem barbarorum cohortem, quae illis ordinibus obuenerat, comprehenſam ad internecionem vsque ceciderunt. Aduerſus reliquos duces non incruenta pugna fuit, barbaris ſtrenue et fortiter pugnam capeſſentibus. Ex qua pugna qui ſuperſtites fuerunt ex Scythis, eos Romanae legiones deleuerunt: ad hunc modum ſoluta eſt obſidio s).

§. 76.

a. C. 464. Olymp. 310. a. 4.

Ind. 2. Ruſticio et Olybrio coſſ. e vita exceſſit St. Symeon Stylites, cum Ardaburius patricius, Aſparis magiſtri militum F. tum comes eſſet orientis—petentibus ciuibus Antiochiae corpus viri iſtius iuſti, miſit Ardaburius Gotthicum praeſidium, illudque detulit Antiochiam. 63.

§. 77.

a. C. 465. Olymp. 311. a. 1.

Ind. 3. Baſiliſco et Armenaricho coſſ. Menas cum praefectum vigilum ageret, poſtulatus eſt reus de aliquot prauis actibus, interro- 64.

q) διαταραχθεντες.

r) χελχαλ.

s) ὡςε τες ἐξ αυτων [βαρβαρων] ὑπολειφθεντας [f. ὑπολειφθεντας] τας τε Ρωμαικας ταξεις διωσασθαι, και τηδε την πολιορκιαν διαφυγειν. Adnotat ad h. l. Cantoclarus p. 194. „Vide num loco διωσασθαι legendum ſit πληρωσασθαι, vt ſit ſenſus *Romanos pugna commiſſa ex his, qui ex Scythis reliqui fuerint, ſuos ordines repleuiſſe.*„ Ego quidem ita interpretarer: *ita vt reliquiae eorum, fuſis Romanorum cohortibus, ex loco illo, in quo obſeſſi tenebantur, ſe expedirent.*

63. Chronic. Paſch. p. 321.

64. Ibid. p. 321. 322.

Imp. LEONE I.

a. C. 465.

terrogatisque a ſenatu in Circo, iuſſu imperatoris — in faciem quidam deiecit, huncque arreptum populus coepit trahere — ipſumque ad aedes vsque Studii pertraxit, vbi Gotthus quidam ſaxum in aurem impegit, eundemque morti dedit.

Olymp. 311. a. 3.

§. 78.

a. C. 467.

65. a) IND. 5. Puſaeo et Ioanne coſſ. quidam tyrannidem meditatus, Aſparem patricium et Principem Senatus intra palatium interfecit: Ardaburium pariter et Patricium filios illius viros ſenatorios, in Conuentu, eorum corporibus in fruſta conciſis. Vnde tumultus extitit CPli: magnam enim habebant Gotthorum copiam, et comites, aliosque famulos, qui ſibi praeſidio erant. Vnde

a) THEOPHANES: *Hoc anno* [*a. M. 5964. a. C. 464. a. 15. Leonis*] *Aſpare vna cum filiis Ardaburio et Patricio a Leone interfectis, Oſtris Aſparis ſatelles, et Theoderichus, Triarii filius, et Aſparis coniugis frater, necatorum ſanguinem vlturi cum armatorum copiis irruerunt in vrbem; ac, niſi Baſiliſcus ex Sicilia reuerſus et Zeno pariter e Chalcedone, vbi Aſparis lethi nuntium praeſtolabatur, vrbem praeoccupantes tuliſſent auxilium, et diſſipaſſent ſeditionum authores, ingenti prorſus tumultu res omnes turbabantur. Armenarchus* [Ερμεναρχον et Αρμεναρχον Candidus Iſaurus vocat] *vero Aſparis iunior filius furtiue ſubtractus Zenonis conſilio fugam arripit in Iſauriam miſſus, et a ſpurio Zenonis filio gener aſſumitur: qui tandem poſt Leonis obitum Byzantium regreſſus, reliquum vitae feliciter peregit.* ANONYMVS: *Aſparis Ciſternam Aſpares et Ardaburius extruxere, tempore Leonis magni. Qua abſoluta, ambo inibi interfecti ſunt ab eodem imperatore; eo quod coniuratione cum populo inita, Leonem ab imperio eiicere ſtatuerant; niſi de induſtria eos dolo ſuſtulit imperator. Caeterum domus Aſparis*

65. CHRONIC. PASCH. p. 323. Theophan. p. 101. Anonym. in Antiq. Cpl. Bandur. T. I. p. 49. 85. 130. Candid. Iſaur. Eclog. Hiſt. p. 17. 18. Ardaburii eiusque filii Aſparis [a noſtris diuerſi videntur] Theophanes p. 73. 74. 82. 83. Anaſt. p. 36. meminerunt. cfr. praeterea de ſupra dictis Theophan. p. 100. Codin. in Orig. Cpl. p. 29. 36. 49. 58. Conſtant. Manaſſ. p. 58 59. Ioel. in Chron. Compend. [Acropolit. p. 171.] &c.

a. C. 467.

de Gotthus quidam ex Aſparis familiaribus, Oſtrus comes nomine, palatium ingreſſus eſt vna cum aliis Gotthis ſagittas emittens: pugnaque inita inter excubitores et Oſtrum comitem, multi interfecti ſunt. Tandem cum circumueniretur, videretque ſe hoſtibus imparem, arrepta Aſparis pellice Gottha, ſingulari forma praedita, ac diuite, et vna cum illo equo vecta, in Thraciam perrexit, regiones ſubinde populatus: de quo Byzantii haecce inclamabant: Mortui nemo amicus, niſi ſolus Oſtrus.

§. 79.

a. C. 468 t).

VALAMER, Theuderichi pater, poſt Attilae filios in Gotthicam gentem Leonis temporibus imperium exercuit v). 66.

erat, quam deinde poſſedit Baſilius accubitor. CANDIDVS ISAVRVS: *Inchoat* [Candidus Iſaurus. verba ſunt Phodi, ex cuius Bibliotheca haec excepta deſumta ſunt] *hiſtoriam ab electione Leonis, qui Aſparis ſtudio imperium adeptus eſt. Hic Aſpar* ALANVS *erat, a pueritia militiam ſecutus, qui ternis nuptiis totidem filios, Ardaburium, Patricium, Ermenarichum* [al. Ermonarichum], *duasque filias ſuſtulit. — Primo libro narrat Aſparis, liberorumque eius potentiam, et Leonis per Aſparem electionem. De vrbis conflagratione exorta, quaeque hic ab Aſpare, reip. commodo, geſta ſint. De Titiano et Viniano, vtque de illis Aſpar cum imperatore contenderit, et quae ac qualia inter eos verba tum iactata ſint. Imperatorem ea ex cauſa cum Iſaurorum genere ſocietatem iniiſſe—, Ardaburium item, quo imperatori aduerſaretur, Iſauros aeque ſuarum partium facere conſtituiſſe: atque, Martinum quendam, Ardaburii familiarem, Taraſicodiſae indicaſſe, quaecunque in imperatorem machinaretur Ardaburius. Quomodo exinde aſperius in dies creſcente mutua ſuſpicione, Leo Imp. Aſparem ſuſtulit, eiusque liberos, Ardaburium et Patricium Caeſarem, etſi Caeſar, excepta plaga, inopinato ſaluus euaſit, vixitque: et alius item de Aſparis filiis Armenerichus, quod abeſſet tum forte a patre, caedem perinde effugit.*

66. THEOPHANES p. 112. Anaſtaſ. p. 46.

t) Hoc ſc. anno Dengizich Attilae filius occubuit. v. Hunn. §. 97.

v) Integrum locum, ex quo haec excerpta ſunt, v. infra §. 119.

Imp. Leo-
ne I.

§. 80.

a. C. 473.

67. Leo imperator miſit [anno xvii. imperii [x]] Logium Silentiarium legatum ad barbaros, qui in Thracia erant. At barbari lubenti animo legatum exceperunt, et legatos quoque ad imperatorem, Romanorum amici eſſe cupientes, miſerunt, per quos tria ab eo petierunt: Primum, Theuderichum eorum ducem, omni hereditate, quam illi reliquerat Aſpar, frui [y]: ſecundum, vt liceret
68. illi in Thracia habitare: tertium, vt et eorum ordinum, quorum Aſpar fuerat, dux eſſet [z].

Prima duo omnino denegauit imperator. Solum tertium, vt Dux fieret, dum modo ſine fraude eius amicus eſſet, conceſſit, et ita legatos dimiſit.

§. 81.

Sed Theuderichus, barbarorum princeps, vbi legatos ſuos ab imperatore re infecta excepit, ſuarum copiarum partem in Philippos campos immiſit [a]: cum altera parte Arcadiopolin, omni apparatu oppugnaturus, obſedit. Neque tamen eam armis cepit, ſed fame: eos enim qui intra ciuitatem erant, eo inopiae et anguſtiarum redegit, vt equorum et aliorum animalium, quae curribus agendis inſeruiunt, et mortuorum cadauerum eſu, ſeſe, dum illis ſi qua ex parte auxilium adueniret, tolerauerunt. Quo non adueniente, in extremam deſperationem adducti deditionem fecerunt. Qui vero miſſi erant ad Philippos campos, ſolum ea, quae circa vrbem erant, combuſſerunt, neque quicquam praeterea atrox aut graue commiſerunt.

§. 82.

67. Malchvs p. 92.

x) Hoc anno (coll. p. 91.) Cpolin venit Arabum Scenitarum legatio, cui haec noſtra immediate ſubiungit Malchus.

y) Θευδέριχον τὸν καταρχοντα αὐτων την κληρονομιαν ἀπολαβειν, ἣν ἀφηκεν αὐτῳ Ασπαρ.

68. Id. p. 93.

z) στρατηλατην γενεσθαι των ταγματων, ὧνπερ και Ασπαρ ἡγησατο.

a) ἐς Φιλιππȣς. campos his et infra temere addit interpres.

a. C. 473.

§. 82.

His ita in Thracia graſſantibus, nihilo ſecius ipſosmet barbaros fames corripuit et vrſit, ita vt legatos ad imperatorem mitterent, qui de pace agerent, quae his conditionibus eſt facta [b]). *Imp.* LEONE I.

Duo millia librarum auri Gotthis ſingulis annis pendi:

Theuderichum duorum exercituum, qui maximi ſunt, et circa imperatorem militant, ducem conſtitui:

In alia ditione, quam Romana, Gotthorum imperatorem eſſe [c]), neque quemquam eorum, qui ab eo deficere voluerint, ab imperatore admitti:

Contra quemcunque voluerit imperator, exceptis Vandalis, a parte imperatoris pugnare.

§. 83.

Imp. ZENONE.

Imp. ZENONE.

a. C. 478 [d]).

ALTERO [poſt Zenonis reſtitutionem [e])] anno, aduenere legati, a Gotthis, qui in Thracia conſederant, et foedere Romanis con- 69.

b) Και γινεται ἡ συμβασις των ὁρκων ἐπι τουτοις.

c) Τον δε Θευδεριχον καθιστασθαι στρατηγον δυο στρατηγιων των ἀμφι βασιλεα, αἱπερ εισι μεγισται εις την ἑτεραν γην. αὐτον δε των Γοτθων αὐτοκρατορα ειναι etc. Cantoclarus in Nott. ad h. l. p. 197. „Notitia im„perii ait fuiſſe duos magiſtros mili„tum praeſentiales, qui imperatori„bus deſeruiebant, et tres alios, per „Orientem, per Thraciam et per „Illyricum, forte eo verba, αἱπερ εισι μεγισται εις την ἑτεραν γην „innuunt, duorum exercituum qui „ex illis tribus maximi erant ſibi „ducatum et praefecturam concedi „petiiſſe Theodorichum„. Valeſius vero in Nott. p. 210. „Haec verba, „εις την ἑτεραν γην, inquit, trans„poſita eſſe videntur, et inferiore li„nea collocanda, hoc modo: και „μηδενας ἐξ αὐτων ἀποστηναι θε„λοντας εις την σφετεραν γην „τον βασιλεα δεχεσθαι. Totus au„tem locus ſic vertendus eſt. Theodo„ricum Magiſtrum equitum et pedi„tum praeſentis militiae conſtitui, „quae dignitas maxima habetur, „ſolumque Gotthorum regem eſſe; „neque quemquam eorum, qui a „Gotthis transfugere vellent, ab im„peratore in regionem ſuam admitti. „Theodoricum porro Triarii filium „hic intelligo, qui ſedes in Thra„cia habebat, vt refertur p. 80. & 88.

69. MALCHVS p. 94.

d) a. C. 476. Zeno imperio rurſum potitus Baſiliſcum tyrannum in exſilium miſit.

e) Addit interpres. gr. tantum: ὁτι ἐν τῳ ἑξης ἐτει.

a. C. 478.

coniuncti erant; hos Foederatos Romani vocant. Orabant, vt reconciliari vellet Theudericho Triarii *f*) filio, cui nihil eſſet optatius, quam tranquillam et quietam vitam ducere, neque armis rempublicam vexare. Orabat, vt conſideraret, quanta mala, cum hoſtis extitiſſet, Romanorum rebus attuliſſet, et quot vrbes Theudericus Balameri *g*) filius, tametſi illi militaret et amicus eſſet, euertiſſet, neque tanti apud eum inueteratae inimicitiae eſſent, vt quod ad communem omnium vtilitatem ſpectaret, perficere omitteret.

§. 84.

Confeſtim igitur imperator ſenatum conuocauit, et haec illis propoſuit, vt ſibi conſilium darent, quid facto opus eſſet.

Senatores vero dixerunt, reditus publicos minime vtrisque alendis ſufficere: collationes quidem et ſtipendia prompte ſuppeditari. Sed ex quibus militibus commeatus, ſine aliqua diminutione, praeſtare non poſſumus *h*). Cum quo vero ex duobus praeſtat amicitiam inſtituere, id in ſolius imperatoris arbitrio conſiſtere.

In aulam quoque congregans milites et omnes Scholas, aſcenſo ſuggeſtu, multa de Theudericho queſtus eſt, maxime quod a maioribus Romanorum hoſtis extitiſſet *i*); quod Thraciae habitatores depraedatus fuiſſet; quod omnibus, qui currus agebant, manus amputaſſet; quod omne agricolarum genus funditus ſuſtuliſſe *k*); quod Baſiliſci tyrannidem in rempublicam inuexiſſet et excitaſſet;
70. quod militibus, vt a ſe deficerent, et diſcederent, tanquam ſoli Gotthi ſufficerent, perſuaſiſſet. Et nunc legatos ad ſe mittere, non tam vt pacem, quam vt exercitus ductum poſtulet. Nunc igitur quam ſententiam ſuper his dicturi eſtis, audire cupiens, vos huc

f) τῳ παιδι Τριβεριε. leg. Τριαριε

g) Βαλαμηρε. in marg. Βαλαμειρου.

h) Οἱ δε ἀμφοτεροις μεν ὀυκ ἐφασαν ἱκανον το δημοσιον ἐιναι συνταξεις τε και μισθον ἐπαρκεσαι προχειρως, ὁποτε γε μηδε ἀυτοις μονοις τοις ϛρατιωταις ἀμεμπτως ὑποτελειν τας χορηγιας δυναμεθα.

i) ἐχθρος ἀνωθεν ἐιη.

k) χειρας τε ἀποτεμνων ἁμα τῳ ἁρματιῳ, και το γεωργον ἁπαν ποιησας ἀναϛατον.

70. Id. p. 95.

huc conuocaui: ſcio enim, eos demum imperatores tuto ſuas res agere, qui ſua conſilia cum exercitibus communicant. At illi, accuſationibus, quas in Theuderichum imperator intenderat, auditis, ſatis ex ipſa accuſatione, quid ſibi reſpondendum eſſet, percipientes, acclamauerunt omnes, Romanorum hoſtem eſſe Theuderichum, et omnes, qui illi fauerent, et ad eius cauſam ſe adiungerent.

§. 85.

Et hanc quidem reſponſionem Zeno non e veſtigio legatis dedit, ſed ſuſtinuit, donec exploratius, quomodo ſe haberent ea, quae foris gerebantur, ſciret. Interea comprehenſi ſunt, qui ea, quae in vrbe facta erant, ad Theuderichum ſcripſerant, Anthimus medicus, Marcellinus et Stephanus, et non ſolum ſuas ipſorum litteras, ſed etiam quorumdam, qui in exercitu dignitatibus erant ornati, ſuppoſititias, ad eum miſerunt [l], quibus iubebant illum bono animo eſſe, tanquam multos ſuarum partium fautores intra vrbem eſſet habiturus. Tres ex ſenatu praeſente magiſtro de his quaeſtionem habuerunt, quos multis illatis plagis perpetuo exilio condemnarunt. Iampridem enim Zeno abſtinere condemnatione mortis et caedibus videri volebat.

§. 86.

Balamerus [m], multis ſuis facultatibus a Romanis ducibus ſpoliatus, non parum iracundiae ob illatam iniuriam animo conſciuit, et a Romanis deficiens, quicquid ante pedes ſuos offendit, vſſit et necauit, et primam, quae illi obuia fuit, Macedoniae vrbem Tobos [n] euertit, et milites, qui illic in praeſidiis erant [o], interfecit. 71.
Vt

l) Καὶ οὐ μόνον ἑαυτῶν ἐπιστολὰς ἔπεμπον ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν τέλει πλαττομένων γράμματα, ἐκείνῳ ἐπέστελλον.

71. Malchus p. 78. Haec ita collocanda eſſe iam monuit Valeſius in Nott. p. 211.

m) Ita et alibi ſaepius Theodericum Valameris filium vocat Malchus.

n) Cantoclarus in Nott. p. 196. „legendum, inquit, eſt Στόβους. „Stobos Macedoniae vrbs Plinio, Li„vio et Ptolomaeo. Primae Macedo„niae eſt in Conciliorum opere. Sto„benſium fit mentio in leg. vlt. §. „in Prouincia Macedonia ff. de Cen„ſibus. Fortaſſe verſio rectior eſſet, „ſi primae Macedoniae vrbem vertiſ„ſemus, aut ſubaudiendo, κατὰ „τὴν πρώτην, in prima Macedonia „ſitam.

o) τοὺς ἀντιστάντας, omiſit interpres.

a. C. 478.

Vt vero nunciatum eſt, barbarum ad Theſſalonicen caſtra habere, ſtatim vrbis incolae, ex litteris quae pridie lectae fuerant, dolum ſuſpicati, et Zenonem habere in animo, ciues et vrbem barbaro tradere, ſeditione laborantes, omnes eius ſtatuas deiiciunt, et Praefectum aggreſſi, ad ipſum confodiendum parati erant: [at
72. tandem a clero pacati, claues vrbis Archiepiſcopo dederunt, ſibique Ducem eligerunt.]

§. 87.

Interea Zeno cum audiret imminens periculum, et videret malorum mediocrium optimum eſſe, quandoquidem nemo pugnare volebat, conditionibus foederum barbarum ab vrbium ruinis et excidiis auertere, Artemidorum mittit, vna quoque Phocam. Is Zenonis cum Dux erat, ſcriba fuerat. Hi progreſſi tali ſunt oratione vſi.

„Te imperator amicum conciliauit, et dignitatibus, quae ſunt apud Romanos clariſſimae, magnifice ornauit, etiam imperare maximis exercitibus dedit, tibi, homini licet barbaro, minime diffidens. Tu vero, neſcimus quomodo, communium inimicorum fraude et dolo inductus, in diſcrimen te fortunasque tuas conieciſti, et eas alteri, tanquam earum dominum et auctorem non noſſes, acceptas retuliſti. Et vero haudquaquam iuſtus fueris, ſi imperatori ſuccenſeas, et imputes, quae in te ipſum et in illum deliquiſti. Nunc igitur quoniam eo te redegiſti, hoc tibi quantum ad praeſentem fortunam reliqui eſt, vt ab iniuria, et damnis vrbibus et gentibus inferendis, quantum in te erit, temperes, et legationem mittas, qua apud imperatorem, qui bonus eſt, moderatum quid et aequum obtinere coneris„.

§. 88.

Ille vero perſuaſus, viros quosdam vna cum ipſis Byzantium mittit. Et quidem exercitum ſuum vrere et occidere homines vetuit. Nec enim ſuos, cum omnium rerum eſſent egeni, quominus res neceſſarias ſibi compararent, prohibere potuiſſet.

Hinc mouens, ad Heracleam Macedoniae peruenit. Huius vrbis Archiepiſcopus, cum quamplurima et diuerſi generis munera ad

72. Id. p. 79.

ad eum et eius exercitum miſiſſet, omnem regionem a direptione illaeſam conſeruauit, neque quicquam moleſtiae exhibens locorum incolis, ſuas copias iuſſit erga eos, qui in his partibus habitabant, moderate et temperanter ſe gerere.

§. 89.

Legati autem, ab eo miſſi, ſimulatque Byzantium acceſſerunt, imperatorem monuerunt, oportere, quam celerrime fieri poſſet legatum mittere, qui omnibus de rebus cum Theoderico communicaret. Nec enim in eius poteſtate eſſe, longo tempore tantam militum turbam a damnis pro libidine inferendis continere.

Quamobrem imperator miſit Adamantium, Viuiani filium, patricium et vrbi expraefectum, quem etiam dignitate conſulari auxit, iuſſitque regionem in Pantalia p) aſſignare, quae Illyricae partis eſt prouincia non longo interuallo diſtans ab ingreſſu Thraciae. 73.
Quod eo conſilio faciebat, vt ſi qua Theodericus Triarii ſe commouere ſuſciperet, Balamerum aduerſarium ſibi proxime imminere ſciret, atque etiam ſi Balamerus conuenta violare et pacem turbare vellet, cum in medio duorum exercituum, Illyrici et Thraciae, degeret, eum facilius opprimere poſſet. Quod ſi hoc anno exercitum ſuum inopia laboraturum Balamerus diceret, propterea quod nullum ſemen terris mandatum eſſet, neque vllam ſpem percipiendorum in Pantalia fructuum haberet, dedit Adamantio proficiſcenti ducentas auri libras, quas iuſſit regionis illius praefecto tradere, vt eas ad conuehendos in Pantaliam commeatus, qui illis alendis ſatis eſſent, impenderet.

§. 90.

Cum legatus adhuc eſſet Byzantii, milites, qui Theſſalonicae in praeſidiis erant, Ioannem praefectum, qua exiret obſeruantes, ſicis appetierunt. Huic negotio finem impoſuit Adamantius, ex praeſcripto Zenonis, et haec pacauit.

Dum

p) Pantalia Thraciae vrbs Procopio L. IV. c. 1. p. 64. de Aediff. hic regio.

73. MALCHVS p. 80.

Imp. ZENONE.

a. C. 478.

Dum haec Theſſalonicae gerebantur, Balamerus q) circa Heracleam in Epirum ad *Sidimuntum* mittit. Is, ex eadem tribu et eodem genere et maioribus ortus, tunc temporis credebatur bene ſentire de rebus Romanis et Romanorum amicus eſſe. Etenim regionem circa Epidamnum incolebat, quae illi ex hereditate opulenta obuenerat, et ſub imperatore ſtipendia merebat. Erat hic nepos *Audingi* r), qui valde familiariter Gerene vtebatur, et eos, qui domeſtici vocabantur, regebat, quae dignitas magnam habet in regia auctoritatem. Ad hunc igitur miſit, antiquam cognationem in memoriam reuocabat, et orabat, vt viam reperiret et efficeret, qua Epidamno et reliquae Epiri dominatu potiretur, vbi poſt tot errores, quibus agitatus ad hoc vsque tempus fuerat, conſiſtere poſſet, et ſuis rebus vrbe et moenibus firmatis, caſus, quos fortuna daret, expectaret s).

§. 9.

Vt Sidimuntus haec a Balamero accepit, barbarus barbaro proxime habitare, quam Romanis, ſatius eſſe duxit. Itaque Epidamnum venit, et priuatim vnumquemque ciuium circumiens, tanquam pridem erga ipſos beneuolus, conſilium dedit, vt omnia quaecumque vnusquisque eorum in bonis habebat, exportaret, et ſe ſuaque omnia ſalua et incolumia in inſulas, aut in aliquam aliam vrbem conferret: Barbarum enim quamprimum Epidamnum inuaſurum: ſic enim imperatorem decreuiſſe, qui ad eam rem exſequendam Adamantium miſerit. Is adhuc, commodum, abeſt. Itaque melius eſſe per otium, dum tempus datur, vt rebus ſuis proſpiciant. Erant quoque in ea vrbe in praeſidiis militum duo millia,
74. numerus, qui barbarum, etiam ex improuiſo vrbem aggredientem, repellere potuiſſet. Hi quoque ſunt perſuaſi. Denique dicendo et terrorem iniiciendo, et quotidie nouos rumores ſpargendo, hoſtes,

quii

q) Ὁ δε τον Βαλαμηρον. leg. ἐπὶ δὲ Βαλαμηρου.

r) Ἀνεψιος δε ἠν οὑτος Ἀἰδοιγγε, Γερηνης δε &c. Henr. Valeſius ad h. l. p. 211. „ſcribe, inquit, meo periculo, Βηρηνης. Haec „erat ſocrus Zenonis Aug, ſoror Baſiliſci —."

s) Και ἱδρυσας ἑαυτον ἐν πολει και τειχεσιν, ἐντευθεν ὡς ἀν διδοι δεχεσθαι το συμβαινον.

74. MALCHVS p. 81.

qui vrbem occuparent, adeſſe, perfecit, vt vrbem Epidamnum deſertam relinquere omnibus perſuaſerit. Aiebat enim, eo magis imperatoris voluntati aduerſaturos, quanto magis his, quae proponebat, repugnare conarentur.

§. 92.

Mox quo celerius Balamerus introduceretur, ad eum miſit; is circa Heracleam conſederat, et quid nuntii a Sidimuntho veniret, expectabat. Suae autem morae cauſam palam in ſororem, quae morbo laborabat, conferebat, et in legatum, quem ad eum Zeno miſerat, quia ex eo, quo animo in ſe eſſet imperator, intelligere cupiebat [t]. Nec multo poſt, cum ſororem ſuam mortuam efferret, a Sidimunto occurrit, qui eum ab Heracleotis acerſeret. At Heracleotae vrbem reliquerant, et ſe in arcem validam et munitiſſimam receperant. Ad hos Balamerus miſit, qui peterent magnam quandam frumenti quantitatem [v], et vini, vt diſcedens viaticum, quod alendo exercitui ſufficeret, haberet. Illi autem reſponderunt, nihil ſibi reſtare commeatuum, quos largiri poſſent, etenim quos habuiſſent, tot diebus, etiam ſi paucorum militum cuſtodia fuiſſet, conſumpſiſſe [x]. Ille in iram exarſit, et vrbis, quae ab hominibus vacua et deſerta permanſerat, quamplurima loca incendit et confeſtim obſidionem ſoluit, et motis caſtris, via, quae ardua et anguſta ad nouam Epirum ducebat, perrexit.

 §. 93.

t) Ο δε του Σιδιμουνθου ἐπεμενε δηλωμαι και την αυτου ἀδελφην νοσω κατεχομενην, [ἐξ ἡς ἐτελεύτησε. omiſit interpres.] Φανεραν μεντοι της καθεδρας προφασιν ἐποιειτο την του πρεσβευτου παρα Ζηνωνος ἀφιξιν, και το βουλεσθαι μαθειν, ὁπως προς αυτον ἐχει τα ἐκ του βασιλεως.

v) Henr. Valeſius p. 211. „hic locus, inquit, praua interpunctione „corruptus, interpretem in errorem „induxit. Sic autem diſtinguendus „eſt, τα δε παρα Σιδιμουνθου „ἀπηντησε καλουντα, προς τους „Ηρακλειωτας ἐκλιποντας μεν „την πολιν, ἐς Φρουριον δε ἰσχυ„ρον ἀναχωρησαμενους πεμψας, „ἀπῃτει σιτον etc. Heracleam Sinticam intelligit.„

x) Οἱ δε ουδεν ἐφασαν αυτῳ δυνασθαι ἐν τοσαυταις ἡμεραις λεγοντες, ὁσον εἰχον ἐπι Φρουριῳ γε μικρῳ δεδαπανησθαι.

Imp. ZENONE.

a. C. 478.

§. 93.

Tum equites praemittit, qui per loca praerupta exercitum anteuerterent, vt cum nemo ſuſpicari poſſet, eos per loca ea progreſſuros, praeſidia, ſi qua poſſent, impetu derepente facto, conferti depellerent. Qui pro moenibus vrbis praeſidia agebant, vt multitudinem hoſtium conſpexerunt, ſubito caſu perterriti, neque alio ſe conferre ſuſtinuerunt, neque illis tantum animi et prudentiae fuit, vt ſe in propugnaculum reciperent, ſed fugam arripuerunt, neque, prae pauore, ad quicquam ex tempore, quod vtile illis eſſet, aduerterunt.

Hoſtes autem per loca hominibus vacua et deſerta progrediebantur [y]. Theudericus erat in capite; *Soas* a Theudericho ſecundum in exercitu gradum tenebat, et medium agmen ducebat; *Theudemundus*, alter ex Balameri filiis, extremum.

Theuderichus valde audax et confidens, vt neminem, qui ſibi reſiſteret, ſe ſubſequi vidit, eos, qui apud currus et cetera impedimenta erant, procedere iuſſit. Ipſe praeibat, vt quamcumque poſſet vrbem praeueniendo caperet. Ad Lignedum [z] accedens eſt repulſus. Erat enim arduo et difficili loco ſita, et fontium ſcaturigine plena, et connecto frumento abundabat. Hinc mouens Carpiam, quam iamdudum incolae deſertam reliquerant, diruit et ab eius excidio impetu facto Epidamnum occupat.

§. 94.

75. Quod vbi cognouit Adamantius, mittit vnum ex equitibus imperatoriis [a], qui cum eo expoſtularet, quod contra id, quod legationi reſpondens promiſerat, faceret, et iuberet ab incoepto deſiſtere, neque naues ſumere, aut quicquam aliud nouarum rerum tentare, donec aduentaret. Et quo libere, et ſine vllo metu eum rurſus

y) Οἱ δε κατα πολυ ἐρημιαν προσιοντες. leg. κατα πολλην ἠρεμιαν προϊοντες. Valeſ.

z) Λυχνηδον. Cantoclarus p. 196. „Ptolemaeus Licnidum vocat, „et in Macedonia eſſe dicit: Liuius „in Illyrio ponit: Ochridam etiam „nominat Stephanus. Eius meminerunt Polybius et Diodorus Siculus.„

75. MALCHVS p. 82.

a) προπεμπει των ἱππεων των βασιλειων τινα [ους μαγιςριανους καλουσι omiſit interpres].

rurſus adire poſſet, quia iam legationis munere functus eſſet, ad eum virum mitteret, qui illi ſecuritatis fidem in omnem cauſam praeſtaret.

Haec cum ad eum Adamantius mandata dediſſet, Theſſalonica profectus eſt, et Edeſſam [b] venit et vna cum eo Philoxenus. Erat Edeſſae Sabinianus, cui litteras imperatoris reddiderunt, et Ducem declararunt [c] caeteraque omnia bene et ordine adminiſtrarunt. Sed in barbaros recedentes proſilire minime e re aut tutum viſum eſt. Sabiniano enim pauci milites, hique mercenarii ex eius domeſticis et familiaribus, aderant. Nam qui publice merebant, et ordinariis legionibus adſcripti ſtipendia faciebant, cum per vrbes diſperſi, tum Eunulfum [d] ſecuti abierant. Itaque viſum eſt, edicta, quibus milites vndique euocarentur, proponere, et Ducem legatum, qui ea promulgaret, praemittere.

§. 95.

Iam eques ab Adamantio miſſus reuerſus, vna ſecum adducens barbarorum ſacerdotem, quem Chriſtiani Presbyterum vocant, qui tuto Adamantium ad Barbarum accedere fide ſua iuberet, aduenerat. Itaque Sabinianus et Adamantius vna ſecum eum ducentes pro-

b) Cantoclarus p. 196. „Aedeſſa „Macedon. vrbs in Aemathia regione „*Ptolemaeo*. Liuius Edeſſam ſcribit.„

c) Valeſius ad h. l. p. 211. „Ex „hoc loco, inquit, diſcere poſſu„mus, quo anno Theodoricus Va„lamer Epidamnum occupauit, & „quo cuncta haec acta ſunt quae „narrantur a Malcho. Nam Sabinia„nus Magiſter militum creatus eſt „conſulatu tertio Zenonis Aug. [i. e. „a. C. 479.] vt ſcribit Marcellinus „in Chronico, qui eum priſcis illis „exercituum ductoribus comparabi„lem fuiſſe dicit.„

d) *μετα τȣ στρατηγȣ ὁ Ευνȣλφȣ*. „Scribe, inquit Valeſius, „*μετα τȣ στρατηγȣ Ονȣλφȣ*, „vt legitur in Biblioth. Photii. Hic „Onulphus ex infimae ſortis barbaro „primum Comes, deinde Magiſter „militum Illyrici ab Armato factus „fuerat. Idem poſtea per ſummam „perfidiam Armatum, a quo tantis „beneficiis auctus fuerat, manu ſua „occidit, vt ex Malcho tradit Sui„das in v. *Αρματιον*. Erat autem „Onulphus patria Thuringus, vt do„cet fragmentum Malchi apud Sui„dam. *Ὁ δε Ονȣλφος ἐφυ ἐξ* „*ἐθνων κατα πατερα μεν Θȣ*„*ριγγων, των δε Σκιρων κατα* „*την μητερα*.„

Imp. ZENONE.

a. C. 479.

profeſti Lychnedum veniunt[e]. Erat haec vrbs iam ab antiquo opulenta, et diuitiis abundans: cuius tam magiſtratus, quam alii illis obuiam prodierunt, et eos in eam introduxerunt.

Hic Adamantius denuo Epidamnum mittit, iuſſitque vt Theodericbus ad ſe circa Lychnedum cum paucis veniret. Se velle cum eo de rebus, de quibus ad eum miſerat, colloqui, aut, ſi illi videretur, Epidamnum acceſſurum, modo Zoam[f] ipſius Ducem, et *Daſitheum*[g] obſides Lychnedum mitteret, qui illic adſeruarentur, dum ſaluus et incolumis remitteretur.

Hos quidem barbarus mittit, ſed iuſſit, vt, qua iter ſe flecteret[h], ante gradum ſiſterent, et hominem ad Sabinianum praemitterent, qui Sabinianum iureiurando adigeret, ſi ſaluus et incolumis Adamantius rediret, ſe quoque ſaluos et incolumes obſides dimiſſurum. Sed Sabinianus negauit ſe iuraturum. Nec enim vlla de re antea ſe iuraſſe, neque opinionem apud animum ſuum a tam longo tempore inueteratam et confirmatam depoſiturum. Cum Adamantius diceret, neceſſe eſſe tempori cedere, aut infecta legatione diſcedere: nec enim ſe profecturum niſi prius aliquod vitae et ſalutis ſuae pignus accepiſſet, non ideo Sabinianus eſt per-
76. ſuaſus. Et illum quidem ait ſcire, quid ſibi factu opus ſit; ſed quantum ad ſe, nihil quicquam contra legem, quam colat, commiſſurum.

§. 96.

e) λεγοντες [ἔχοντες] οὖν αὐτον συν αὐτοις ἠπειγοντο, και ἀφικνενται εις Λυχνηδον.

f) Idem eſſe videtur, quem ſupra Soam vocauerat. v. §. 93.

g) Δαγιθεον.

h) ἐν Καμπια. Cantoclarus ad h. l. p. 197. „Doctiſſimus, inquit „Caſaubonus legit pro Καμπια. „Καρπια. Et vero eius lectioni ac„cedo. vrbs enim ea in barbari pote„ſtate erat. Valeſius vero p. 211.„ Scri„be, ἐν Σκαμπια. vrbs eſt Epiri non „longe a Lignido. Scampis dicitur „in Itinerario Antonini, apud Con„ſtantinum Porph. in L. 2. de Them. „Scampa. Scampina ciuitas appella„tur in exemplari Suggeſtionis Ger„mani et Ioannis Epiſcoporum ad „Hormiſdam Papam. In Itinerario „Burdigalenſi Mauſio Scampis dici„tur, et 52. millibus paſſuum diſta„re dicitur a ciuitate Lichnido. Sic „enim ſcribendum eſt, non vt eſt „in vulgatis editionibus Cledo. Pari „modo corruptum eſt huius ciuita„tis nomen apud Conſtantinum l. c. „Αληνιδος enim perperam ſcribitur „pro Λυχνιδος.„

76. MALCHVS p. 83.

a. C. 479.

§. 96.

Hic cum Adamantio in dubio haereret animus, aſſumtis ducentis militibus, per ripas inacceſſas, et viam multis incognitam, neque antea initam, et quae tunc primum equites admiſiſſe dicitur, ſub veſperam profectus circumeundo per anfractus, peruenit ad caſtrum Epidamno proximum, in praerupto tumulo ſitum [i], cui ſuberat foſſa profunda, in quam fluuius vorticoſus influebat. Illuc Theuderichum accerſit. Et ille quidem obtemperans venit, relictoque longe a tergo cetero exercitu, cum paucis equitibus ad fluuium acceſſit. Adamantius autem, ne vlla obſidio tentaretur [k], vndique in orbem milites collocauit, et deſcendens in petram, vnde exaudiri poſſet, et iubens barbarum omnes alios dimittere, ſolus cum ſolo eſt collocutus.

§. 97.

Hic cum Theodoricus conſtitiſſet, Romanos, et iure vt videbatur, accuſat. „Ego quidem, inquiens, extra omnem Thraciam longe Scythiam verſus vitam transigere conſtitueram. Hic mihi manenti, et imperatori in omnibus obtemperare parato, minime cuiquam moleſtus eſſe in mentem veniebat. Vos me ad bellum contra Theuderichum [l] euocaſtis, Thraciae ducem cum exercitu mihi praeſto futurum promiſiſtis. Is nullibi gentium apparuit. Deinde Claudium Gotthicorum copiarum praefectum [m] cum extero milite aduenturum, quem quoque nusquam vidi. Tertio mihi viarum duces dediſtis, qui tutis, facilibus et expeditis omiſſis, per eas, quae ad hoſtem ferebant, per praerupta et praecipitia in vtramque partem aeque propendentia deduxerunt. Hac vt parum proceſſi cum equitibus, et mulis [n], et curribus, et alio conuenienti caſtrorum apparatu, in me hoſtes derepente irruerunt, quo me totam

i) και ἀλλως ἀμαχον omiſit interpres.

k) ὁπως μη κυκλωσις πολιορκιας γενηται.

l) Triarii ſc. filium.

m) ἐπειτα και Κλαυδιον, τον του Γοτθικου ταμιαν, συν ξενοις ἡξειν. Valeſius p. 211. ait, „verte, procuratorem ſtipendii Gotthici. Erat haec dignitas ſub Comite largitionum, vt videtur.„

n) Valeſius l. c. „Scribendum eſt, inquit, pro συν ἱππευσι [illegible]

Imp. ZENONE. a. C. 479.

totamque eam multitudinem, quae mecum erat, ad vnum interficerent et perderent. Ex quo neceſſariam cum illis pactionem facere ſum coactus, quibus magnam gratiam habere oportet, quod me, a vobis proditum, cum occidere poſſent, tamen ſeruarunt.„

Ad haec Adamantius animum eius ad memoriam reuocauit, vt illum imperator honoribus affeciſſet, vt patricium et Ducem creaſſet (quae eſſent apud Romanos praemia his, qui ſtrenuam reipublicae nauauerant operam, conſtituta ampliſſima) vt eum multis donis et muneribus cumulaſſet, pro quibus decuerat imperatorem haud ſecus quam patrem colere et reuereri o). Caeterum ea de quibus imperatorem inſimulabat (et erant, opinor, vera) diluere et refutare conatus eſt. Sane minime toleranda commiſiſſe, qui, dum motus legatione ſedari ſpes erat, quae Romani imperii ſunt inuaſerit et occuparit p). Et vero tametſi copiae eius in Thracia
77. montibus et fluuiis incluſae et militum manu ſeptae tenerentur, tamen libere exire Romani conceſſerunt. Etenim ſi noluiſſent, et reſtitiſſent, etiam ſi eius copiae decies numero ſuperaſſent eas, quas nunc habet, nunquam tamen inde pedem referre potuiſſent. Nunc illi conſulere, vt ſe ſummiſſius erga imperatorem gerat. Nec enim tandem in eius poteſtate fore, Romanorum, qui illi vndique imminent, manus effugere. Oportere igitur, ſi ſe audiet, vt vrbibus, quae illic ſunt, cedat q). Nec enim vllo modo ferendum, tam magnas vrbes, tametſi habitatoribus vacuas, eum tenere, et ſibi ſubiectas poſſidere. Abeat igitur in Dardaniam, vbi regio eſt, praeter eam quae habitatur, ampla, amoena et fertilis, quae incolis

„ἰωνων, ἰων, et totus locus ita „vertendus: vbi cum equitatu et „curribus, et reliquo apparatu (vt „mos eſt) iter faciens, irruentibus „in me hoſtibus parum abfuit quin „cum meis funditus interirem „.

o) ἀνθ' ὧν ἔδει μηδεποτε προς αὐτον ἀλλ' ὡς πως ἢ προς πατερα φρονειν. lege ait Valeſius, μηδεποτε προς αὐτον ἀλλως πως ἢ προς πατερα.

p) ἐν πρεσβειαις ἐλπιδι καταλαβοντα Ρωμαιων. leg. καταλαβων τα Ρωμαιων.

77. Malchvs p. 84.

q) Εκλιπειν μεν την ἠπειρον, και τας αὐτοθι πολεις.

colis indiget, quam ſi colat, poteſt cum omnium rerum abundantia, exercitum ſuum alere et ſuſtentare.

Theodoricus iureiurando affirmauit, id quidem ſibi cordi eſſe, ſed vereri, vt ſuus exercitus, qui tot mala perpeſſus, vix nunc quiete fruitur, eo adduci poſſit. Fieri enim non poteſt, vt milites, nondum a laboribus reſpirantes, tantum itineris ingredi ſuſcipiant. Sed oportere ipſos ſinere in his locis hiemem traducere, ea conditione [r], vt non vltra in tentandis vrbibus aliis, quam quas habent, aut populationibus faciendis progrediantur [s]. Haec poſtquam cum eis egerit, et imperator ineunte vere, qui eos in Dardaniam deducat, miſerit, vna cum his, qui ſe ſequuntur, ad iter ſe accingeret. Addidit ſe omnem ſuum apparatum bellicum, et omnem inermem et imbellem turbam, ſi imperatori videbitur, paratum eſſe in ea vrbe, quam praeſcripſerit, deponere. Quin et matrem quoque et ſororem, ad fidem confirmandam eorum, quae proponebat, obſides dare. Haec autem erant huiusmodi, ſe Thraciam cum ſex hominum fortiſſimorum millibus acceſſurum. Cum his et Illyricis militibus, et aliis, quos imperatori [mittere] placuerit, promittere et ſpondere, tota Thracia Gotthos exterminaturum [t]. Quae ſi executus fuerit, petere, vt Dux loco Theodorici creetur, et in vrbem admiſſus ad eum modum ei, quo reliquis Romanis, in vrbe eſſe et in reip. adminiſtratione verſari liceat [v]. Imo, ſi imperator iuſſerit, paratum eſſe, et in Dalmatiam ire, vt inde Nepotem expellat et eiiciat.

Adamantius reſpondit, non ſibi mandatum quicquam cum illo paciſci, quamdiu in ea regione commorandum Theuderichus duxerit. Oportere igitur imperatorem conſulere, et de his omnibus certiorem facere. Haec ad illum referet, et in his locis eius de his rebus voluntatem opperiretur.

Poſt haec diſceſſerunt.

§. 98.

r) Addit interpres.

s) μητε προσω χωρουντας [ὧν] ἔχουσι πολεων, μητε ἐπιφθειροντας.

t) τους ἐν τῃ Θρακῃ Γοτθους ἀναλωσειν ἁπαντας.

v) Και ἐισδεχθηναι ἐις την πολιν, τον Ρωμαϊκον πολιτευσοντα τροπον.

Imp. ZENONE.

a. C. 479.

§. 98.

Interea dum haec gerebat Adamantius, complures ex ordinibus in Lichnedum ad edictum Ducis conuenerant, et ad officium redierant x). Quo tempore neſcio quis Sabiniano nuntiauit, omnia
78. apud barbaros eſſe ſoluta, et periculi ſecuros fiſtula canentes a Candamia y) venire. Hos eſſe magna ex parte lixas et calones, vaſa et currus exercitus comitantes, et caeteros id genus in extremo agmine; inter hos etiam eſſe et Theudemunthum z) Theuderichi fratrem, et eorum matrem. Spem eſſe ingentis praedae.

Sabinianus equites, quos habebat, certo loco diſpoſuit, et pedites non paucos per montem, quem circumeundo ſuperarent, immiſit, tum, quando et vbi apparere oporteret, praemonuit.

§. 99.

Vt coenauit, vna cum manu militum, quam aſſumpſit, mouet ſub veſperam, et prima luce ſe his, qui priores profecti erant, coniungit. Theudimuntus autem et eius mater, vt in ſe impetum fieri viderunt, ſubito per medios hoſtes in proximum caſtellum elapſi, fuga ſalutem quaeſierunt. Erat illud caſtellum in medio itineris, ponte iunctum, cui ſuberat foſſa ingenti profunditate: cuius pontem attollentes, perſecutionem in eos, qui eis pontem transmiſerant, vanam et infructuoſam, reliquis ſuorum a ponte excluſis fugam impeditam, et fugientibus exitioſam reddiderunt. At illi prae deſperatione a), cum pauci eſſent, in Romanos equites irruerunt.

x) Addit interpres.

78. MALCHVS p. 85.

y) ἀπο της Κανδαμειας. Valeſius ad h. l. p. 211. ſeq. „ lege, „Κανδαβιας. Mons eſt in Illyrico. „in via Egnatia, quae ab Epidamno „incipit, vnde Gothi veniebant. Vid. „Strabonem lib. 7. Montes Candauiae „vocat Plinius l. 3. c. 23. ab Epi„damno 79. millibus paſſuum di„ſtantes, et Ptolemaeus Haliacmo„nem fluuium ἀπο των κανδα„ουιων ὀρεων oriri ſcribit. ſic enim „lego, non Καναλȣιων. „

z) Θευδιμȣντος.

a) τάχυ διεκπεσοντες ὑπεφυγον ἐις το πεδιον, και την γεφυραν, καθ᾽ ἡν ὑπερεβησαν, ἐυθεως ανελοντες, ἡ φαραγγι βαθεια ὑπεζευκτο, μεσης ὀυσης της ὀδȣ, την διωξιν ἐκεινοις ἐπι τȣς καταβαντας ἐποιησαν ἀπορον, και μεντοι και τοις ἑαυτων ἀδυνατον την φυγην, ὡςε προς ἀπονοιαν etc.

uerunt. Sed vbi Romanorum pedites in capite ex compoſito apparuerunt, ita hoſtes terga verterunt, vt partim in equites, partim in armatos inciderint, et interempti ſint. Sabinianus curruum duo, captiuorum plus quam quinque millia cepit, et non parum praedae. Curribus tamen aliquot, quos difficile fuiſſet et operoſum per tot praecipitia et praerupta loca agere, in monte incenſis, Lychnedum reuertitur. Hic Adamantium reperit, qui a colloquio cum Theudericho redierat. Nondum enim Theuderichus, quae in monte a Sabiniano geſta erant, intellexerat. Captiuorum autem nobiliores cuſtodiae tradidit, reliquos militibus cum praeda conceſſit. Et cum non multo ante per ciuitates ad vſum exercitus currus praeparare imperaſſet, vt iſtis eſt potitus, vetuit ciuitates amplius de curribus laborare, quia curruum quoad ſatis erat habebat.

§. 100.

His ita geſtis, ſcribit Adamantius imperatori, vt Theudericho promiſerat, ſermones, quos ſecum habuerat. Scribunt et Sabinianus et Ioannes praefectus [b], res a ſe geſtas, et omnia in maius extollentes ſuadebant pacem cum barbaro minime facere. Spem enim eſſe, vi eum regione depellere, aut, ſi manſerit, delere et conterere.

Haec vbi imperator reſciuit, bellum turpi pace potius ducens miſit, qui legatum redire, neque quicquam rei amplius cum barbaro contrahere iuberet. Sed ex ſe Sabiniano diceret et *Gentoni*, 79.
(is erat vir Gotthus, et mulieri Romanae in Epiro nupſerat, et copias habebat) vt cum omni manu militari, quae ipſis adeſſet, bellum gererent, nec enim ſibi vlla in re cum barbaro conuenire. At Adamantius, conuocatis militibus, eorum fortitudinem laudauit, et vt fortes eſſe pergerent, vt mos patrius ferebat, hortatus eſt. Tum imperatoris mandatum illis legit, et in magnas ſpes eos erexit, imperatorem non permiſſurum, ſuam illis fortitudinem et nauitatem infructuoſam eſſe. —

b) ὁ ὕπαρχος.

79. MALCHVS p. 86.

Imp. Zenone.

§. 101.

a. C. 479-481.

Zenone imperante, Marcianus c) et alii nonnulli ſeditionem mouerunt. Vbi ea res ad Theoderichum Triarii eſt delata, ſibi oblatam occaſionem vrbis inuadendae exiſtimans, magnam barbarorum manum in imperatoris gratiam coegit d), tanquam propoſitum illi eſſet, imperatorem et vrbem a periculo vindicare et liberare. Sed manifeſtum erat omnibus, qua de cauſa accurreret.

§. 102.

Itaque imperator, vbi hoc audiuit, ad eum cum litteris regiis equitem mittit, animum et voluntatem erga ſe laudat, et iubet eum abire, tanquam illo ſibi nihil opus eſſet. Ciuitatem enim, vix a tanto aeſtu liberatam, ſi in aliam perturbationem et ſuſpicionem coniicerent, vulgus ad turbandum procliue longe pernicioſiorem et maiorem priore excitaret ſeditionem.

Ille vero reſpondit, 'ſe imperatori obſecuturum, neque tamen poſſe exercitum a ſe collectum, aut eius partem, reducere, niſi pauliſper eum reficeret e). Etenim in ea erat opinione, vt exiſtimaret, neminem, qui reſiſteret pro moenibus, quae nullo propugnaculo aut turre munita erant, ſibi occurſurum, et ſibi in vrbem ingredienti omnem popularem turbam adhaeſuram, propter odium, quo Iſauros proſequebatur. Quae etiam Zeno veritus, mittit Pelagium cum multis pecuniis, quas partim Theudericho, partim Gotthis in vniuerſum erogaret, et alia non parua munera ſe daturum ſponderet.

§. 103.

Itaque vt Pelagius venit, partim promiſſis, partim minis, partim ingentibus pecuniis numeratis, hoc hominum genus natura ſuarum,

c) Hanc Marciani rebellionem ad annum 5. Zenonis a. M. 5971. a. C. 471. refert Theophanes p. 108.

d) Θευδεριχος — ὑπολαβων καιρον νυν αυτῳ παρεϛαναι τῃ πολει ἐπιθεσθαι και τῳ βασιλει αὐτῳ, παν ἐυθυς ἀναϛησας το βαρβαρικον ἡκε.

e) Ὁ δε αὐτος μεν ἐφη τῳ βασιλει πειθεσθαι το δε πληθος ὀυκ ἐτι δυνασθαι ἀναϛρεφειν, τοσȣτόν τε συλλεγεν, και μερος τι ὀυ βραχυ ἀναπαυσων.

suarum; eorum moribus obſecutus, a propoſito reuocauit et emiſit *f*). Ex quo exiſtimatus eſt, non paruò metu ciuitatem leuaſſe. Nam, Theudericho in ciuitatem introducto, nihil aliud quam bellum inteſtinum expectare oportebat. Statutum enim apud animum ſuum Iſauri habebant, niſi vi cogerentur, haudquaquam vrbe cedere. Itaque contos praegrandes praeparauerant, quibus in faſtigio linum cum ſulphure alligauerant, et, ſi ſibi vis inferretur, multorum auxilio, quos ſibi conſociauerant, vrbem *g*) incendio cremare conſtituerant. Et ita Theuderichus diſceſſit *h*).

§. 104.

QVANTVM ad Procopium *i*) et Buſalbum, ſaepius miſit, qui eos a Theudericho peterent, vt in hoc ſuam erga ſe beneuolentiam et obſequium declararet. Sed reſpondit, ſe quidem in omnibus dicto audientem fore imperatori; tamen nefas eſſe Gotthis, ſicut et caeteris mortalibus, ſupplices et eos, qui ſalutem deprecantur, his, qui eos comprehendere et vitam eripere volunt, prodere. Eos igitur vt omitteret rogabat, praeſertim cum nulli, niſi quod viuerent, moleſti eſſent futuri: et illi quidem apud Theuderichum, quod reliquum vitae fuit, modicum terrae colentes, transegerunt. 80.

f) Τα δε και τοις χρημασιν, ουκ ολιγοις τε ουσι, το φυσει φιλαργυρον τε τροπε μετελθων, διαπεμπει.

g) ανασαν — την πολιν.

h) Valeſius ad h. l. p. 212. „Contigit id Placido ſolo coſ. [a. „C. 481.] quemadmodum teſtatur „Marcellinus in chronico. „ *Theodoricus Triarii filius Rex Gothorum adſcitis ſuis vsque ad Anaplum quarto vrbis milliario aduenit: nulli tamen Romanorum noxius, continuo reuerſus eſt.* „ Venerat autem „Theodoricus vsque ad Anaplum, „audita ſeditione Marciani &c. Porro „hanc ſeditionem Marciani et Pro„copii, qui Anthemii Aug filii erant, „luculente deſcribit Candidus Iſaurus „in Bibl. Photii et Euagrius in lib. 3. „ [illegible] MALCHVS p. [illegible]

i) De hoc Candidus Iſaur. p. 10. 20. *Ciuile Zenoni bellum fuit atque inteſtinum, inſurg[illegible]bus Marciano et Procopio, filiis eius, qui Romae imperauerat Anthemii. Quos cum Illus Zenonis auſpiciis deuiciſſet, Marcianus quidem natu grandior ordinatus eſt Preſbyter: Procopius vero ad Theuderichum in Thraciam confugit.*

a. C. 481.

§. 105.

80\. ZENO imperator per legatos ſummum Gotthorum ducem rogauit, vt Heraclium Ducem, qui in hoſtium erat poteſtate [k], ſoluto redemptionis pretio, liberaret. Is pro redemptione pollicitus eſt ſe daturum centum talenta. Ea Zeno iuſſit Heraclio propinqui-
81\. tate coniunctos mutuo dare, ne ab aliis redemptus ſerui loco apud eos eſſet. Miſſae ſunt igitur pecuniae Gotthis Thraciam vsque, quas receperunt, et Heraclium e cuſtodia liberum abire ſiuerunt. In hunc, cum iter Arcadiopolim tenderet, incurrunt [l]) nonnulli Gotthi, quorum vnus Heraclio vulnus ad humeros inflixit. Quamobrem aliquis ex his, qui cum Heraclio erant, Gotthum percuſſit: Et quid tibi vis ait? Satin tu ſanae mentis es, o homo, neque eum, quem vulneraſti, noſti? At Gotthus, equidem probe noſſe eum, quem male perditurus erat. Et ſimul (Gotthi [m]) enſes ſtringentes, vnus caput, alter manus Heraclio amputauit. Et illi quidem aiunt, ea, quae meruerat, repenſa. Fertur enim quosdam, qui ſub eo ſtipendia faciebant, iudicatos, aliquod facinus, non tamen capite luendum, commiſiſſe, in cauitatem ſubterraneam coniectos lapidibus ab omni exercitu obrui iuſſiſſe. Ex eo Dei iram in eum commotam fuiſſe obſeruatum eſt. etenim in perpetua fuga fuit et errauit, neque vnquam a malis reſpirare illi datum eſt, ne quidem apud quos malorum ſuorum ſe conſolationem reperturum ſperabat.

§. 106.

82\. CVM Zeno imperator praeſentiret, Theuderichum Balameri filium opibus et potentia labi et minui; (contra Theuderichum Triarii delectus ex ſua gente habere, et exercitus, quos magnos comparauerat, alere [n]); inimicitias aequis conditionibus, ſi conuenire vellet, deponere melius eſſe exiſtimauit.

Ita-

80\. MALCHVS 87.

k) τȣ κρατηθεντος παρα των Γοτθων.

81\. Id p. 88.

l) προτρεχȣσι.

m) Supplet interpres.

82\. MALCHVS p. 88.

n) Ο῾ δε τȣ Τριαριȣ ἐθνη τε συναθροιζει, και συςρεφει δυναμεις.

a. C. 481.

Itaque per legatos, quos miſit, petiit, vt filium, conditionibus quas iampridem tulerat [o]), obſidem daret, vt priuatam vitam ageret, et contentus ſuis facultatibus, in quibus maneret, nihil turbarum excitaret. Atque huiusmodi erant eius tunc temporis poſtulata. Ea omnia, quae rapuerat, ſibi haberet, caeterum quieſceret, a nemine mala paſſurus, nemini quoque inferret.

At ille ſe quidem filium obſidem daturum reſpondit, ſed non iam ſibi integrum, priuatam vitam agentem ſolis ſuis opibus caſus ſuos ſuſtentare. Cum enim ſolus, neque tanta multitudine circumſeptus erat, bona quidem, quae tunc poſſidebat, ſi ea diligenti ratione adminiſtraſſet, priuato forte ſuffeciſſent. Nunc quoniam in ea ſe neceſſitate conſtituerunt, vt milites colligeret, ' neceſſe eſt vt vna cum ipſis bellum, quo inde ſe alant, faciat, dum periculum adeat, aut aliis inferat, et finem, qui qualis futurus ſit incertum eſt, res capiat [p]'.

§. 107.

Haec vbi nuntiata ſunt, cenſuit imperator bellum omni cura et diligentia apparandum. Itaque omnes legiones, quae erant in Ponto, et quas ad Aſiam et Orientis partes collocarat, quanta potuit celeritate, euocauit, et vndique breui tempore praeſto fuit non parua multitudo. Comparabantur currus, qui veherent vtenſilia, et boues emebantur, et frumentum, et quaecunque neceſſaria erant alendo exercitui, ea omnia praeparabantur diligenter, tanquam imperator eſſet intra breue tempus copias educturus. Cum exercitus eo petulantiae deueniſſet, vt ſine vllo ordine, ſine certo imperio eſſet, Zeno Martinianum, qui haec corrigeret, ei praepoſuit. 83.

Tum ad Theuderichum Balameri filium [q]) viros mittit, qui dicerent, non iam amplius oportere differre pugnam, ſed tempus eſſe proelio decertare, et expectationem, quam excitaſſet, cum Ducis Romanorum dignitate decoratus fuit, explere.

§. 108.

o) ὡς παλαι πρǒυκαλειτο.

p) ἐκ της ἀναγκης ἐιναι, ἢ τρεφειν τȣς ἐλθοντας, ἢ συν ἀυτοις πολεμειν, ἑως παθων ἢ δρασας ἐν ἀναμφισβητητον τῳ παντι περας ἐξοισειεν.

83. Id. p. 80.

q) παρα Ἰον Βαλαμηρȣ.

Imp. ZENONE.

a. C. 481.

§. 108.

His cognitis, Balameri filius mittit quoque Byzantium legatos, qui dicerent, illum non prius id operis aggreſſurum, quam imperator et ſenatus iuramento fidem dediſſent, nunquam ſe reconciliatum iri cum Triario. Itaque ſenatores et duces ſacramenta dixerunt, nunquam in gratiam cum Triario, niſi imperator voluerit, redituros. Et imperator, ſe nunquam a conuentis receſſurum, niſi prius ea Balamerus eſſet transgreſſus.

His iuramentis praeſtitis, placuit Theuderichum mouere cum omnibus copiis, quas ad Martianopolim in caſtris habebat, vlterius progredi. Vbi ad portas Haemi montis r) perueniſſet, Thraciae ducem cum duobus equitum millibus, et decem millibus grauis armaturae s) occurrere et ſe illi coniungere. Haemo transgreſſo, alias illi copias ab ſeptemtrione et Adrianopoli t) obuiam ire, peditum viginti, equitum ſex millia. Caeterum Heracleae et in aliis ciuitatibus et locis munitis, circa Byzantium, dicebant eſſe alias legiones, et quamplurimos milites in praeſidiis, qui, ſi opus foret, ſubſidio venirent. Itaque res gerere maturarent, et ſperarent, nihil illis, quod ad res commode adminiſtrandas faceret, defuturum. Haec Zeno promittens legatis, ſtatim eos dimiſit.

§. 109.

Itaque Theuderichus mouens, cum ſuo exercitu, vt conuenerat, ad portas Haemi montis venit. Cum illuc acceſſiſſet, neque dux Thraciae obuius fuit, neque hi, qui a ſeptemtrione v) venturi dicebantur. Interea percurrens deſerta x), quae in medio erant, ad loca circa Sondin y) peruenit. Eſt autem Sondis mons altus et prae-

r) Valeſius ad h. l. p. 212. „Sucorum, inquit, anguſtias intelligit, „quas deſcribit Ammianus Marcelli„nus, vbi vide quae annotaui,„

s) ὁπλίταις.

t) προς τῳ Ἑυρῳ και Αδριανȣπολει.

v) προς Ἰῳ ἐυρῳ Valeſius: „ſcribendum eſt Εβρῳ i. e. ad He„brum flumen.„

x) δι' ἐρημιας. Scribendum videtur Valeſio, δι' ἠρεμιας.

y) ἐις τȣς περι Σονδιν πα„ραγινεται χωρȣς. Valeſius p. 212.„ ſcribendum, inquit, puto περι „Σȣκιν. Σουκος enim procul dubio „intelligit Malchus. Philoſtorgius „Σȣκεις appellat.

praeruptus, qui aſcendi minime poteſt, ſi quis ſit, qui ex alto impediat.

In eo Triarius caſtra poſuerat. Illic leuibus proeliis inter ſe, cum pabulatum ibant, congredientes z), armenta, equos et aliam praedam mutuo ſibi eripiebant.

§. 110.

Sed Triarius crebro obequitans circa caſtra Balameri, contumelioſe eum appellabat, et multa conuicia illi faciebat, periurum eum vocans, puerum, dementem, et ſui generis hoſtem et proditorem, qui Romanorum mentem non noſſet, neque, quo tenderent eorum conſilia, videret: etenim volunt ſedentes et otioſi efficere, vt Gotthi per Gotthos deleantur et conficiantur, quo ſine vllo labore, vtri noſtrum ceciderimus, victores exiſtant. Quicumque noſtrum alios oppreſſerint, hanc ſolam victoriam, vt paucis verbis dicam, ex ſua victoria reportant, vt nos viribus attritos Romanorum aggreſſioni obiiciant. Nunc, poſtquam te acceſſierunt, et iuſſerunt conuenire, vt cum tuo et eorum exercitu communiter bellum gereretis, neque quisquam hic adfuit, neque ad vrbes, ſicuti dixerant, occurrerunt, teque ſolum, vt male perires, et poenas temeritatis tuae his, quos prodidiſti, dares, reliquerunt. 84.

§. 111.

Haec vbi audierunt, plures ex multitudine, quae cum Theudericho erat, ea quae dicta erant aequi bonique conſuluerunt, et aduerſus ſuum ducem inſurgentes dixerunt, merito illi conuicia dicere, nec oportere diutius in mutuam perniciem armatos pergere, et nulla habita cognationis ratione, ſe ad eorum cauſam, qui ipſos proderent, adiungere.

§. 112.

Poſtridie iterum aſcendens Theuderichus quendam ceſpitem terrae, ad Balameri exercitum clamabat. „Cur, peſſime, meos cognatos

z) κἀντεῦθεν προβάλλοντες ἐξ ἐφόδων ἀλλήλοις.

84. MALCHVS: p. 90.

gnatos perditum iſti? cur tot mulieres viduas effeciſti? vbinam locorum ſunt eorum viri? quomodo conſumptae ſunt facultates, quas omnes habuerunt, cum domo ad militandum ſub te profecti ſunt? Vnusquisque eorum duos aut tres equos habebat, nunc equis deſtituti pedes incedunt, et te per Thraciam, mancipiorum inſtar, ſequuntur, quamuis liberi ſint, neque deteriore genere quam tu; et venerint, vt aurum modio admetiantur,„ a).

Haec vbi exercitus [Balameri] audiuit, tam viri, quam mulieres eum adierunt, et cum tumultu et vociferatione orauerunt, vt paci ſtuderet. Sin minus, ſe, quod ſibi vtile erit, amplexuros, et eum deſerturos.

§. 113.

Ob eam cauſam mittit ad Theuderichum legatos, et ambo conuenerunt, ad neſcio quem fluuium, ab vtraque ripa. Deinde medio interiecto flumine collocuti conuentiones faciunt, ſe, quoad vtile ſibi videbitur, minime bellum inter ſe geſturos. Haec vbi vterque iurauit, mittunt legatos Byzantium b).

85. Balamerus imperatorem accuſabat, quod ſe prodiderat, et quia nihil fidei ineſſe his, quae promiſerat, repererat, id cauſae fuiſſe, vt cum Theuderico conueniret. Petere, regionem ſibi, in qua commoretur, dari, et frumentum ſuppeditari, quod alendo exercitui vsque ad meſſem ſatis eſſet. 'Vt etiam redituum imperii coactores,

a) *ἢ μεδίμνῳ χρυσιῳ ἐλθόντες ἀπομετρήσονται.* In marg. *οἱ μεδίμνῳ χρυσιον ἐλθόντες ἀπεμετρήσαντο.* Cantoclarus p. 197. „Locus, ait, mutilus, neque „eius ſenſus in Lat. verſione a nobis „expreſſus. Scythae enim egentiſſimi, „neque quicquam auri niſi quod „praedis et latrociniis, quae in Ro„manos exercebant, parabant, ha„bebant. Itaque ita verto: qui „veniunt, vt modio aurum admeti„antur, i. e. qui ea ſpe ad te ac„cedunt, vt per bella tuo ductu „tantum auri ſibi comparent, vt illud „modio admetiri poſſint.„

b) Reliqua v. §. 116.

85. MALCHVS p. 96. Valeſius p. 212. 213. „Poſt haec verba *legatos* „*Byzantium*, inquit, dubium non „eſt, quin locanda ſint ea, quae ha„bentur p. 95. vt eadem verba vtro„bique demonſtrant. Hoc poſteriori „ſc. loco haec leguntur: *Theuderichus Triarii & Gotthi, et Theuderichus Balameri foedere cauerunt, ne inter ſe bellum gererent, et legatos Byzantium mittunt. Balamerus &c.*

Imp. ZENONE.

actores, quos Romani domeſticos vocant, quamprimum mittat, qui ad rationem eorum, quae receperint, eis neceſſaria ſuppeditent [c]. Ni ea Romani fecerint, in ſua poteſtate non eſſe, tam magnam turbam continere, quin rapinas et praedas agant, ex quibus ſuam inopiam poſſint ſubleuare.

Alter Theuderichus Triarii [d] poſtulabat, omnia ſibi a Leone promiſſa repraeſentari, et praeteritorum annorum ſtipendia accipere: ſuos affines ſuperſtites ſibi reddi: de his qui mortem oppetierunt, Illum et ex Iſauris alios, quorum curae et cuſtodiae commiſſi fuerant, iurare.

§. 114.

Haec vbi Zeno audiuit, Balamero reſponſum dedit, eum eſſe proditorem, qui omnia contra quam promiſerat feciſſet. Qui, cum ſe ſolum bellum geſturum fidem dediſſet, aliunde auxilia ſibi acceriſſet. Et cum Romanorum copias, quae ſuppetias ferrent, acciuiſſet, clam, et illis inſciis, cum Theudericho amicitiam contraxiſſet. Quae cum dux Thraciae, et alii, quicumque a Romanorum partibus ſtabant, viderent, veriti inſidias, neque ad illum accedere, aut ſuas copias eius copiis coniungere auſi ſunt. Nunc, ſi velit cum Theudericho bellum facere, ſe polliceri haec, ſi victoriam reportarit, illi daturum: Auri mille, argenti decem mille libras, et reditum decem millium aureorum numiſmatum, et nuptum illi collocaturum Olybrii filiam, aut aliam ex illuſtrioribus mulieribus ciuitatis.

Haec dicens ad ſe miſſos, tametſi dignitatibus ornati eſſent, aſpernatus eſt, et legatos miſit primum quidem Philoxenum, deinde etiam Iulianum, ſi qua ratione poſſent eum adducere, vt pugnaret cum Triario.

§. 115.

Cum nullo modo perſuaderi poſſe vidit, euocatis militibus bellum ſuſcepit, quos hortatus eſt, vt bono animo eſſent. Se enim com-

c) και τȣς προαγωγεας των λημματων της αρχης, ὁυς δομεςικȣς καλȣσι Ρωμαιοι, ἐκπεμπειν ὡς ταχιςα, λογον διδοντας ὡν ἐλαβον.

d) ταυτα μεν ὁ ἑτερος Θεοδεριχος ἐλεγεν. ὁ μεντοι Τριαριȣ τατε &c.

Imp. ZENONE.

a. C. 481.

communiter cum illis belli pericula, vbi opus fuerit, aditurum. Haec cum milites audiiſſent, imperatorem huic bello intereſſe ſtatuiſſe, ita ſe ad hoc compararunt, vt talem ſe vnusquisque oſten-
86. dere ſtuderet, quem imperator merito ſuo plurimi faceret. Et tam ardentibus animis ad pugnandum profecti ſunt, vt, qui antea militiae vacationem a ducibus pecunia impetrabant, pecunias, quo ſibi in hoſtes exeundi poteſtatem facerent, numerarent. Itaque et exploratores a Theuderícho praemiſſos, viuos ceperunt, et cohortem, quae Balameri cuſtodiam agebat, et, vt longis muris praeſidio eſſet, acceſſerat, opportune depulerunt [e]. Sed non multo tempore res ſteterunt, quin Zeno ad priſtinam naturam rediret, et ad inſitam animi imbecillitatem delaberetur. Ex quo milites indignati, per turbas coeuntes, ſeſe inuicem ignauiae accuſabant, quod arma habentes, et prae manibus geſtantes, tantae mollitiei, quae omnes ciuitates, et omnes Romanorum vires peſſumdabat, obſequi ſuſtinerent. Hunc motum cum Martianus intellexiſſet, ad Zenonem mittit, ſuadens, oportere, quam cito fieri poſſet, exercitum, ne quid nouarum rerum moliretur, ſoluere. Ad quem Zeno remiſit, et iuſſit, vt vnusquisque militum, tanquam cum Theudericho pax eſſet, in hiberna concederet. Itaque caſtra ſoluerunt —.

§. 116.

87. At Zeno, exercitu miſſo facto, mittit ad Theuderichum, vt pacem inter ſe pro arbitratu facerent [f].

Inter haec Balameri filius ſuas copias conuertens circa Rhodopem venit, quas late per fertiliſſima quaeque Thraciae loca extendens, quicquid manu apprehendi potuit rapit. Ibi omne agricolarum genus obtriuit, occidens et deſtruens, quae exportari non poterant.

§. 117.

86. MALCHVS p. 97.

e) της τȣ Μαλαμειρȣ [in marg. Βαλαμειρȣ] φυλακης μοιραν, ἐλθȣσαν ἐπι το μακρον τειχος, ὁι ἐκει φυλαττοντες διαπρεπως ἀπεκρȣσαντο.

87. MALCHVS p. 9c. haec iis quae §. 113. habes, *mittunt legatos Byzantium* immediate ſubiunguntur.

f) την ἐιρηνην συνθεσθαι προς ἀυτον, ὁπως και δυναιντο.

a. C. 481.

§. 117.

Haec vbi Theuderichus audiuit, ſe quidem laetari dixit, Romanorum amicum, et qui ſe eorum filium diceret, haec perpetrare. Se tamen moleſte ferre, quod videret agricolas, qui nihil commeruerant, ob eorum dementiam plecti et poenas dare. Neque Zenonem aut Verinam ne tantillum quidem ſe commouere. 88.

Vt vero legati venerunt, pacem fecerunt: vt tredecim hominum millibus, quos Theuderichus vellet, imperator ſtipendia et commeatus praeberet: duabus ſcholis, quibus imperaret, praefici: omnes ſuas facultates, quas prius habuerat, illi reſtitui: alterum ex duobus exercitibus, qui circa imperatorem ſunt g), accipere, et easdem dignitates, quas ſub Baſiliſco obtinuerat, obtinere: de affinibus Baſiliſci, ſi mortui ſunt, vt Zeno ait, nihil amplius negotii eſt; ſi ſuperſtites ſunt, omnia bona, quae eorum fuerunt, recuperare, et eam ciuitatem, quam Zeno arbitratus fuerit, habitare.

Haec vbi conuenta ſunt, imperator abrogato Balamero magiſtratu, in eius locum ſuffecit Theuderichum Triarii. Et pecunias miſit, quae confeſtim debebant diſtribui Gotthis.

§. 118.

a. C. 481.

a. 4. Zenonis.

Eodem anno h) Theuderichus Triarii filius, qui et Strabus, Aſparis, qui a Leone fuerat occiſus, vxoris ex fratre nepos, col- 89.

88. id. p. 91.

g) την ἑτεϱαν των δυο ϛϱατηγιων των πεϱι βασιλεα.„ i. e. „[inquit Valeſius p. 213.] et Magi„ſter praeſentis militiae fieret, ſiue „equitum ſiue peditum. De Theo„dorico Triarii filio loquitur Mal„chus, quem fere Theodoricum „ſimpliciter appellat; alterum vero „τον Βαλαμηϱε ſolet nominare. „Haec autem geſta videntur Seue„rino et Trocundo coſſ. a. C. 482. „quo anno idem Theodericus Tri„arii F. interiit. Quamquam Mar„cellinus in Chronico mortem il„lius confert in annum praeceden„tem„.

89. THEOPHANES p. 108.

h) v. marg. Marcellini Chronicon Theoderici Triarii F. obitum ad conſulatum Placidi [a. C. 481.] refert. Goar in Nott. ad Theophanem p. 579. „ Ex Euagrii l. 3. „c. 25. translata narratio: nonnihil „ex ea delibat Malchus ſophiſta a„pud Photium p. 78.„

Imp. ZENONE.

a. C. 481.

lecta barbarorum multitudine, aduerſus Zenonem arma mouit. Hic Baſiliſco familiaris et affectus, militiae dux ab eo declaratus, poſt Zenonis reditum Thraciam ingreſſus, inde impreſſionem fecit in Byzantio circumiacentes agros, et ad Ponti fauces obuia quaeque deuaſtauit. At cum de eo prodendo familiares eius meditarentur, ipſe inſidias ſubodoratus, et retro iter agens, inſidiarum authores ſuſtulit e medio. Ipſe vero, dum equum conſcenderet, in haſtam, ante eius tentorium fixam, ex improuiſo incidens extinctus eſt.

CAPVT IV.

Res Gothorum, ab Italia a Theoderico Valameris F. occupta vsque ad ortam Gothos inter et Romanos de Lilybaeo Siciliae promontorio controuerſiam geſtae.

ab a. C. 488 — 534.

§. 119.

a. M. 5977. a. C. 477. a. II. Zenonis.

a. C. 488.

90. Hoc a) anno Theuderichus Valameris filius b), cuius nomen ceu fortis et prudentis, et a bonis litteris non alieni c), tum apud Barbaros, tum apud Romanos celeberrimum (Byzantii enim quandoque fuerat moratus obſes, et optimos quosque praeceptores

90. THEOPHANES p. 112. 113. Anaſt. p. 46.

a) vid. marg. a. M. 5972. a. C. 472. Anaſt.

b) Θευδεριχος ὁ Οὐαλαμερος. Anaſt.

c) *ſed nec rationum inexpertis.*

ceptores frequentauerat, patre nimirum Valamere [d]) poſt Attilae filios in Gotthicam gentem Leonis temporibus imperium exercente [e]) e Thracia Byzantium accerſitus, conſulque renunciatus [f]), et Thraciae praefectura donatus, cum Ioanne Scytha aduerſus Illum a Zenone miſſus eſt. Illo vero Leontioque ſtricta obſidione in Papirio caſtello preſſis, Ioanne, qui bellum vrgeret, relicto, ipſe rediit ad Zenonem: ſubindeque in Thraciam digreſſus, et caſtra metatus, Byzantium occupare molitur: vnde poſtmodum ſola vrbis, vt aiunt, miſeratione motus, remeat in Thraciam: et a Zenone compulſus, in Italiam proficiſcitur: vbi Odoacro ingenti clade profligato, regis inſignia Rauennae tandem induit. Sed et pleroſque alios Barbaros deuicit, [g] et armis tantum aduerſus Vandalos non motis, quietem agere et in multis ſubiectos effecit [g]). Gizericho vero iam vita functo, priusquam ipſe Romam appelleret, vrbe tandem, totoque ſimul occidente potitus eſt [h]).

§. 120.

THEODORICVS, Italia ſubiugata, vt Romae aliquod Reip. extaret veſtigium, praetorianos milites, relicto ſingulis diario, eſſe voluit, 91.

d) *ſolo* addit A.

e) deſunt reliqua apud Anaſtaſium. Goar in Nott. ad Theophanem p. 579. haec habet: „Theodo„ricum Valameris F. praeſente anno „Zenonis II. in Italia regnantem me„morat Chronicon Alexandrinum „[v. §. 121.]. Eius in Italiam expe„ditionem in annum Zenonis 15. „Marcellinus et Marius reiiciunt. „Eiusdem decimo quarto praedandi „libidine pulſum Thraciam armis „infeſtaſſe author eſt idem Marcel„linus. Hoc itaque Zenonis vnde„cimo cum Ioanne Scytha aduerſus „Illum et eiusdem rebellionis ſoci„os expeditum conſentit Petauius l. „13. de Doctr. Temp. Eius educa„tionem &c. Procopius [v. §. 135.] „Iornandes de Regn. ac temp. ſuc„ceſſione, atque iterum de reb. „Get. verſus finem. Tempora „et annos obſeruant Marius, Caſ„ſiodorus et Marcellinus in Chro„nicis.„

f) conſulatus Theodorici mentio fit in Chronico Paſch. p. 326. ind. 7. Olymp. 315. a. 4. a. C. 484.

g) μαλιϛα και τȣς Ουανδηλȣς ὑπηγαγετο, μηδε ὁπλα κατ' αὐτων κινησας.

h) de Alemannis Agathias p. 17. *Hos antea Theodericus Gotthorum rex, cum etiam vniuerſa Italia potiretur, tributarios fecerat, totamque hanc gentem ſubegerat.* Locum integrum v. §. 253.

91. PROCOP. Hiſt. Arcan. c. 26. p. 76.

Imp. ZENONE.

a. C. 488.

voluit; porro autem horum numeroſa fuit manus, cum in his etiam Silentiarii, Domeſtici Scholariique cenſerentur; quibus ſi nihil aliud, militiae ſaltem auctoramentum fuit et annona, vixdum ipſis tamen ad vitam ſatis; quae liberis nepotibusque transmitti Theodoricus indulſit. Pauperibus vero, qui ad Petri Apoſtoli templum ſedes habent, tritici e publico tria millia medimnûm quotannis attribuit.

a. 5993. a. C. 485. Olymp. 316. a. 1.

121.

a. C. 485.

92. INDICT. 8. Symmacho ſolo coſ. ad Theodorichum, qui Romae regnabat, acceſſit femina ſenatorii generis Romana, Iuuenalia nomine, regemque his verbis eſt allocuta: Tertium iam annum cum Formo patricio controuerſiam habeo, fac vt expediar. Rex accerſitis vtriusque partis iudicibus: Niſi, inquit, intra craſtinum diem ſententiam tuleritis, et litigantes dimiſeritis, plectam vos capite. Ii vero biduum inuicem congreſſi, ſententia ex legibus data, vtrumque dimiſerunt. Tum Iuuenalia accenſis cereis regem conuenit, vt gratias ageret, quod a lite eſſet abſoluta. At rex indignatus iudicibus accerſitis: Quare, inquit, quod vno biduo confeciſtis, protraxiſtis in triennium? Et extemplo vtriusque partis iudices ſecuri percuſſit, ex quo ingens in alios ortus eſt terror.

Rex poſtmodum [i] decreto de ſingulis legibus edito, vrbe digreſſus, Rauennam, maritimam ciuitatem, conceſſit, vbi vsque ad vitae exitum habitauit [k]. —

§. 122.

92. CHRONIC. PASCH. p. 327.

i) Du Fresne in Notis ad Chr. Paſch. p. 586." Hoc eſt, inquit, "priusquam Roma excederet, et "Rauennam ſe conferret, vbi vitae "reliquum exegit. Eas leges pro- "mulgauit Edicti titulo, quae edi- "tae habentur in Cod. legum anti- "quarum, et cum Senatoris ſeu "Caſſiodori Epp. Nam aliae ſunt le- "ges Theodoricianae, de quibus "Sauaro et Sirmondus ad Lib. II. "Sidonii. Epiſt. II. Falſum ergo, "quod ait Procopius, nullas edi- "diſſe leges Theodoricum. cfr. §. 204. caeterum haec perperam ad a. C. 485. referuntur, cum a. C. 488. demum in Italiam venerit, neque ante Odoacri caedem i. e. a. C. 493. regis titulum ſumſerit Theodericus.

k) reliqua v. ad §. 140.

§. 122.

Imp. ANASTASIO.

Imp. ANASTASIO.

a. C. 498.

a. 8. Anaſt.

α) Eo tempore [quo Longinus magiſter, ſeditione mota, interfectus eſt] fertur et Theodericus, Africae dux, qui Arianus erat, diaconum quendam, ſibi perquam familiarem, et in ſuam gratiam Arianiſmum amplexum, occidiſſe. Neque enim ſibi fidem ſeruaturum, qui Deo non ſeruaſſet. 93.

a. C. 500.

β) ANASTASIO papa Romano mortuo, populoque per ſeditionem diſſidente, aliis Laurentium quendam, orthodoxis vero Symmachum decernentibus: idem Theodericus, cui Roma tum parebat, in vrbem venit, et concilio indicto, repudiato Laurentio epiſcopatum Romanum Symmacho confirmauit. a. 10. Anaſt.

§. 123.

α) THEOPHANES: *Hoc anno* [octauo imperii Anaſtaſii] *Theuderichus Afer &c.*

β) THEOPHANES: *Hoc anno* [decimo Anaſtaſii] *Feſtus* [mortuo iam Anaſtaſio papa, Romam veniens] *pleriſque pecuniarum vi corruptis, Laurentium quendam, praeter Romanorum iura, promoueri curauit epiſcopum, qui etiam ſacra initiatus eſt ordinatione ab aduerſantium ſibi parte altera. Qui rectiorem tuebantur fidem ab eis diuiſi Symmachum, e diaconorum grege quendam in pontificem conſecrant: vnde deinceps tumultus caedes et rapinas vrbem triennio diuexarunt; donec Theuderichus Afer Roma potitus, licet Arianorum infectus labe, Prouincialem Synodum coegit, et Symmacho in epiſcopum Romanum confirmato, Laurentium Nuceriae praeſulem inſtituit. Laurentius quietis impatiens, et ciens tumultus, a Symmacho dignitate mouetur, mittiturque in exilium: ex quo tempeſtas omnis ſedata.*

93. ZONAR. T. II. p. 55. Cedren. T. II. p. 358. qui de Diacono a Theoderico occiſo eadem omnia refert. Theophan. p. 122. 123. Anaſt. p. 49. 50. cfr. et Anaſtaſ. in Vitt. Pontiff p. 31. 32.

Imp. ANA-
STASIO.

§. 123.

a. C. 504.

a. 14. Anaſt.

94. Gotthorvm, Beſſorum l) et aliarum Thracicarum nationum exercitus orientis duci praefectoque Areobindo Dalagaiphi filio, qui cum poteſtate magna dignitateque conſulatum ordinarium geſſerat, commendatus ab Anaſtaſio imperatore mittitur.

a. M. 6005.
a. C. 505. a.
22. Anaſt.

§. 124.

a. C. 513 m).

95. Vitalianvm Patricioli Foederatorum n) comitis filium, Scythiae, Myſiaeque, caeterarumque regionum incolae ad arma aduerſus impium Anaſtaſium ſumenda concitabant. Is ita prouocatus infinitam prorſus exercituum, qui ſub Anaſtaſio merebantur, multitudinem concidit, et auri copiam immenſam ad elargienda ſtipendia miſſam, arma in ſubſidium, commeatum caeteraque omnia depraedatus eſt. Vno conflictu ſolo ſexaginta quinque hominum millia ex imperatoris exercitu cum Hypatio, Anaſtaſii conſobrinae et Secundini patricii filio eorum duce proſtrauit, viuamque acceptum ſub cuſtodia tenuit.

§. 125.

94. Theophan. p. 125.

l) Goar in Nott. p. 582. „Beſſi ad „Haemum montem et Danubium „populi. Ortelius.„

95. Id p. 134.

m) Goar ad h. l. p. 584. „In „annos, ait, ſequentes haec a Mar„cellino dilata: de quibus Euagrius „L. 3. c. 43. Hoc anno, qui 22. „Anaſtaſii, Vitalianum ſeditionem „mouiſſe Iornandes de Regn. ac „Temp. ſucceſſione lib. confirmat, „bellum illud ciuile per annos ſex „ante imperatoris obitum a Vitaliano „motum teſtatus„.

n) Goar l. c. „Scythae, inquit, „Tranſiſtriani Gotthi appellantur, „teſte Zozimo lib. 4. Aſcita Roma„nis horum auxilia Foederatorum ob„tinuere nomen, ex eodem. Hinc „Iornandes de Reb. Get. Defuncto „Atanarico, cunctus exercitus in ſer„uitio imp. Theodoſii perdurans, „Romano ſe imperio ſubdens, cum „milite velut vnum corpus efficit, „milliaque illa dudum ſub Conſtan„tino principe Foederatorum reno„uata, et ipſi dicti ſunt foederati„. Sed vide adnotata ad §. 36. Sub ſequenti quoque anno Hunnorum et Bulgarorum, Vitaliano adiunctorum, meminit Theophanes, cfr. Bulgarica.

Imp. ANASTASIO.
a. M. 6006.
a. C. 506. a. 23. Anaſt.

§. 125.

a. C. 514.

HORMISDAS Romanus epiſcopus a Theudericho ſollicitatus, et Vitaliano [qui, vt ſynodum, cui Rom. Pontifex et cuncti accederent epiſcopi, conuocaret Anaſtaſius, poſtulauerat] vices redditurus [o], Euodium [p] epiſcopum, et Vitalianum archidiaconum indicto Heracliae concilio, legatos miſit. 96.

§. 126.

a. C. 497-524. [q]

γ) [TRASAMVNDVS Vandalorum rex] coniuge, nec marem vnquam nec feminam enixa, viduatus, vt regnum optime ſtabiliret, miſſa ad Theodoricum Gotthorum regem legatione, ſibi vxorem popoſcit ſororem eius Amalafridam, a recenti viri funere viduam. Sororem ille miſit cum comitatu Gotthorum mille nobilium, qui ſtipatorum munus obirent: hos ſecuta ſunt miniſteria e viris bellicoſis collecta ad quina circiter millia. Vnum item e Siciliae promontoriis (Lilybaeum appellant) ſorori Theodoricus donauit. 97.

γ) THEOPHANES: *Coniuge vero, nulla edita prole, ex hac vita migrante, optimum init conſilium, et ad Theuderichum G. r. in Hiſpaniam — Malaphridam viduam — bis mille — promontoriis, cui Lyſium nomen —.*

96. THEOPHAN. p. 137. Anaſtaſ. p. 54.

o) *A Theodorico Vitaliano fauente.* Anaſt. Combefis in Notis Poſter. in Theophanem p. 642. „ὀχλουμενος ὑπο Θευδεριχου „χαριζομενου [text. χαριζομενος] „Βιταλιανῳ Vat. 1. Peyrez. *Importunius exigente Theudericho, hac ſibi gratia Vitalianum demerente*, vt ſignificet, aegre Rom. „pontificem Hormisdam adduci po„tuiſſe, vt ſynodum generalem ce„lebrari ſineret; idque iure, cum „haereſis adeo in oriente vigeret „ſub haeretico principe, eſſetque „periculum, ne patrum ſuffragiis „non ſatis cautum eſſet„.

p) Anaſt. *Ennodium.*

97. PROCOP. de B. V. p. 197. Theophan. p. 159. Zonar. T. II. p. 64. hic vero nihil habet de Traſamundi ad Theodericum legatione.

q) Sunt anni imperii Traſamundi.

Imp. IVSTINO I.

§. 127.

a. C. 524-531. r)

98. δ) REGNANTE Ilderico — Vandalis ſocietatem et amicitiam renuntiarunt Theodoricus et Gotthi, ideo facti hoſtes, quod Amalafrida in cuſtodiis aſſeruaretur, caeſique ad internecionem Gotthi fuiſſent, impacto illis crimine coniurationis in Vandalos et Ildericum. Minime tamen vltum iuit Theodoricus, ſuas opes intelligens non ſufficere comparandae ingenti claſſi, qua bellum in Africam portaret.

§. 128.

a. 6. Iuſtini. a. C. 524.

99. THEVDERICHVS prauis Arii ſenſibus infectus Romam occupans s), Ioannem papam ad imperatorem Iuſtinum Byzantium proficiſci coegit, et pro Arianis, ne haereſi ſua per vim abducerentur le-

δ) THEOPHANES: *Gelimer - aduerſus Ildericum - tyrannide excitata, rege capto et in carcerem cum vxore Malaphrida coniecto, Gotthos omnes interfecit.*

98. PROCOP. de B. V. p. 199. Theophan. p. 160.

r) Sunt anni imperii Ilderici. cfr. Vandalica.

99. THEOPHAN. p. 145. Anaſtaſ. p. 57.

s) *κρατων της Ρωμης.* Anaſt. *Romam tenens.* Goar p. 588. „In „ſequentem, ait, annum, qui Iuſtini „ſeptimus, et Philoxeni Probique „faſtis conſignatur, Ioannis iter Mar„cellinus diſtrahit, et iſta ſcribit„. *Theodorico rege pro Arrianorum ſuorum ceremoniis reparandis laborante, ſolus duntaxat Romanorum ſibi deceſſorum vrbe digreſſus, CP. venit, miro honore ſuſceptus eſt. Dexter dextrum Eccleſiae inſedit ſolium, diemque Domini noſtri reſurrectionis plena voce Romanis precibus celebrauit.* Haec Anaſtaſius in Vitt. Pontiff. p. 35. ita: *Ioannes pontifex - vocatus eſt a rege Theodorico Rauennam. Quem ipſe rex rogans miſit in legationem Cplim ad Iuſtinum imperatorem orthodoxum, quia eodem tempore Iuſtinus imp. vir religioſus ſummo ardoris amore religionis Chriſtianae voluit haereticos extricare. Nam ſummo feruore Chriſtianitatis hoc conſilio vſus eſt, ut eccleſias Arrianorum catholicas conſecraret. Pro hac cauſa haereticus rex Theodoricus audiens hoc exarſit, et voluit totam Italiam gladio extinguere. Eodem tempore Ioannes papa aegrotus infirmitate cum fletu ambulauit, et ſenatores et exconſules cum eo - qui hoc accipientes in mandatis legationem, vt redderentur eccleſiae haereticis in partibus orientis, quod ſi non omnem*

a. C. 524.

Imp. IVSTINO I.

legatione fungi: quandoquidem ipſe Theuderichus idem aduerſus catholicos Italiae incolas commiſſurum minabatur —.

Imp. IVSTINIANO I.

§. 129.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 532.

Olymp. 327. a. 4.

IND. 10. Lampadio et Oreſte III. coſſ. - Beliſarius patricius magiſter militum cum Gotthorum copiis egreſſus, multos ex illis [factioſis, quorum teſſera erat Nικα] cecidit vsque ad veſperam. 100.

§. 130.

ANTE bellum Italicum Gotthorum imperium ex Gallorum agro ad vsque Daciae fines, vbi ciuitas Sirmium eſt, protendebatur. Sirmium vero vicinamque regionem Gepaedes [t] habebant. 101.

§. 131.

a. C. 533. [v]

QVIDAM erat inter ſubditos Gelimeris Godas, natione Gotthus, animoſus vir, ſtrenuus, et robore ſingulari praeditus, qui rebus domini impenſe ſtudere videbatur. Propterea Gelimer Sardiniam 102.

 ei

Italiam gladio perderet. - cum grandi fletu rogauerunt Iuſtinum Aug. vt legatio acceptabilis eſſet in conſpectu eius. Qui vero papa Ioannes vel ſenatores viri religioſi omnia meruerunt, et liberata eſt Italia a rege Theodorico haeretico.

100. CHRONIC. PASCH. p. 336. 337.

101. PROCOP. in Hiſt. Arcana p. 54. Idem de B. G. L. I. c. 15. p. 351. haec habet: [Supra Venetos -] *Siſcii et Suabi, non illi, qui Francis parent, ſed ab iis diuerſi, interiores terrae tractus obtinent. Vltra hos Carnii ſiti ſunt Norici-que: ad quorum dexteram Dacae et Pannones habitant, ſuisque in vrbibus Singidonum et Sirmium numerant, ad Iſtrum flumium ſuadentes. Illis nationibus Gotthi trans Ionium ſinum belli huius initio imperabant.*

t) De bellis Gotthos inter et Gepaedes ad Sirmium geſtis v. §. 148. 173. de Mundo, Gepaede, a Theoderico Romam euocato vide Gepaed. §. 5.

v) Annus belli Vandalici in Africa geſti.

102. PROCOP. de B. V. L. I. c. 10. p. 203. 204.

a. C. 53¾.

ei commiſerat cum annui tributi onere. Is vero cum infirmioris eſſet animi, quam vt fortunae gratiam, difficili cibo ſimilem, coqueret ac ſalubriter ferret, in tyrannidem incubuit, nec ſolum tributo, ſed ipſa etiam inſula Vandalos ſpoliauit. [Quam eo miſſus a Gelimere Tzazo recepit, Goda ipſo e medio ſublato x).]

§. 132.

a. C. 534.

103. [BELISARIVS poſt Tricamarenſem pugnam] miſſis etiam in Siciliam, qui extructum in Lilybaeo caſtellum eo nomine occuparent, quod ditioni Vandalicae attributum fuiſſet, repulſam tulit; Siciliam omnem ſibi mordicus aſſerentibus Gotthis, illudque caſtellum ad Vandalos pertinere inficiantibus. Quo ille audito, praefectis illius orae in haec verba ſcripſit.

„Nos Lilybaeo, Vandalorum, qui imperatori iam ſeruiunt, caſtello, excluditis, per iniuriam, vobis ipſis obfuturam. Id enim agitis, vt cum rege veſtro, quamuis inuito, et ab iis, quae facitis, alieniſſimo, ſuſcipiat inimicitias magnus imperator, cuius beneuolentiam, labore captatam plurimo, ſibi ille adiunxit. Enimuero quomodo non videatur factum veſtrum a moribus hominum abhorrere; ſi, poſtquam Gelimeri per vos licuit caſtellum tenere nuper, Auguſtum, nunc Gelimeris dominum, ſpoliare ſubditi poſſeſſione velitis? Id quidem a vobis abſit, praeclariſſimi viri: quin hoc potius cogitate, eam eſſe amicitiae naturam, vt peccata multa obſcure ferat. Contra vero inimicitia ne leuiſſimas quidem culpas tolerat; ſed praeterita omnia ſcrutatur, neque hoſtes negligentia praetermittit alieno ditatos. Deinde iniuriam, quam maioribus illatam dicit, armis vlciſci ita aggreditur, vt, ſi Marti alea male ceſſerit, eorum, quae habet, nihil amittat: ſin laetum habuerit exitum; efficit, vt victi praebere ſe faciles aliquando diſcant. Itaque iam nunc abſiſtite vobis iuxta ac nobis officere, nec Gotthis infenſum reddite imperatorem magnum, quem propitium ſemper vobis optamus. Etenim apprime intelligitis, ſi vobis caſtel-

x) Excerpta ſunt, locum integrum exhibeo in Vandalicis.

103. Id. de B. V. L. II. c. 5, p. 247.

caſtellum hoc vendicaueritis, bellum ilicet affore, quo non Lilybaeum modo, ſed quidquid etiam vſurpaſtis ex alieno, repetemus„.

Haec erat literarum ſententia: qua Atalarici matri expoſita, eius mandato, in hunc modum Gotthi reſcripſere.

„Epiſtola tua, praeſtantiſſime Beliſari, admonitionem complectitur, veram illam quidem, ſed in alios quospiam, minime vero in nos Gotthos conuenientem. Nihil enim, quod ad Iuſtinianum Aug. pertineat, vſurpauimus: tanta abſit a nobis inſania. Noſtram autem eſſe contendimus Siciliam totam, cuius e promontoriis vnum eſt Lilybaei caſtellum. Quod ſi Theodoricus ſorori ſuae, regi Vandalorum nuptae, Siculi alicuius emporii copiam fecit, id pro *nihilo* habe, cum apud nos legis authoritate non valeat. Tu vero, magiſter militum, aequum feceris, ſi in animum induxeris, non hoſtiliter, ſed amice tranſigere controuerſiam. In quo illud diſcrimen eſt, quod amici lites arbitrio dirimunt, hoſtes armis. 104
Nos certe huius arbitrum controuerſiae Iuſtinianum Aug. feremus, quod ex aequo et bono iudicauerit, amplexuri. Porro cupimus, vt praecipiti conſilio maturum praeoptes, ſententiamque expectes principis tui„.

Haec a Gotthis reſcripta. At Beliſarius de re tota certiori facto imperatore, nihil mouere ſtatuit, donec eius mandata accepiſſet.

104. Idem ibid. p. 248.

CAPVT

CAPVT V.

Res Gothorum, Italiae dominorum, *Sub* *Theoderico, Atalarico,* Amalaſuntha *et Theodato regibus, vsque ad bellum ipſis a Iuſtiniano I. indictum geſtae.*

ab a. C. 475 - 534.

Imp. ZENONE.

Imp ZENONE.

§. 133.

a. C. 475 - 488. a)

105. VNO tempore Byzantii Zeno, in occidente imperauit [patre Oreſte imperium adminiſtrante] Auguſtulus —. Aliquanto ante Romani *Scirros*, *Alanos* et alias quasdam *gentes Gotthicas* in ſocietatem aſciuerant; ex quo illas ab Alarico Attilaque clades acceperant, quas in ſuperioribus libris deſcripſi. Sed quantum et fortunae et dignitatis addebant militiae Barbarae, tantum Romanae detrahebant, ſubque honeſto foederis nomine ab extraneis tyrannice opprimebantur. Horum certe impudentia eo creuit, vt poſt alia multa ac inuitis expreſſa, demum agros omnes Italiae diuidere inter ſe voluerint, et cum tertiam eorum partem ab Oreſte exigerent, abnuentem eum illico vita ſpoliarint.

§. 134.

Inter ipſos quidam erat Odoacer b) nomine, protector Caeſarianus: qui tunc, ſi illorum opera principatum conſequeretur, ſe voti

105. PROCOP. de B. G. L. I. c. 1. p. 308. praemittit exordii loco p. 307. *Ita quidem in Africa* [bellum ſc. Vandalicum enarrauerat] *proceſſit Romana res: ego vero ad bellum Gotthicum venio, praeuia rerum narratione, quae ante illud Gotthis et Italis contigerunt. Vno* &c.

a) Annus 1. — XI. imperii Zenonis.

b) Cfr. ſupra §. 56.

voti compotes facturum recepit. Qua via arrepta tyrannide, imperatori nihil praeterea mali intulit, viuere priuatum ſinens; tertiaque agrorum parte conceſſa barbaris, eos ſibi deuinxit penitus, ac tyrannidem per annos decem firmauit.

§. 135.

a. C. 488. c)

Svb idem tempus Gotthi, qui imperatoris permiſſu Thraciam incolebant, in Romanos rebellauere, duce Theoderico, qui vir erat patricius et Byzantii ſellam conſularem aſcenderat. At Zeno Aug. rationem optimam e re nata inire callens, Theoderico ſuaſit, vt Italiam peteret, et, cum Odoacro collata manu, ſibi Gotthisque imperium occidentale pararet: cum eſſet conuenientius, praeſertim ſenatori, tyrannum exigere, et Romanis atque Italis praeeſſe omnibus, quam armis cum imperatore contendere, et in tantum venire diſcrimen.

§. 136.

Eo delectatus conſilio Theodericus, in Italiam proficiſcitur. Gotthi ſe comites adiunxerunt d), paruulis feminisque in plauſtra impoſitis cum ſupellectili, quantacunque deferri potuit.

Vbi ventum eſt ad ſinum Ionium, quoniam traiicere non poterant, defecti nauibus; illum circumeundo, per Taulantinorum aliorumque eius accolarum oras progreſſi ſunt. Ipſis factae obuiam Odoacri copiae, et multis fuſae congreſſibus, cum ſuo principe Rauennae ſe commiſerunt, aliisque munitiſſimis locis: quae Gotthi cum obſediſſent, pleraque variis, prout cuiusque ſors tulit, cepere modis: Caeſenam autem caſtellum, Rauenna ſtadiis ccc. diſſitum, nec non Rauennam ipſam, vbi erat Odoacer, in poteſtatem ſuam nec vi, nec deditione redigere valuerunt. — 106.

§. 137.

c) Cfr. §. 119.

d) Quidam tamen eorum in antiquis ſuis ſubſtitere ſedibus, de quibus v. §. 174.

106. Id. ibid. p. 309. in ſelectis ad Illuſtrat. Chron. Paſch. p. 473. haec habentur: *Fauſto et Longino coſſ.* [a. C. 490.] *Theodoricus rex intrauit Italiam.*

Impp. ANASTASIO. IVSTINO I.

§. 137.

a. C. 493-526.

Iam annos tres Theodericus et Gotthi Rauennam circumſederant fruſtra, cum hinc Gotthos obſidionis taedium, inde Odoacri defenſores penuria cibariorum ad hanc perpulit pactionem, cuius
107. conciliator fuit Antiſtes Rauennae; vt in ea vrbe Theodericus atque Odoacer ex aequo viuerent.

Aliquamdiu quidem manſere pacta: poſtea vero Theodericus, detecta, vt perhibent, fraude, quam Odoacer ipſi ſtruebat, eum doloſe ad epulas inuitatum occidit.

§. 138.

Exin barbaris hoſtibus, quicunque ſupererant, ad ſe pellectis, in ſua ditione Gotthos atque Italos habuit [Theodericus]. Ac licet Romani imperatoris nec inſignia, nec nomen vſurpare voluerit, ſed vixerit contentus *regis* [e] appellatione, qua barbari ſupremos principes ſuos donare conſuerunt; tamen ſubditis ita praefuit, vt ipſi nihil defuerit eorum, quae ſunt Auguſtorum moribus conſentanea. Nam et iuſtitiae cultor fuit eximius, et authoritatis legum aſſertor. Prouincias ſuas a vicinis barbaris intactas cuſtodiit, ad apicem prouectus non prudentiae modo, verum etiam fortitudinis. Nulla fere iniuria ſubditos affecit ipſe, neque vlli, qui talia ad-

107. Id ibid. p. 310.

e) Cinnamus L. V. c. 10. p. 127. cum Tzechorum principem regem a Conrado Alemannorum rege nuncupatum dixiſſet; *Sed*, inquit, *vterque viciſſim falſus eſt, et qui appellationem regiam recepit, et alter, qui munus impertiit. Iamdudum enim imperantium nomen* [το της βασιλειας ὀνομα] *Romae extinctum erat, ex quo ab Auguſto, quem et Auguſtulum vocabant —, in Odoacrum et Theodoricum deinceps Gotthorum principem, tyrannum vtrumque, translatus eſt principatus. Regis enim nomine, non imperatoris* [Ρηξ γαρ Θευδεριχος, και ὀυ βασιλευς] *quoad vixit, inſignitus fuit Theodoricus, vt ſcribit Procopius. Ipſa quidem Roma a Theodorici temporibus, et paulo ante, in hunc vsque diem, a caetero imperio diuulſa manſit. Licetque a Beliſario & Narſe, ducibus Rom. ſub Iuſtiniano, recuperata fuerit, Romanoque aſſerta imperio: rurſum tamen in tyrannorum barbarorum ſeruitutem decidit, qui Theodorici primi regis perinde ac tyranni exemplo Reges appellantur.*

admiſiſſet, indulſit; niſi quod partem agrorum, quos Odoacer factioni ſuae conceſſerat, inter ſe Gotthi diuiſerunt. Verbo tyrannus fuit Theodericus; re ipſa verus imperator, eorum nemini poſtponendus, qui ab ortu imperii in illo honoris gradu excelluerunt. Illum Itali iuxta ac Gotthi amabant plurimum, contra humani morem ingenii —.

§. 139.

a. C. 526.

Cum ſuperſtes annos XXXVII. fuiſſet, hoſtibusque omnibus formidabilis; ex vita diſceſſit, magnum ſui deſiderium relinquens ſubditis. Sic autem illius obitus contigit.

Symmachus, eiusque gener Boëtius, nobiliſſimo loco nati, iidemque viri conſulares, in ſenatu eminebant. A philoſophia nemo illis erat inſtructior, nemo ſtudioſior aequitatis. Accedebat benignitas, qua inopiam cum ciuium, tum peregrinorum leuabant. Hinc magnam adepti gloriam, ſibi inuidiam cumularunt apud homines acerbiſſimos: quorum calumniis inductus Theodericus, ambos ſtudii nouarum rerum inſimulatos morte affecit, eorumque bona publicauit.

Paucis poſt diebus coenanti ipſi, cum piſcis grandioris caput miniſtri appoſuiſſent, viſum eſt id Symmachi caput eſſe, recens obtruncati: quod, dentibus inferiori labro impreſſis, et oculis torue 108.
truculenterque tuentibus, grauiter minitantis haberet ſpeciem. Ingenti prodigio territus, rigensque frigore extra modum, ad cubile properat, complures imponi ſibi lacernas iubet, ac ſub iis tenet ſeſe: deinde expoſita rei ſerie Elpidio medico, commiſſum in Symmachum ac Boëtium ſcelus defleuit. Id lamentatus, et animi dolore preſſus, quem calamitas afferebat, paulo poſt obiit.

In ſubditos haec prima fuit eademque poſtrema eius iniuria; quam fecit, in vtrumque virum ſententiam ferens, cauſa, praeter conſuetudinem, non cognita diligenter.

108. PROCOP. de B. G. L. I. c. I. p. 311.

Impp. IVSTINO I. IVSTINIANO I.

§. 140.

a. C. 526-534.

109. *α*) MORTVO Theoderico, in regnum ſucceſſit eius ex filia nepos *f*) ATALARICVS; qui annos tum octo natus, et orbus patre, ab Amalaſuntha matre educabatur: nec multo poſt Byzantii Iuſtinianus imperium ſuſcepit. Adminiſtrabat regnum Amalaſuntha, quippe quae filii tutelam gereret, prudentia pollens, aequi ſeruantiſſima, ac virilem ſupra modum animum oſtendens. Quamdiu rem tractauit publicam, nec poena corporis, nec mulcta Romanorum quemquam mulctauit: iniquam nocendi ipſis cupidinem, qua ardebant Gotthi, repreſſit: Symmachi ac Boëtii liberos in paterna bona reſtituit.

§. 141.

Filium autem ad Romanorum principum vitam et mores inſtitui voluit, adegitque ludum literarium frequentare. Eundem ad tres viros applicuit, e ſenibus Gotthis delectos, quos omnium intelligentiſſimos ac moderatiſſimos nouerat.

Haec

α) CHRONICON PASCHALE p. 327. *Poſt Theodorichi mortem ex illius ſtirpe Romae regnauit Atallarichus. Fuit autem ille ex haereſi Ariana. i. e. Exocionita* *g*).

f) Pater Atalarici fuit Euthericus, cuius, conſulatum vna cum Iuſtino Aug. indict. 12. gerentis, mentio fit in Chronico Paſch. p. 331. ad quem locum Du Freſne p. 590. haec adnotat: „Euthericus Cillica conſul in „occidente vocatur a Senatore, Ama„laſunthae Gothorum in Italia re„ginae coniux, Atalarici regis pa„ter. Adde eundem Senator. L. VIII. „Variar. 1. Iornand. in Getic. c. LIX. „Epiſtolam Ioannis Patr. Cpl. ad „Papam Hormisdam, Anonymum „Valeſianum &c. Perperam Euthe„rium hic habent Marius Auentic. „et Victorius. vid Epp. Hormisdae „Papae p. 1487. 1495. ſeqq. edit. Lab„bei, in quibus ſolus Euthoricus coſ. „ſcribitur, vtpote in occidente ſcri„ptis„.

109. PROCOP. de B. G. L. I. c. 2. p. 311.

g) Alemannus in Notis ad Procopii Hiſt. Arc. p. 130. inter alia, „Iuſtinianus, ait, lege aduerſus omnes „Arianos lata, immunes tamen He„xacionitas Arianos pronuntiauit. „[Theophan. p. 150.] Hi nempe no„biliſſimi Arianorum erant, in quo„rum collegium adſcribi Gotthorum „reges Italici conſueuerant. Quare „Autor chronici Alexandrini ad an„num Zenonis XI. Theodoricum He„xacionitam vocat, quem locum „eruditus interpres Matthaeus Ra„derus parum intellexit„.

Impp. Iv- STINO I. IVSTINIANO I.

a. C. 526-534.

Haec Gotthis minime placebant, more magis barbaro gubernari volentibus ab Atalarico, quo licentius iniurias imponerent ſubditis.

Aliquando mater, cum in cubiculo peccantem aliquid deprehendiſſet, colaphum illi infregit: is vero flens ſe inde proripuit in andronitidem. Tum Gotthi, in quos incidit, excandeſcere, in Amalaſuntham conuicia iacere, et affirmare, eo ſpectare eius conſilia, vt morte quamprimum deleret filium, et alteri viro nupta, cum eo Gotthis atque Italis imperaret. 110.

Subinde collecti ſpectatiſſimi quique Amalaſuntham adeunt, et queruntur, nec honeſte regem, nec commode ſibi educari: literas a fortitudine longe eſſe disiunctas, traditamque a ſenibus inſtitutionem in timiditatem et animi humilitatem plerumque verti: itaque oportere, vt in re bellica futurus animoſus gloriaque inſignis, amoto doctorum metu, armis exerceatur. Theodericum allegant, nunquam paſſum Gotthorum liberos ad ludi magiſtros mitti; cum diceret omnibus, eos nunquam haſtam aut gladium deſpecturos mente intrepida, ſi ſcuticam tremuiſſent. Subiiciunt, debere ipſam reputare cum animo, ereptum ſibi fato Theodericum, poſtquam tot potitus prouinciis, regnumque alienum adeptus eſſet; quamuis literas ne tantillum quidem auribus admiſiſſet. Ergo, inquiunt, hos, Domina, paedagogos in praeſens valere iube, et Atalarico conuictores aliquot aequales adhibe, qui aetate cum ipſo florentes, ad generoſe et more barbaro regnandum impellant.

Quae cum audiſſet Amalaſuntha, etſi parum probabat, tamen verita, ne quid barbari mouerent, ſibi, quae dixiſſet, grata accidere ſimulauit, et quidquid poſtulabant conceſſit. Amotis ab Atalarici latere ſenibus, aggregantur in ipſius conuictum pueri nondum puberes, nec longe aetate eum praecurrentes.

§. 142.

Simul vt pubertatem attigit, eorum impulſu praeceps in temulentiam et foeminarum concubitus, euaſit inſigniter nequam, atque in matrem cum tanta vecordia contumax, vt de illa nil laboraret;

110. PROCOP. de B. G. L. I. c. 2. p. 312.

Impp. IVSTINO I. IVSTINIANO I.

a. C. 526-534.

boraret; quamuis iam barbari in eam aperte conſpirarent, et regia faceſſere impudenter iuberent.

Quam Gotthorum molitionem non extimuit Amalaſuntha, nec muliebriter contraxit animum; ſed regiam adhuc probans authoritatem, e barbaris ſelegit tres nobiliſſimos, et ſeditionis, qua petebatur, authores praecipuos; eosque, per cauſam tuendi fines ab hoſtium irruptione, in extremam amandauit Italiam, non ſimul, ſed ita, vt longiſſime inter ſe abeſſent. Nihilo hi tamen minus, amicorum et propinquorum ope, conſilia communicabant, viae longinquitatem vincente internuntiorum omnium ſtudio; et Amalaſunthae perniciem parabant.

Imp. IVSTINIANO I.

§. 143.

III. Rem illa non valens ferre diutius, rationem hanc ſecum iniit. Byzantium miſit, rogatum Iuſtinianum imperatorem, velletne ſui adeundi poteſtatem facere Theoderici filiae Amalaſunthae, conſtitutum habenti quamprimum cedere ex Italia? Quo nuntio laetus imperator, foeminam ad ſe inuitat, et Epidamni domum pulcherrimam parari iubet, vt, poſtquam Amalaſuntha venerit, in ea diuerſetur, et inibi morata, quamdiu collibitum fuerit, Byzantium petat.

Certior de his facta Amalaſuntha, delectis inter Gotthos viris ſtrenuis, ſibique addictiſſimis, trium illorum caedem demandat, quos authores fuiſſe praecipuos excitati in eam motus proxime dixi. Tum, praeter alias opes, quadraginta millibus auri pondo in nauem impoſitis cum quibusdam e numero fidiſſimorum, his, vt Epidamnum nauigent, imperat: eo cum peruenerint, ad portum quidem applicent; eorum vero, quae naui commiſſa ſint, nihil exponant, donec ipſa, quid fieri velit, mandarit.

§. 144.

Ideo haec agebat, vt, ſi tres illos de medio ſublatos reſciret, non moueret ſe loco, et nauim reuocaret, ſecura iam ab inimicis: ſin cuiquam illorum vita ſupereſſet, ſibique adeo nihil bonae eſſet reliquum ſpei; celeri nauigatione in Caeſareae ditionis oras cum

III. Idem ibid. p. 313.

cum auro ſeſe reciperet, euaderetque. Hoc Amalaſuntha conſilio nauem Epidamnum miſit: qua ad portum illius vrbis appulſa, paruere mandatis qui pecuniam ſeruabant.

Paulo poſt Amalaſuntha, peractis ex animi ſententia caedibus, quas imperauerat, nauim reuocauit, et Rauennae manens, ſceptrum manu validiſſima tenuit.

§. 145.

INTER Gotthos quidam erat, nomine THEODATVS, filius *Amalafridae* b) ſororis Theoderici, prouecta iam aetate homo, ac Latinis quidem literis et philoſophia Platonis imbutus, ſed rei bellicae plane rudis, ſumme ignauus, et auaritiae deditus extra modum. Hic agrorum Tuſciae partem maximam cum poſſideret, e reliquis exturbare dominos enitebatur, genus quoddam infelicitatis eſſe dicens, habere vicinos. 112.

§. 146.

Quam hominis cupiditatem omni ſtudio reprimebat Amalaſuntha: ideoque hanc ille inexpiabili odio proſequebatur, victusque impatientia, Tuſciam in Iuſtiniani Aug. poteſtatem tradere cogitabat, vt ab eo multa auctus pecunia, et in ſenatum allectus, deinceps Byzantii vitam ageret.

Cum id Theodato deliberatum eſſet, legati ad Romanum pontificem venerunt Hypatius Epheſiorum antiſtes, ac Demetrius Philippenſium, qui ſunt in Macedonia, vt de religionis dogmate agerent, in quo dubiis ſententiis inter ſe Chriſtiani diſſentiunt. — Theodatus cum legatis illis clam collocutus, quae dicebam modo, ipſis plane expoſuit, iniunxitque, vt initum a ſe conſilium Iuſtiniano Aug. enuntiarent.

§. 147.

Hoc interim ſpatio Atalaricus, cum in crapulam effuſe ſe immerſiſſet, tabe confici coepit. Hinc

112. PROCOP. de B. G. L. I. c. 3. p. 313, 314.

b) Soror Theodati huius fuit *Ameloberga*, Hermenefrido Thoringorum regi nupta, vide §. 60. Haec, teſte Procopio L. I. de B. G. c. 13. p. 344. marito ſuo Hermenefrido poſt Theoderici obitum a Francis occiſo, cum liberis elapſa, ad fratrem ſuum Theodatum, tunc temporis Gotthorum regem, ſe recepit.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 526-534.

Hinc animi pendens Amalaſuntha, quod nec filii, adeo abſurdi, voluntate fidere poſſet, nec, ſi moreretur Atalaricus, ſuam in tuto vitam poſtea fore exiſtimaret, Gotthorum optimatibus iam offenſis; vt ſaluti ſuae conſuleret, ſtatuit Gotthorum Italorumque regnum in Iuſtiniani Aug. ditionem transferre.

§. 148.

In Italiam ſe contulerat Alexander ſenator, cum Demetrio et Hypatio profectus, Nam vbi nauigium, quod Amalaſuntha praemiſerat, applicitum ſtare in portu Epidamni, ipſam autem, multo licet elapſo tempore, moram facere imperator audiſſet, Alexandrum deſtinauerat, re quidem ipſa, vt de Amalaſunthae rebus ab
113. eo penitus inſpectis certior fieret; in ſpeciem vero legationem ipſi dederat, ſe commotum repulſa ſignificans ad Lilybaeum accepta, de qua dixi in ſuperiore libro: tum quod Hunnos decem, ab exercitu Africae dilapſos fuga, atque in Campaniam delatos, *Vliaris*, Neapoli cuſtos appoſitus, accepiſſet, non inuita Amalaſuntha: et Gotthi, dum ad Sirmium cum Gepaedibus bellum gererent, vrbem Gratianam, in finibus Illyrici ſitam, hoſtiliter vexaſſent.

§. 149.

Amalaſunthae haec per litteras obiiciens imperator, Alexandrum miſerat; qui poſtquam peruenit Romam, ibi praeſules de rebus, quarum cauſa venerant, agentes reliquit; et Rauennam profectus, admiſſusque ad conſpectum Amalaſunthae, clam quidem arcana retulit imperatoris verba; palam vero eiusdem literas reddidit, in hanc ſententiam ſcriptas.

„Libybaei caſtellum, quod noſtrum eſt, iniuſta vi captum retines; necdum placuit remittere barbaros, quos a me transfugas accepiſti: per ſummam quoque iniuriam damna grauiſſima intuliſti Gratianae meae. Quo tandem haec eruptura ſint, tuum eſt cogitare „.

Cum has literas Amalaſuntha ſibi datas legiſſet, his verbis reſcripſit.

„Ma-

113. Id. ibid. p. 315.

a. C. 526-534.

„Magnum et forti animo praeditum imperatorem magis decet puero orbo; et quid agatur ignaro, opitulari, quam ſine cauſa indicere inimicitias. Ex iniquo enim congreſſu ne victoriam quidem honeſtam refert. Scilicet Lilybaeum, et fugitiuos decem, et quod in vrbem amicam milites noſtri, dum hoſtes ſuos peterent, peccarunt per ignorantiam, minaciter Atalarico commemoras. Abſint procul, abſint haec a te, imperator: quin potius fac memineris, nos tuae aduerſus Vandalos expeditioni *i*) non modo non obſtitiſſe, ſed tendentibus in hoſtem copiis lubentiſſime dediſſe iter, copiamque emendi annonam, et cum alia, tum equos tanto numero ſuppeditaſſe, vt hoſtem nulla re magis, quam eorum opera debellaueris. Socii demum et amici nomen meretur, non ille tantum, qui arma cum vicino conſociat, verum etiam qui quaelibet ad bellum quoduis neceſſaria palam ſubminiſtrat. Id etiam reputa, tunc temporis claſſem tuam nec alio, quam in Siciliam, recipere ſe e pelago, nec absque rebus ibi co mtis tenere curſum in Africam potuiſſe. Quare victoriae ſummam aſcribere nobis debes: ſiquidem, qui negotii tollit obices, dignus eſt, qui ſucceſſus gloriam ac praemium ferat. Quid autem homini dulcius, quam potiri hoſtium, o imperator? Nos tamen, iacturam haud mediocrem paſſos, quippe ſpoliorum expertes contra quam lex 114. belli iubet, nunc etiam Lilybaeo, in ditione Gotthica iampridem poſito, ſpoliare vis, vno videlicet ſcopulo, o imperator, nullius fere

i) Procop. de B. V. L. I. c. 14. p. 211. *Vix Beliſarius in inſulam* [Siciliam] *exſcenſum fecerat, cum Procopium conſiliarium ſuum deſtinat Syracuſas* [de variis rebus percontaturum] *per ſpeciem emendi cibaria, volentibus Gotthis fori copiam facere, ex pacto inito, inter Iuſtinianum Aug. et Amalaſuntham matrem Atalarici, vt in hiſtoria belli Gotthici ſcripſi, tunc puer, ſub tutela matris Gotthorum Italiaeque rex erat. Etenim mortuo Theodorico, cum ad eius nepotem Atalaricum, iam ante patre orbatum, regnum deuolutum eſſet, Amalaſuntha puero pariter ac regno timens, amicitiam cum Iuſtiniano optime iunctam omni fouebat obſequio, idque temporis annonae mercatum promiſerat exercitui: nec fidem fefellit.* Similia Theophanes p. 162.

114. PROCOP. de B. G. L. I. c. 3. p. 316.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 526-534.

fere pretii digno; qui ſi in tuo prius imperio fuiſſet, eo ſaltem Atalaricum, tibi in rebus maxime neceſſariis auxiliatum, remunerari debueras,,.

Imperatori his palam ſcriptis, Amalaſuntha clam recepit, tradituram ſe illi vniuerſam Italiam.

§. 150.

Reuerſi Byzantium legati, Iuſtiniano Aug. cuncta renuntiant, Alexander quidem Amalaſunthae conſilia, Demetrius vero atque Hypatius quaecunque acceperant ex ore Theodati, et nullo hunc negotio perficere promiſſa poſſe, quod in Tuſcia polleret plurimum, et partem magnam eius prouinciae poſſideret. His laetus admodum imperator, extemplo in Italiam Petrum deſtinat. Erat is natione Illyricus, patria Theſſalonicenſis, Aduocatus Byzantii, prudentia vir ſingulari, commodis moribus et perſuadendi vi praeditus.

§. 151.

115. Haec ibi dum aguntur, interea Tuſci complures de vi in omnes prouinciae ſuae incolas apud Amalaſuntham accuſant Theodatum, ex mera libidine cum in alios quoſuis, tum in domus regiae fundos, quos Patrimonium vocitant, inuolantem. Quamobrem illa accitum ad rationem reddendam Theodatum, et ab accuſatoribus manifeſte conuictum, quaecunque malis artibus eripuerat, reſtituere coegit, ac tum demum remiſit. Inde cum in ſummam offenſionem hominis incurriſſet, deinceps inter ambos interceſſit diſcordia, illum auaritia conficiente, quod nec peccare licentius, nec vi inuadere cupita poſſet.

§. 152.

Sub idem tempus tabe exeſus obiit Atalaricus; cum in regno annos octo vixiſſet.

§. 153.

a. C. 534.

TVNC Amalaſuntha, haud dubie peritura, nulla nec indolis Theodati, nec ſuae in eum recentis ſeueritatis habita ratione, in ani-

115. PROCOP. de B. G. L. I. c. 4. p. 316.

animum induxit, ſe illum plane innoxium experturam, ſi in illum maius aliquod beneficium conferret. Eum igitur acceſſit, ac poſt 116.
ipſius aduentum deliniit, aſſeuerans, ſe antea cognouiſſe, quae eſſet opinio de morte propinqua filii; quippe cum a medicis omnibus praenuntiatam illam audiret, ac videret ipſa Atalarici corpus in dies contabeſcere: quoniam vero perſpiciebat, minus commode apud Gotthos et Italos audire Theodatum, ad quem Theoderici genus redactum eſſet; ſibi id cordi fuiſſe, vt turpi illa exiſtimatione depulſa, ipſi ad regnum vocato nihil obſtaret; praeterea ſe, ex amore aequi ſollicitam, timuiſſe, nequando ab illis circumfuſa, qui ſe iniuria affectos ab eo dicerent, audiret expoſtulantes, adeſſe neminem, ad quem, quae paſſi eſſent, deferrent, ſibique infenſum dominum imperare; itaque ſe ad regnum iam illum inuitare, cum eſſet purus a ſuſpicione, et in famam ſecundam reſtitutus: at ſanctiſſime iurandum eſſe, nomen quidem regiae poteſtatis ad Theodatum tranſiturum, rem vero ipſam, vt prius, in Amalaſuntha manſuram.

Theodatus, his auditis, quidquid placuit Amalaſunthae, iurato promiſit, ſed malo animo ac fraudulenter; quippe memor, vti antea ab ea fuiſſet habitus. Iurauit quoque Amalaſuntha Theodato ex animi ſui ſententia, ac decepta, regem illum conſtituit: qua de re miſſis Byzantium legatis Gotthis, Iuſtinianum Aug. certiorem fecit.

§. 154.

Principatum adeptus Theodatus, cum ſpem Amalaſunthae, tum ſui promiſſi fidem prorſus fefellit. Gotthorum enim, ab illa interfectorum, complexus propinquos, quorum magnus in ea gente et numerus erat et ſplendor; repente quosdam ex Amalaſunthae neceſſariis occidit, adeoque ipſam coniecit in carcerem priusquam legati Byzantium perueniſſent.

Eſt in Tuſcia lacus (Vulſinum appellant), et in eo parua admodum inſula, caſtello munita valido. Clauſam hic Amalaſuntham Theodatus ſeruari iuſſit, ac veritus, quod accidit, ne eo facto

 impe-

116. Id. ibid. p. 317.

imperatorem offenderet, Liberium et Opilionem ſenatores Romanos, aliosque nonnullos miſit k), omni ope deprecari iuſſos illius odium, affirmando, nihil mali Amalaſunthae irrogaſſe Theodatum, quamuis ab ea prius acceptum peſſime. In eamdem ſententiam literas et ipſe rex dedit, et ab Amalaſuntha, vel inuita, expreſſit. Haec ibi ſic ſe habebant.

§. 155.

117. Petrus autem his inſtructus a Iuſtiniano Aug. mandatis, vt clam omnibus conuento Theodato, et iureiurando obſtricta illius fide, eorum, de quibus agerent, nihil foras elatum iri, cum eo factam pactionem de Tuſcia optime ſtabiliret: occulto itidem cum Amalaſuntha colloquio, de omni Italia, prout e re foret vtriusque, tranſigeret: veniebat, legationi praetendens ſpeciem controuerſiae de Lilybaeo aliisque rebus, quarum mentionem proxime feci. Nihildum enim de Atalarici obitu, Theodati principatu, Amalaſunthae caſibus imperator audierat. Ac primum quidem in via Petrus cum legatis Amalaſunthae collocutus, regem creatum Theodatum didicit: dein vero in vrbe Aulone, quae ad ſinum Ionium ſita eſt, cum Liberio et Opilione ſermone habito, quaecunque contigerant, ex ipſis cognouit, ibique ſubſtitit, de re tota admonito imperatore.

§. 156.

117. PROCOP. de B. G. L. I. c. 4. p. 318.

k) Ad hanc legationem reſpicere videntur, quae Conſtantinus L. I. c. 87. p. 230. de Caerim. A. B. narrat, quae ſic habent: *Etiam Liber, patricius et praefectus Galliarum, mittebatur aliquando hanc in vrbem a Theuda, rege Gotthornm, et a ſenatu Romano; quem pius imperator Iuſtinianus coram admiſſum iubebat tam in acceſſu quam in abitu, locum praefecti praetoriorum obtinere, et in omnibus omnino rebus tractari atque excipi modis iisdem, quibus praefecti orientis ſolent excipi.* Reiske in Comment. ad Conſt. Porphyrog. Ceremoniale A. B. p. 122. „De Theuda, ait, rege Gothorum in Hiſpania hic qui cogitarunt, falſi fuerunt, et fefellerunt ipſum me. cfr. „Praef. noſtra p. IV. Theodatum „deſignat Petrus, [Magiſter, in libro „περι πολιτικης καταςασεως, „a Suida citato] qui Atalarico regi „Gotthorum in Italia ſucceſſit, et „eius matrem Amalaſuntham ſuſtulit. — unde patet, hanc legationem „in annum Iuſtiniani VII. exeuntem, „aut VIII. incipientem, i. e. Chriſti 534. aut 535. incidiſſe.

a. C. 534.

§. 156.

Haec vbi Iuſtinianus Aug. accepit, ſecum inita ratione, qua Gotthis ac Theodato perturbationem iniiceret, Amalaſunthae ſcripſit, ſe, quoad poſſet, defenſionem eius ſuſcipere, ac Petro mandauit, ne conſilium hoc teneret abditum; ſed cum Theodato, tum Gotthis omnibus declararet.

Cum autem legati Italiae Byzantium peruenissent, omnes, Opilione excepto, qui in Amalaſuntham nihil deliquiſſe Theodatum conſtantiſſime affirmabat, rem plane, vti ſe habuerat, imperatori narrarunt: inprimis Liberius, vir honeſtis moribus et bonitate praeditus ſingulari, qui veritatem contaminare mendacio neſciebat.

§. 157.

Italiam vero tum Petrus attigit, cum iam inter homines eſſe deſiiſſet Amalaſuntha *l*). Gotthorum enim, quos illa morte affecerat

l) Huius rei idem meminit Procopius in Hiſt. Arc. c. 16. p. 47. *Poſteaquam Amalaſuntha, vt libris ſuperioribus declarauimus, Gotthorum abdicatis rebus, aliud vitae genus quaeſiuit, cogitauitque Byzantium, aequo cum ciuibus iure victura; Theodorae ſtatim occurrit foeminae illius nobile genus, regia dignitas, forma corporis ſingularis, acre et induſtrium ingenium; ob idque non dubitauit, quin ſibi et ab illius virili animi maieſtate, et leuitate coniugis metuendum foret. Nec ſane leuiter hanc patefecit riualitatem, ſed inſidias ac necem reginae molita, viro confeſtim perſuaſit, vt Petrum ad eam legaret in Italiam. Huic ergo Caeſar proficiſcenti, quae opportuno loco narraui, imperat; at Auguſta (cuius metu, verae tunc locus narrationi non fuit) hoc vnum committit, vt Amalaſunthae paret, maturetque necem, magnorum iniecta ſpe bonorum, ſi iuſſis pareat. Ille vel dignitatis, vel diuitiarum ſpe, in Italiam ſtatim transmittit; nam ad nefarias caedes moderate venire mens humana nequit; Theodatum, rationibus mihi quidem obſcuris, in Amalaſunthae caedem impellit. Exinde Petrus ad Magiſtri dignitatem magna quidem potentia, ſed odio omnium euehitur. Atque is fuit Amalaſunthae rerum exitus.* Adnotat ad h. l. Alemanus p. 149. „De „hac caede audire pene mihi videor „ſubmuſſitantem cum Theodora „Theodatum in ep. 20. lib. 10. Var. „Caſſiod.,; *De illa perſona, de qua ad nos aliquid verbo titillante peruenit, hoc ordinatum eſſe cogno-*

cerat, propinqui, Theodatum adierant, eique aſſeuerant, nec ipſum nec ſe viuere ſecuros poſſe, niſi Amalaſuntham de medio quamprimum tollerent. Annuente illo, nulla interpoſita mora delati in inſulam, necem attulerunt Amalaſunthae, et ea re moerorem maximum Italis omnibus ac caeteris Gotthis. Haec enim mulier ſumma animi firmitate, vt paulo ſupra dixi, omnium officia virtutum obibat.

Quocirca Petrus Theodato Gotthisque caeteris aperte denuntiauit, quandoquidem hoc facinus admiſiſſent, imperatori bellum cum ipſis fore inexpiabile. At ſtolide ineptus Theodatus, cum Amalaſunthae interfectoribus plurimum honoris tribueret, Petro et imperatori perſuadere volebat, ſe minime approbante, quin potius inuitiſſimo, Gotthos hoc piaculum perpetraſſe.

ſcite, quod veſtris credimus animis conuenire. Deſiderium enim noſtrum tale eſt, vt interueniente gratia non minus in regno noſtro, quam in veſtro iubeatis imperio. „De quo tamen nihil ſtatuo„.

CAPVT

CAPVT VI.

Initium belli Gothici in Italia, resque primo et ſecundo illius anno, vsque ad obitum Theodati, geſtae.

a. C. 535 — 537.

§. 158.

a. C. 535.

α) Hoc tempore Beliſarium recens de Gelimere Vandalisque reportata victoria commendabat. Imperator vero, ſimul vt de Amalaſunthae caſu factus eſt certior, bellum ſuſcepit, ***annum agens imperii nonum,*** ac Mundo, magiſtro militum per Illyricum, imperauit, vt in Dalmatiam Gotthis ſubditam proficiſceretur, et Salonas tentaret. Erat Mundus [a] genere natus barbaro, ſtudioſiſſimus rerum imperatoris, ac bello egregius. 118.

§. 159.

α) ZONARAS: *Bello Vandalico iam confecto, idem* [Beliſarius] *Romam mittitur ab imperatore, vt eam et totam Italiam, a Gotthis occupatam, ſubigat, quorum dux erat Theudatus. Qui ea re cognita, Agapetum pontificem Romanum, virum admirandum, legatum mittit ad imperatorem.*

118. PROCOP. de B. G. L. I. c. 5. p. 319. Zonar. T. II. p. 66. de Agapeto a Theodato Byzantium miſſo vide etiam Anaſtaſium in Vitis Pontiff. p. 37. Concilii ab Agapeto tunc temporis CP. conuocati meminit ſub a. x. Iuſtiniani I. Cedrenus T. I. p. 371.

a) Huius viri meminit Theophanes p. 185. his verbis: *Hoc anno* [decimo tertio Iuſtiniani I.] *Mundus e Gepedibus ſuum genus trahens, Gieſmi filius, qui poſt patris obitum ad auunculum ex matre Sirmii regem acceſſit, in Romanorum partes tranſiit. Ea cognito Romae rex Theuderichus legatos ad eum miſit; quorum verbis ille ſuaſus ad Theuderichum profectus, cum eo moratus eſt, armorum eius ſocius factus. Theudericho fatis functo, ad Danubium fl. venit, et ab imperatore Iuſtiniano imperii ſubditum ſe deinceps haberi poſtulauit. Quinetiam CP. acceſſit, quem imperator vna cum filio maximis muneribus donatum, et Illyrici magiſtrum militiae renunciatum a ſe dimiſit.* &c. eadem Cedren. T. I. p. 372. et breuiſſime Anaſtaſius. p. 63. cfr. *Gepaedica.*

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 535.

§. 159.

Beliſarium quoque Auguſtus cum claſſe miſit, agentem ſecum quatuor militum millia ex numeris militaribus et foederatis, et Iſauros ter fere mille. - Hunni ſocii ſequebantur bis centum, Mauri trecenti. Summum belli imperium penes Beliſarium erat, habentem in comitatu praetorianos haſtatos, ſcutatosque permultos et inclytos. — Praecepit autem Beliſario imperator, vt ire ſe Carthaginem ſimularet: vbi in Siciliam ventum eſſet, facta per neceſſitatis cauſam exſcenſione, tentaret inſulam, ac, ſi fieri poſſet, nullo negotio occuparet; receptam teneret ita, vt non dimitteret: ſin quid obſtaret, curſum celeraret in Africam, diſſimulato prorſus conſilio.

§. 160.

Tum quoque ad Francorum principes legationem cum his
119. literis miſit: „Quoniam Gotthi non modo Italiam, quam habent, ditioni noſtrae ereptam vi, reſtituere nolunt, ſed iniurias etiam nobis, nec mediocres, nec tolerabiles, impoſuerunt, non laceſſiti; ipſis bellum inferre coacti ſumus. Nobiscum id ſuſcipere vos conuenit, quod commune facit cum germana religio, erroris Ariani expultrix, tum odium, quo aeque vt nos diſſidetis a Gotthis.„

Haec ſcripſit imperator, quibus amplum pecuniae munus addidit, plura pollicitus daturum ſe rem aggreſſis. Illi ſocia arma lubentiſſime promiſerunt.

§. 161.

In Dalmatiam ingreſſus Mundus cum exercitu ſuo, et cum Gotthis, quos obuios habuit, proeliatus, illis acie victis, Salonas cepit. Beliſarius vero appulſa in Siciliam claſſe, potitus eſt Catana: inde mouens Syracuſas deditione, caeterasque vrbes labore nullo recepit [b], praeter Panormum. 'Sed et hanc vrbem, claſſe Romana ad muros admota, Beliſario Gotthi dediderunt'. Ex eo tem-

119. PROCOP. de B. G. L. I. c. 5. p. 320.

b) Horum meminit etiam Procopius de B. V. L. II. c. 14. p. 268. *Per idem tempus* [a. 10. imperii Iuſtiniani] *Beliſarius aduerſus Theodatum et Gotthos a Iuſtiniano Aug. miſſus, cum in Siciliam appuliſſet, eam inſulam nullo negotio recepit* —.

tempore Siciliam vniuerſam vectigalem habuit imperator. 'Beliſarius vero extremo conſulatus ſui, quem poſt victoriam Vandalicam ſuſceperat, die Syracuſas ingreſſus eſt'.

§. 162.

Haec Petrus cum accepiſſet, magis ac magis inſtare et terrorem offerre Theodato non ceſſabat. Ille pauidus, nec minus attonitus, quam ſi cum Gelimere captus etiam ipſe iam teneretur, cum Petro, arbitris omnibus remotis, egit. 120.

Tandem conuenit, vt omni Sicilia Theodatus Iuſtiniano Aug. cederet: ad ipſum quotannis coronam mitteret auream tercentum pondo, ac ter mille bellatores Gotthos, quando collibitum ei eſſet: ne liceret Theodato ſacerdotum quemquam, aut ſenatorum, priuare vita, vel eius bona publicare, niſi de imperatoris ſententia: ſi quos e ſubditis ad patriciatum prouehere, vel in ſenatum legere vellet; id illis ne daret ipſe, verum peteret ab imperatore: in ſpectaculis ac ludis circenſibus, et vbicunque fauſtis populi acclamationibus locus eſt, primum Iuſtiniano Aug. ſemper acclamaretur, deinde Theodato: huic nunquam ſoli ſtatua ex aere aliaue materia poneretur, at vtrique ſemper, et eo quidem ordine, vt, quae exprimeret imperatorem, dexteram, quae Theodatum, ſiniſtram obtineret.

Poſtquam his Theodatus pactis conuentis ſubſcripſit, legatum remiſit.

§. 163.

Paulo poſt inuaſit hominem horror, et in varios timores, qui modum excedebant, ita adduxit, vt de ſtatu mentem eius dimouerit, vel ipſo belli nomine conſternatam; cum illud ſtatim affore intelligeret, ſi ipſius cum Petro compoſitionem imperator non approbaret. Confeſtim igitur Petrum, cum iam apud Albanos eſſet, ad colloquium reuocat, a ſeorſum rogat, num imperatori gratam fore exiſtimet pactionem confectam? Atque illi affirmanti

120. PROCOP. de B. G. L. I. c. 6. p. 321.

manti ſe ita coniicere, Quid vero poſtea fiet, inquit, ſi non placuerit? cui Petrus, Tibi, ait, praeclare vir, gerendum deinceps bellum. Quid? ſubiicit Theodatus, Idne aequum eſt, legate chariſſime? Tum ita Petrus ſuſcipit: Quidni aequum, o bone, vt ingenio quisque ſuo conſentanea ſectetur ſtudia? Hic quaerenti Theo-
121. dato, quid hoc ſibi vellet? reſpondit: Tu quidem vehementer amas philoſophari; Iuſtinianus vero generoſum ſe praebere Romanorum imperatorem. Hoc demum ab illo differt, quod hominibus, praeſertim tot numero, interitum afferre philoſophum minime decet, idque ex diſciplina Platonis: cuius tu cum ſis conſultus, ab omni vtique caede puram agere vitam debes; at illum nihil vetat ſibi armis vendicare prouincias, iure veteri ad ipſius imperium pertinentes.

Hac inductus commonitione Theodatus, ſe Iuſtiniano Aug. ceſſurum regno ſpopondit, et promiſſum iureiurando cum vxore firmauit. At vna Petrum iurare compulit, non prius ipſum haec editurum, quam ab imperatore priorem reiici pactionem videret: cum eo Ruſticum (id viro nomen erat Romano ac ſacerdoti, quo familiariſſime vtebatur) vt de his coram tranſigeret, deſtinauit, et vtrique literas dedit.

§. 164.

Ergo Petrus et Ruſticus, poſtquam aduenere Byzantium, ex praeſcripto Theodati, primum quidem priora pacta imperatori exponunt: deinde vero conditiones repudianti poſteriores literas exhibent, 'quibus, ſe a puero Muſarum amore captum a Martis ſtrepitu hactenus longiſſime abſuiſſe, neque gloria regnandi duci, ideoque, ſi modo praedia habeat, vnde ſibi quotannis auri pondo ſaltim mille et ducenta proueniant, ſtatim Gotthorum Italorumque imperium tradere Iuſtiniano paratum eſſe, ſignificat.

His maxime laetus imperator, laudato eius pacis ſtudio, ſe, quae poſtulet, conceſſurum, ipſumque praeterea ampliſſimis Romanorum magiſtratibus adſcripturum, reſcribit. eoque conſilio nunc quidem Petrum atque Athanaſium mitti, qui omnia rite componant, proximeque ſecuturum, qui ea ad finem perducat, Beliſarium.'

Haec

121. Id ibid. p. 322. 323.

a. C. 535.

Haec vbi ſcripſit imperator, Athanaſium, fratrem Alexandri, legatione apud Atalaricum antea functi, vt dictum eſt, iterumque Petrum cauſidicum, de quo ſupra memini, miſit, cum his mandatis; vt fundos, domui regis addictos, quos Patrimonium vocant, Theodato attribuerent: cum pacta retuliſſent in tabulas, ac iuramentis firmaſſent, Beliſarium accerſerent e Sicilia, quo palatium omnemque Italiam reciperet et cuſtodiret. Ipſi demum Beliſario iniunxit, vt ab illis accitus, maturaret.

§. 165.

DVM haec tractat imperator, et legati, quos dixi, in Italiam 122.
proficiſcuntur: interea Gotthi cum magno exercitu, *Aſinario, Grippa* aliisque ducibus, in Dalmatiam veniunt. Quibus, ad Salonas progreſſis, occurrit cum exigua manu Mauricius, Mundi filius, explorandi gratia, non pugnandi. Nihilominus acri commiſſo certamine, hinc Gotthorum primarii fortiſſimique, illinc Romani fere omnes cum duce Mauricio ceciderunt.

Mundus, accepto nuntio, magnum ex infelici caſu dolorem cepit: mox, ira ardens, aduerſus hoſtem incompoſite properat. Validiſſime confligitur: ac victoria quidem Romanis cedit, ſed Cadmea. Confectis enim plerisque hoſtium, cum caeteri palam fugerent, Mundus caede furens, ac temere inſequens, — a quodam fugientium vulneratus, occubuit.

Tandem hoſtis vrgeri deſitus, et vterque exercitus digreſſus 123.
eſt. — Salonas autem nemo ſe recepit. Nam et Romani, omnino orbati ducibus, rediere domum; et Gotthos, amiſſo exercitus robore, in regionis illius caſtella metus compulit. Neque enim Salonarum muris fidebant, praeſertim cum Romani, vrbis illius incolae, ipſis parum ſtuderent.

§. 166.

Theodatus, his auditis, legatos, qui ad ipſum iam venerant, nullo numero habere coepit, 'et inſtituta quodam die de legatorum iure cum Athanaſio et Petro diſputatione, lectisque Iuſtiniani

122. PROCOP. de B. G. L. I. c. 7. p. 323. 123. Id. ibid. p. 324. 325.

Imp. IVSTI-NIANO I.

a. C. 535.

literis, quibus ille, quae ad Gotthos ex amicitia et pace cum Romanis iuncta redundarent commoda, demonſtrabat', longe auerſus a praeſtanda Auguſto promiſſi fide, legatos ſeuera cuſtodia ſeptos tenuit.

§. 167.

124. Poſtquam haec Iuſtinianus Aug. et quae in Dalmatia contigerant, audiit; Conſtantianum, ſacri ſtabuli comitem, in Illyricum miſit, iuſſitque exercitum cogere, et Salonas tentare pro viribus: Beliſario mandauit, vt in Italiam properaret, et pro hoſtibus haberet Gotthos.

§. 168.

Vbi venit Epidamnum Conſtantianus, aliquamdiu moratus ibi, conflauit exercitum. Interea Gotthi cum aliis copiis, Grippa duce, ingreſſi Dalmatiam, Salonas obtinuerunt. 'Grippas autem Conſtantianum cum claſſe valida inſtructiſſimoque exercitu ad Epidaurum applicuiſſe ex miſſis exploratoribus cognoſcens, ſe Salonis parum fore tutum ratus'; inde cum omnibus copiis quam celerrime egreſſus, in campo, Salonas et vrbem Scardonam interiacente, caſtra metatur.

Profectus Epidauro Conſtantianus vniuerſa cum claſſe nauigat, et ad Liſſam, quae in ſinu ſita eſt, applicat. 'Hic de rebus Grippae accurate edoctus Salonas nauigat, vrbemque recipit.' Grippas autem et Gotthorum exercitus, ſeptimo poſt captas a Romanis Salonas die, inde mouentes Rauennam redierunt. Ita demum Conſtantianus Dalmatiam Liburniamque omnem obtinuit, conciliatis ſibi omnibus Gotthis, illarum partium incolis.

Eo loci erant Dalmatiae res. Pariter *cum hieme primus annus exiit huius belli*, quod literis commiſit Procopius.

§. 169.

a. C. 536.

125. β) BELISARIVS, relicto Syracuſis et Panormi praeſidio, 'traiecit Rhegium, confluentibus ad ipſum vndique indigenis, offenſis

β) ZONARAS: *Beliſarius cum in Italiam traieciſſet, primum Neapolim obſidione capit. Deinde Romae quoque ipſius potitur,*

124. Id. ibid. p. 325. 326.

125. PROCOP. de B. G. L. I. c. 8. p. 326-330. Zonar. T. II. p. 68.

ſenſis Gotthorum, quo tunc premebantur, dominatu.' E Gotthis *Ebrimuth*, gener Theodati, cuius filiam *Theodenantham* vxorem duxerat, cum omni ſuo comitatu ad Beliſarium transfugit, et ſtatim ad imperatorem profectus, praeter honores alios, patricii dignitatem obtinuit.

§. 170.

'Rhegio procedentes, comitante claſſe, Romani', ingreſſi Campaniam, deuenerunt ad vrbem maritimam, Neapolin vocant, munitam admodum, et magno Gotthorum praeſidio inſtructam. Ac naues quidem Beliſarius in portu extra teli iactum haerere iuſſit: ipſe vero prope vrbem metatus, ante omnia caſtellum ſuburbanum deditione cepit.

'Multis fruſtra, vt vrbem deditione caperet, a Beliſario tentatis, cum incolae ſibi a Theodato et Gotthis, ſi res non ex voto ſuccederent, timerent, et Gotthi ſe moenia, tuto ſeruaturos reciperent, Beliſario mandant, inde quamprimum moueat.' At ille in obſidionem incubuit. Tentato ſaepe muro, repulſus eſt, multis amiſſis militibus, iisque generoſiſſimis. —

partim vi, partim beneuolentia ciuium. Nam Gotthorum rex Theudatus Rauennae degebat. Mediolanum item Romani ceperunt. Quae vrbs cum a Gotthis denuo obſideretur, imperator Narſetem Beliſario ſuppetias mittit — Verum inter hos duos parum conueniebat. Nam cum Beliſarius ſummam rerum bene geſtarum ſibi vindicaret, Narſes autem illius auſpiciis militare videri nollet; ſeiuncti diuerſis in locis bellum adminiſtrarunt, eaque cauſa fuit, cur alicubi impegerint. Nam imperatorii milites commeatus inopiam cauſantes, Gotthis Mediolano ceſſerunt, et maius forſitan ex eorum diſſenſione malum eſſet ortum, niſi imperator Narſetem per literas reuocaſſet. Poſt id Beliſarius ſolus rem gerens, omnem Italiam et vrbes eius ſubegit, et barbaris tantum ſui et terrorem et amorem incuſſit, vt et ſuum imperium illi deferrent, orarentque, vt rex ſuus eſſe dignaretur, ſe ſuaque omnia illius fidei permittentes. At ille, vt Caeſarienſis Procopius, qui ſub illo militauit, refert, nunquam ſe commiſſurum eſſe dixit, vt, viuente Iuſtiniano, rex appellaretur.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 536.

§. 171.

126. Obſeſſi, clam hoſtibus, Romam miſerunt, qui promptum a Theodato ſubſidium peterent. Is vero, vt erat natura ignauus — nullum belli apparatum habebat. 'Accedebat, quod exploratis vaticiniis, ſe intellexiſſe putaret, fore', vt Gotthorum gens cladibus ad paucos redigeretur, et paucorum morte ſtaret imperatori victoria. Hinc Theodato ad decertandum cum Beliſario nihil animi fuiſſe ferunt. —

§. 172.

127. At Beliſarius terra marique obſidens aeſtuabat. — Nec parum dolebat, quod ibi tempus conſumeret, reputans, ſe coactum iri, Theodatum et Romam aggredi hyeme. Iamque copiis vt conuaſarent edixerat, inde mox diſceſſurus, 'cum aquaeductu ab Iſauro explorato, per illum armatos in vrben immittit, eamque, portis ab iisdem recluſis, capit Beliſarius', obſidione per dies admodum viginti extracta. Captos ibi Gotthos, minimum octingentos, ſeruauit incolumes Beliſarius, nec minori in honore, quam ſuos milites habuit. —

§. 173.

128. Gotthi vero, qui apud Romam circumiectisque in locis degebant, et vehementer mirati antea fuerant adeo ceſſare Theodatum, vt hoſti appropinquanti offerre ſe et congredi nollet; non leuiter ſuſpicantes, eum Iuſtiniano Aug. Gotthorum res vltro prodere, neque aliud curare, niſi vt in otio, fortunis abundanti, vitam traduceret; vbi nuntius venit, captam eſſe Neapolim, horum omnium culpam in ipſum palam coniicientes, in locum coiere, qui Roma ducentis et octoginta ſtadiis diſtat, et a Romanis Regeta dicitur. —

Congregati apud Regeta Gotthi, ſibi Italisque regem eligunt VITIGIN, virum haud illuſtri quidem loco natum, ſed clariſſimum proeliis ad Sirmium ante editis, cum aduerſus Gepaedas bellum gereret Theodericus.

§. 174.

126. PROCOP. de B. G. L. I. c. 9. p. 330. 331.

127. Id. ibid. p. 331. 332. c. 10. p. 333-337.

128. Id. ibid. c. 11. p. 337.

Imp. IVSTI-
NIANO I.

a. C. 536.

§. 174.

His Theodatus auditis, praecipiti fuga Rauennam petit. Mox Vitigis *Optarin*, natione Gotthum, inſtare iubet, ac Theodatum adducere, ſeu viuum, ſeu mortuum. Erat autem Optaris Theodato hac de cauſa infenſus. Puellae cuiusdam, cum haereditate, tum forma diuitis, nuptias Optaris ambiebat. Inductus pecunia Theodatus, illam, huic ereptam proco, deſpondit alteri. 129.

Quamobrem Optaris, et animo ſuo et Vitigi obſequens, totum ſe ad inſequendum Theodatum lubentiſſime contulit, neque diem neque noctem intermittens, donec illum aſſecutus in via, afflixit humi, ac reſupinum, inſtar victimae, iugulauit. Funeſtum hunc habuit Theodatus exitum et vitae et regni, *hoc tres annos potitus.*

CAPVT VII.

Imperium Vitigis,

Seu

Res a. 2. 3. 4. 5. belli Gothici geſtae.

ab a. C. 536—540.

§. 175.

At Vitigis cum Gotthis, qui aderant, ingreſſus Romam, ac de caſu Theodati certior factus, laetitiam ex eo cepit, illiusque filium *Theodegiſclum* in cuſtodiam dedit. Et quoniam Gotthorum res minus paratas videbat, ſatius eſſe duxit, ante omnia Rauennam contendere, vt omnibus ibi probe ornatis, bellum ſuſciperet. Aduocata igitur concione, ita diſſeruit.

„Coeptis

129. Id. ibid. p. 338.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 536.

„Coeptis ingentibus, commilitones, non vſus praeceps occaſionum, ſed conſiliorum prudentia euentus proſperos afferre ſolet. — Scitis Gotthorum quamplurimos ac fere omnem armorum apparatum in Galliis, Venetiis, et regionibus remotiſſimis eſſe. Praeterea cum Francis non leuius iſto ſuſceptum habemus bellum: quo non bene compoſito, extremae dementiae fuerit, aliud inchoare. — Ego vero ſic ſtatuo, Rauennam recta eundum eſſe, atque vbi cum Francis confecerimus pacem, optimoque in loco caetera poſuerimus, inuadendum Beliſarium cum omni Gotthorum exercitu. —
130. milites plurimos ac praefectum intelligentiſſimum, qui tuendae Romae ſufficiant, relinquemus. Itaque haec bene conſtituta habebimus, nec detrimentum vllum diſceſſus hic noſter pariet.„

Haec Vitigis: cui aſſenſi Gotthi omnes, ad iter ſe accinxerunt.

§. 176.

Deinde Siluerium vrbis antiſtitem, ſenatum populumque Rom. multis idem commonefecit, reductoque in memoriam regno Theoderici, omnes hortatus eſt, vt Gotthorum genti praeſtarent beneuolentiam, ſibique eorum fidem grauiſſimo ſacramento deuinxit. Delectis minimum quatuor millibus virorum, qui Romam Gotthis cuſtodirent, *Leuderin*, prouecta aetate virum, ac prudentiae laude celebrem praefecit: tum reliquo ſtipatus exercitu, Rauennam petiit, obſides ſecum habens ſenatores quamplurimos.

Eo cum perueniſſet, *Mataſuntham*, Amalaſunthae filiam, maturam iam viro virginem, inuitam duxit in matrimonium, vt certius ſibi regnum aſſereret, hoc intimo nexu cum ſtirpe Theoderici.

§. 177.

Deinde contractos vndique Gotthos omnes deſcripſit ordinauitque, arma atque equos ſingulis pro modo et gradu diuidens. Eos tantum Gotthos, qui in Galliarum praeſidiis erant, cum ſibi a Francis

130. Id. ibid. p. 339.

a. C. 536.

Franciſ metueret, reuocare non poterat a)— nec Francis pares putabat fore, Galliam atque Italiam procul dubio incurſaturis, ſi ipſe copias omnes Romam duceret. Itaque conuocatis, qui inter Gotthos erant lectiſſimi, orationem hanc habuit. 131.

„Huc vos coëgi modo, gentiles mei, vt monita dem, parum illa quidem iucunda, ſed neceſſaria: — Caetera quidem bello neceſſaria optime parauimus; ſed obſtant Franci, veteres hoſtes: quibus hactenus, licet cum pecuniae et vitae multorum diſpendio, reſtitimus, quia nihil hoſtile praeterea ſe nobis obtulit. Nunc arma alio vertere coactis, pacem cum Francis pangere neceſſe erit: primo, quia, ſi ipſis inimicitiae nobiscum maneant, profecto in nos vires cum Beliſario ſociabunt —; deinde, ſi vtrumque exercitum ſeparate adoriamur, vtrinque certa nobis clades impendet. Praeſtat igitur leui iactura maximam regni partem conſeruare, quam habendi omnia cupiditate eo redigi, vt vita pariter cum omni ditione ſpoliemur ab hoſtibus. Quare exiſtimo, Germanos non modo odium, quo a nobis diſſident, depoſituros, ſed noſtros etiam in hoc bello ſocios fore, ſi ipſis finitimam Galliam, et quantamcunque pecuniam cum ea ſe daturum Theodatus promiſerat, concedamus. Quo autem pacto, ſi res nobis proſpere ceſſerit, recuperaturi Galliam ſimus, nemo veſtrum diſquirat; ſubit enim memoria veteris illius verbi, quo iubemur inſtantia bene conſtituere.„

§. 178.

a) pergit: *Hi vero Franci dicebantur olim Germani. Quae primae eorum fuerint ſedes, et quo pacto Gallias occupauerint, ac demum hoſtiles cum Gotthis ſuſceperint inimicitias, narrare aggredior.*—[quae hic ſequuntur a pag. 340-345. de rebus Francorum, Viſigothorum et Oſtrogothorum vid. ſupra §. 59-67. - *Ita Gallia in Gotthorum ac Germanorum ditionem venit*, quibus Procopius ſubiungit:] *Deinde Theodatus Gotthorum rex, de Beliſarii in Siciliam aduentu certior factus, cum Germanis paciſcitur, vt ipſi eorum reges ad hoc bellum auxilio veniant, vbi Galliae partem, in ditione Gotthica ſitam, ac duo millia auri pondo acceperint. Verum is vitae fatum prius impleuit, quam pacta conuenta. Quamobrem multi iique fortiſſimi Gotthorum in illis erant partibus praeſidiarii, duce Marcia. Neque eos euocare inde Vitigis tuto poterat, nec Francis pares &c.* vid. ſupra in §pho. cfr. et Zonar. T. II. p. 105.

131 PROCOP. de B. G. L. I. c. 13. p. 345. 346.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 536.

§. 178.

Haec cum audiſſent Gotthorum proceres, ac ſibi conducere cenſuiſſent, vt ea fierent placuit. Ergo mittuntur ſtatim ad Germanos legati, qui illis Gallia cedant, datoque auro componant ſocietatem. Tunc reges Francorum erant *Childebertus*, *Theodebertus* et *Clotharius:* qui traditam ſibi Galliam ac pecuniam inter ſe pro cuiusque regni portione diuiſerunt, promiſeruntque ſe Gotthis amiciſſimos fore, et auxilia miſſuros clam, non Francorum, ſed nationum, quibus imperarent. Nec vero poterant aduerſus Romanos ſocietatem coire palam, imperatori in hoc bello opem paulo ante polliciti. Legati, re, cuius cauſa miſſi erant, confecta, Rauennam redeunt. Tum demum *Marciam* cum copiis, quibus praeerat, Vitigis reuocauit.

§. 179.

132. DVM haec agit Vitigis, interea Beliſarius Romam cogitans, profectionem parat, 'ideoque Neapolin et Cumas praeſidio munit'.— Inſtruente exercitum Beliſario, Romani impellente Silverio, ciuitatis pontifice,—Fidelium, Mediolano vrbe Liguriae oriundum, qui prius Atalarici aſſeſſor fuerat (haec dignitas lingua Romana dicitur quaeſtor) ad Beliſarium legant, eumque Romam hoc inuitant promiſſo, citra pugnam ſe vrbem dedituros.—

§. 180.

133. Gotthi vero, qui Romae praeſidium agitabant, cum aduentare hoſtem audiſſent, nec lateret eos Romanorum conſilium, ex eo valde erant ſolliciti, quod vrbem tueri, et accedentibus repugnare minime poterant. Inde poſtmodum cum bona Romanorum venia profecti, conceſſerunt omnes Rauennam, excepto Leuderi, ipſorum duce: quem, vt opinor, praeſentis fortunae pudor ibi tenuit. Illa die euenit, vt, quo tempore Romam Beliſarius cum imperatoris exercitu per portam, quam Aſinariam vocant, intrabat, eodem inde Gotthi per aliam, quae Flaminia appellatur, exceſſerint. Atque ita *recepta eſt Roma die 9. Decembris, anno poſtquam capta fuerat 60*^{mo}, *qui fuit vndecimus imperii Iuſtiniani.*

Tum

132. PROCOP. de B. G. L. I. c. 14. p. 347. 133. Id. ibid. p. 348.

a. C. 536.

Tum Leuderin, Gotthorum ducem, et portarum claues ad imperatorem Beliſarius miſit, ‘ muros, qui paſſim collapſi erant, reparauit ’, et moenibus altam ac praeclaram foſſam circumdedit —.

§. 181.

a. C. 537.

Tum etiam *Pitzas*, natione Gotthus, profectus e Samnio, ſe et Gotthos, qui ibi cum ipſo degebant, ac Samnii maritimi dimidiam partem, ad fluuium vsque, qui regionem interluit, Beliſarii poteſtati permiſit. Gotthorum, qui trans fluuium habitabant, nemo Pitzam ſequi, neque in ditionem imperatoris concedere voluit. Beliſarius vero milites ei non multos dedit, qui cum ipſo tractum illum tuerentur. Iam ante Beliſario ſe ſponte dediderant, nullo conſtricti Gotthorum praeſidio, Calabri Apulique, cum maris accolae, tum mediterranea incolentes —. 134.

Sic Beliſarius totam Italiam, quae citra ſinum Ionium eſt, Romam vsque et Samnium ſubegit: quae ſunt vltra ſinum, vsque ad Liburniam, Conſtantianus, vt dixi, recepit [b].— 135.

§. 182.

Beliſarius fines omnes Romae circumpoſitos vsque ad fluuium Tiberim complexus, eos muniuit. Atque vbi cuncta recte diſpoſuit, validam ſcutariorum ſuorum manum, cum ſtipatoribus haſtatis, inter quos erant *Zanter*, *Chorſomanus* et *Aeſchmanus*, *Maſſagetae*, aliasque Conſtantino copias dedit, et eo conſilio miſit illum in Tuſciam, vt eam ſubigeret. Beſſae, vti Narniam, vrbem Tuſciae munitiſſimam, occuparet, iniunxit. Erat hic Beſſas natione Gotthus, ex eorum ſtirpe, qui in Thracia iamdiu habitabant, nec Theodericum ſecuti fuerant inde Gotthos in Italiam ducentem. Animo impigro ac bellica virtute praeditus, optime ductabat milites, et res dextere per ſe ipſe agebat. Is quidem Narniam, ciuibus 136.

134. Id. ibid. c. 15. p. 349.

135. Id. ibid. p. 350.

b) Sequuntur quaedam de ſitu Italiae. Quae de populis nonnullis extra Italiam, Gothis ante bellum Italicum ſubiectis p. 351. ſequuntur, vide ſupra ad §. 130.

136. Id. ibid. c. 16. p. 351.

ſo ... ruſti- ... no I. ... bus non [illegible]. obtinuit. 'Conſtantinus vero Tuſciae vrbes dediti-one recepit, ſeque Peruſiae cum exercitu tenuit'. Vitigis, his auditis, aduerſus illos exercitum, *Vnila* ac Piſſa ducibus, deſtinat. Obuiam fit Conſtantinus, et in Peruſiae ſub-urbano congreditur. Superioribus numero barbaris, anceps pugnae primordium fuit. Virtute poſtmodum ſua victores Romani, ho-ſtes fundunt, atque incompoſite fugientes ad internecionem fere caedunt. Cum duces eorum cepiſſent viuos, miſerunt ad Beliſarium.

§. 183.

Qua de re factus certior Vitigis, Rauennae diutius ſedere noluit; vbi tenebatur expectatione Marciae, qui nondum e Gallia cum ſuis aduenerat. Itaque Aſinarium et *Vligiſalum* magno cum exercitu in Dalmatiam expedit, vt illam ad ditionem Gotthicam reuocent, iubetque, cum ex *Suabia* c) barbarorum indigenarum copias aſciuerint, recta Dalmatiam ac Salonas petere. Cum iisdem longas naues miſit complures, quo Salonas terra ac mari oppugnare poſſent. Ipſe cum omni exercitu Romam verſus ac Beliſarium properat, non minus centum et quinquaginta millia equitum ac peditum ducens: plerique cum ipſis equis loricati erant.

§. 184.

Dum apud Suabiam Aſinarius barbarorum exercitum conſcribit, ſolus Vligiſalus Gotthos in Liburniam ducit. Hi, facto cum Romanis ad Scardonem oppidum proelio, victi, vrbem Burnum repetierunt: vbi collegam ſuum Vligiſalus expectauit.

Conſtantinus, apparatu Aſinarii cognito, Salonis timens, milites, qui omnia regionis illius caſtella obtinebant, acciuit; muros foſſa cinxit perpetua, caeteraque ad obſidionem ferendam neceſſaria diligentiſſime expediuit. Aſinarius, collectis barbarorum ingentibus copiis, ad vrbem Burnum peruenit. Ibi iunctis cum Vligiſalo Gotthorumque exercitu viribus, Salonas ſeſe contulit, 'easque terra ac mari obſederunt'. Romani vero repentino impetu fugata hoſtium claſſe, naues multas ſubmerſere cum viris, multas ce-

137. Id. ibid. p. 352. c) Vide ſupra ad §. 130. allata.

cepere vacuas. Nec tamen Gotthi obſidionem ſoluerunt: immo vero Romanos intentiori oppugnatione intra muros coercuere.

Ita Romani et Gotthi in Dalmatia rem armis gerebant.

§. 185.

At Vitigis, cum ex indigenis, qui Roma veniebant, audiret, exercitum Beliſarii moleſtiſſimum eſſe, ipſum ſui ex vrbe diſceſſus poenitebat. In itinere obuium nactus ſacerdotem quemdam Roma profectum, dicitur interrogaſſe Vitigis contentius, vtrum adhuc eſſet Beliſarius Romae? quaſi vereretur, vt Beliſarium poſſet aſſequi, ac ne is inde ſe proripuiſſet. Hac parte Vitigin ſecurum eſſe ſacerdos iubet, pro certo affirmans, nunquam fugere Beliſarium; ſed tenere, quem habet, locum. Inſtat acrius Vitigis, aperte optans, muros Romae prius videre, quam Beliſarius inde aufugeret.

§. 186.

Vbi Gotthorum copiis omnibus peti ſe Beliſarius cognouit ' Conſtantinum et Beſſam, relictis in Tuſcia praeſidiis, cum reliquo exercitu Romam venire iubet '. Dicto audiens Conſtantinus, Peruſiae et Spoletii collocatis praeſidiis, Romam iter celerat. At Narniae dum res Beſſas lentius digerit, Gotthi illac iter habentes, agrum ſuburbanum implent. Hi ſequentis exercitus praecurſores erant: ' quibus in fugam verſis, Narniae praeſidio relicto, Romam Beſſas aduolat ', ac hoſtem iamiam affore nuntiat. Etenim Narnia CCCL. ſolum ſtadiis Roma diſtat. 138.

§. 187.

Porro Vitigis Peruſia et Spoletio, vrbibus validiſſimis, abſtinuit, nec voluit ibi tempus conterere, id vnum expetens, vt nondum fuga elapſum Beliſarium Romae deprehenderet. Vbi Narniam quoque teneri ab hoſte reſciit -- haud ignarus difficilem aditu et valde arduum locum eſſe — inutili abiecta mora, inde Vitigis mouit, et cum vniuerſo exercitu per agrum Sabinum iter intendit Romam: cui iam ita proximus, vt ab ea ſtadiis non amplius 14. abeſſet, pon-

138. PROCOP. de B. G. L. I. c. 17. p. 353. 354.

a. C. 537.

pontem Tiberis offendit paulo ante a Beliſario ' turri ac praeſidio munitum, eo tantum conſilio, vt, expectans ab imperatore nouas copias, moram hoſti in via longiorem iniiceret. Sed dum ipſe Beliſarius ad Tiberim caſtra metari parat, pontis cuſtodes attoniti Gotthorum ingenti numero, turri noctu relicta, in Campaniam iuere furtim '.

§. 188.

139. Poſtridie Gotthi, effractis nullo negotio turris foribus, obſiſtente nemine, fluuium tranſierunt. ' Beliſarius vero de cuſtodum fuga nihildum cum audiſſet, et locum caſtris circumſpiceret, in hoſtes incidit, et cum iis pugnam inire cogitur. Hic licet vnus fere ab omnibus telis eſſet petitus d), ſua tamen et protectorum ſuorum virtute incolumis, nullo affectus vulnere, nec miſſili percuſſus euaſit'. Tandem Romani virtute ſua hoſtem fuderunt, nec fuga deſtitit barbarorum ingens multitudo, donec ad caſtra ſua peruenit: vbi Gotthorum pedites recentes adhuc et integri impetum hoſtium ſuſtinuerunt, eosque facile propulerunt, ' redintegratoque proelio Romanos ad portas vsque Romae inſecuti ſunt, quibus non ante, quam iterato in Gotthos impetu eos repuliſſet, recepere Beliſarium Romani. Hoc proelio *Viſandus* Bandalarius, Gotthus, vulneratus concidit, et inter mortuos relictus, die poſt tertio ſpirans adhuc a ſuis receptus et ſeruatus eſt '. —

§. 189.

' Sub haec temere rumor de hoſtium in vrbem irruptione ſpargitur, vnde' adhuc Roma tumultu trepido plena erat, cum Vitigis ad portam Salariam *Vacin* ducem, virum non ignobilem, deſtinat. Quo ille cum acceſſiſſet, Romanis perfidiam in Gotthos obiecit, ac proditionem exprobrauit, quam, vt dicebat, in ſe ipſi et patriam cuderent, Gotthorum potentia poſthabita Graecis, qui tueri ipſos non poſſent —. Haec aliaque eiusmodi plurima locutus Vacis, cum ei nemo reſponderet, ad Gotthos et Vitigin rediit. —

§. 190.

139. Id. ibid. c. 18. p. 355-357.
d) Equo tunc vehebatur Beliſarius, a Graecis *Phalio*, a barbaris *Bala* dicto.

a. C. 537.

§. 190.

Poſtero die Gotthi, qui vrbem facillime, ob ipſius amplitudinem, obſidione ſe capturos putabant — ſpatium, quod portis maioribus quinque, a Flaminia ad Praeneſtinam, comprehenditur, infeſtare aggreſſi ſunt, caſtris ſex circumiectis — cis fl. Tiberim omnibus — vltra Tiberim vallum ſeptimum in Neronis campo fixerunt, vt pontem inter caſtra poſitum haberent. — 'caſtra foſſis vallisque munierunt'. Ac vallo quidem, quod in campo Neronis erat, Marcias praeerat: iam enim cum ſuis e Gallia reuerſus, ibi caſtra poſuerat. Caetera autem Vitigis moderabatur, ſextus ipſe: nam vnumquodque praefectum habebat ſuum. Hoc diſpoſiti modo Gotthi, aquaeductus omnes incidunt, vt vrbs inde nihil aquae accipiat. — 140.

§ 191.

'Beliſarius cum omnia ad obſidionem ferendam diſpoſuiſſet, Romani tamen obſidionis omnino inſolentes aperte ipſi maledicebant'. Quae cum Vitigis ex transfugis audiſſet, vt accenderet offenſionem, qua rem Romanam valde turbatum iri exiſtimabat, legatos, in quibus erat *Albes*, ad Beliſarium miſit, 'qui praeſentibus ſenatoribus et exercitus ducibus Beliſario ſummam temeritatem, qui Gotthos bello laceſſere, iniuriam indigniſſimam, qui eosdem Italiae imperio exuere conetur, exprobrarent. 141.

His cum Beliſarius reſpondiſſet, ſe, quamdiu viuat, nunquam vrbem *Gotthis* traditurum, eos re infecta dimiſit'.

§. 192.

Ad ſua reuerſi caſtra oratores, quaerenti Vitigi, quis eſſet vir Beliſarius, et quid animi ad diſceſſum haberet, reſponderunt, ſpe vana teneri Gotthos, ſi Beliſarium vtcunque ſe territuros putarent.

Quo Vitigis audito, oppugnationem acriter inferre conſtituit, 'qua oſidionis die 18. inchoata, Gotthi aduerſa vbique fortuna cum Ro- 142.

140. PROCOP. de B. G. L. I. c. 19. p. 358. 359.

141. Id. ibid. p. 361. c. 20. 21. p. 361-365.

142. c. 22-24. p. 365-371.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 537.

Romanis congreſſi in Vinario inprimis et ad Salariam portam, vbi vno die triginta Gotthorum millia cecidiſſe referunt, inſigni clade afficiuntur'.

§. 193.

Hoc interim ſpatio [dum a Beliſario rogatus imperator nouas in Italiam mittere copias parat] Neapoli res huiusmodi contigit. In foro viſebatur Theoderici Gotthorum regis effigies, ex lapillis compacta, minutis admodum et verſicoloribus fere ſingulis. Huius caput olim, viuente Theoderico, defluxit, turbatis ſponte ſedibus lapillorum: ac breui Theoderici conſecutus eſt obi-
143. tus. Octo poſt annis, dilapſis repente calculis, qui imaginis ventrem conflabant, deceſſit ſtatim Atalaricus, Theoderici nepos ex filia. Aliquanto poſt ceciderunt lapilli, qui circa verenda erant: tum inter homines eſſe deſiit Theoderici filia Amalaſuntha. Quae cum ita ſe habuiſſent, Gotthis Romam obſidentibus, reliquae partes imaginis, a femoribus ad imos pedes, corruerunt, itaque ex pariete effigies prorſus aboleuit. Inde Romani capto omine, belli victorem fore imperatoris exercitum aſſeuerabant, interpretantes, nihil eſſe aliud Theoderici pedes, niſi Gotthos, quibus ille imperaſſet: vnde meliorem in dies ſpem capiebant.

Romae autem patricii quidam Sibyllae oracula praeferebant, praedici his affirmantes, nonniſi ad menſem Iulium Romam in diſcrimine fore: fixum enim eſſe vt Rom. imperator tum quispiam crearetur, ex quo nihil *Geticum* Roma amplius extimeſceret. Nam *Gotthos aiunt gentem eſſe Geticam.* His porro verbis conſtabat oraculum: Quintili menſe * * * Roma nihil Geticum metuet. — At haec omnia vana erant. Nam nec Romanorum imperator creatus tum quisquam eſt; nec niſi poſt annum ſoluenda erat obſidio; et quo tempore Totilas Gotthis praefuit, Roma in eadem pericula recidit —.

§. 194.

144. ' Poſtridie Beliſarius ingentem vxorum, liberorum ac ſeruitiorum turbam, ne obſeſſis commeatus deeſſet, in Campaniam ire iuſſit

143. Id. ibid. p. 372.

144. PROCOP. de B. G. L. I. c. 25. p. 373. 374.

iuſſit —. Siluerium vrbis antiſtitem, proditionis ſuſpectum, in Graeciam relegauit, prouecto ad pontificatum Vigilio'.

§. 195.

Vitigis ira tumens atque inops conſilii, primum quidem ſatellites aliquot Rauennam miſit, mortemque afferre iuſſit ſenatoribus Romanis omnibus, quos eo duxerat belli huius initio. Eorum aliqui, re praecognita, fugae copiam nacti, euaſerunt —; caeteri omnes interfecti ſunt. 145.

§. 196.

Deinde vero aduertens Vitigis hoſtes cum magna ſecuritate efferre ex vrbe quaecumque vellent, et commeatus terra marique inuehere; Portum, quem appellant Romani, occupare conſtituit, ab vrbe ſtadiis CXXVI. diſſitum — ad fauces fluuii Tiberis. — Igitur Gotthi, cum vrbem, quae ad portum ſita eſt, omni nudam praeſidio offendiſſent, primo illam cepere aditu, et multa Romanorum ibi habitantium ſtrage edita, portum etiam obtinuerunt. Tum praeſidiariis mille e ſuo relictis numero, redierunt ad caſtra caeteri. — 146.

§. 197

Diebus vero poſt viginti, quam portum vrbemque cognominem obtinuerant [Gotthi], aduenere Martinus et Valerianus cum mille et ſexcentis equitibus, quorum plerique *Hunni* erant, *Sclabeni et Antae:* qui trans fl. Iſtrum, non procul a ripa, ſedes patrias habent. 'His auctus copiis Beliſarius Gotthos minoribus fatigat proeliis. Vitigis quoque paruas ſaepius in hoſtes turmas emittit, ſed improſpero fere ſemper ſucceſſu', quod Romani ferme omnes, Hunnique, eorum ſocii, equites ſagittarii erant peritiſſimi; huic autem arti Gotthorum nemo operam dabat. ſed horum equites haſtis tantum et gladiis vti ſolent: ſagittarii vero pedibus pugnant, ordinibus protecti militum grauioris armaturae. Qamobrem equites, niſi comminus pugnetur, quoniam armis carent, quae aduerſus 147.

145. Id. ibid. c. 26. p. 375.
146. Id. ibid. p. 376.
147. Id. ibid. c. 26. p. 377-379.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 537.

uerſus hoſtes ſagittarios valeant, facile confixi, cadunt: nec pedites vnquam in equites incurſiones facere poſſunt. 'Caſtris itaque ſe tenuerunt poſtea Gotthi'.

§. 198.

148. 'Deinde Romanis proelium cum vniuerſo Gotthorum exercitu depoſcentibus, tandem eorum cedit precibus Beliſarius, ſuosque ad pugnam parat'. Vitigis vero, cum arma Gotthis imperaſſet omnibus, nemine, praeter cauſarios, in caſtris relicto, Marciae quidem copias in campo Neronis haerere iuſſit, et in cuſtodiam pontis diligenter incumbere —: 'ipſe vero ſuos, inter alia Vandalorum ipſis et Gelimeris exitium ob oculos ponens, ad fortiter pugnandum hortatus, in aciem educit. Proelio inito, aliquamdiu aequo marte pugnatum eſt, donec tandem Romani in campo Neronis, et cis Tiberim clade affecti, inſtantibus Gotthis ſe ad muros recipere coacti ſunt. Gotthi vero muros denſa propugnantium corona cinctos conſpicati, inde ſtatim retro ceſſerunt, multis in hoſtes iactis conuiciis'.

§. 199.

149. Exinde Romani copiis omnibus non auſi amplius decernere, repetitis more priſtino leuibus equitum certaminibus, plerumque barbaros vicerunt. 'Ita in campo Neronis Hunni, duce Conſtantino in Gotthos immiſſi, inſignem ſua virtute, et ſingulari in arcu tractando dexteritate reportarunt victoriam. Vbi paulo poſt et Chorſamantis, natione Maſſageta, Beliſarii protector, non ſine temeritate contra Gotthos dimicauit [e]. Pluribus eiusmodi commiſſis, non pari ſemper fortuna, proeliis, cum hyeme *alter exiit annus belli Gotthici*'.

§. 200.

a. C. 538.

150. IAM vero aeſtiuo ſolſtitio ineunte, cum fame peſtis vrbem inuaſit. Militibus rei cibariae nihil erat reliquum, praeter panem: quo

148. PROCOP. de B. G. L. I. c. 28. 29. p. 379-386.
149. L. II. c. 1. 2. p. 387-393.

e) Cfr. *Hunnica* ſub h. anno.
150. PROCOP. de B. G. L. II. c. 3. 4. p. 393-398.

a. C. 538.

quo ipſo defecti Romani caeteri, fame ſimul et lue grauiſſime conflictabantur. Re Gotthi cognita, cum hoſte ferro decernere nolentes amplius, ſolum cauebant, ne quid vnquam foris acciperet. ‹ Duos hoc conſilio aquaeductus, inter Latinam et Appiam viam quinquageſimo ab vrbe ſtadio coeuntes, muniunt'; vbi ſtationarii haud pauciores ſeptem millibus, praeſidium agitabant, eo intenti, ne in vrbem hoſtis commeatus vllos inferret —.

§. 201.

‹ Romani ad ſummas redacti anguſtias facto agmine Beliſarium ad decretoriam cum hoſte pugnam compellunt. Quibus hic tandem pacatis, Procopium in Campaniam, inde vt frumentum adueheret, miſit. Magnam praeterea equitum partem (*Erulos* etiam et *Hunnos*) in vicinas munitiones emittens, qui, ne vllus in caſtra hoſtium commeatus importaretur, prouiderent, vt et Gotthi fame laborarent, effecit'.

§. 202.

Hoc interim ſpatio aliae Byzantio copiae nauibus aduectae ſunt, 151.
‹ quas ne ingenti numero facti obuiam hoſtes delerent, Beliſarius prima e luce Traianum ac Diogenem porta Pinciana cum equitibus mille emittit, — hoſtes laceſſere et, hi vbi e caſtris eruperint, fugam inire ſimulatam iubet. Quo facto, et Gotthis ad muros fere prouectis, porta Flaminia aperta copias in eos emittit, magnamque eorum ſtragem edit':

§. 203.

Continuo barbari deſperare bello coeperunt, ac de diſceſſu deliberare: cum et peſtilentiae vi et hoſtili ferro iam ad paucos e myriadibus multis redacti, maximeque vrgente fame, ſic intercluderentur commeatu omni, vt verbo tenus atque in ſpeciem obſeſſores, re ipſa ab hoſtibus obſiderentur. Ad haec accepto nuntio,
Romanis Byzantio terra marique exercitum aduenire, non quan- 152.
tulus

151. Id. ibid. c. 5. p. 398-400.

152. Id. ibid. p. 401.

tulus erat, ſed quantus famae arbitrio fingebatur, bellum perhorreſcentes, de maturanda profectione conſilia agitabant.

§. 204.

Itaque oratores Romam deſtinant, 'qui ad Beliſarium admiſſi inter alia', Inique feciſtis, inquiunt, Romani, cum in nos, amicos licet ſociosque veſtros, arma, contra quam fas erat, ſumſiſtis. In eam rem proferre ſatis habebimus, quae cuique veſtrum nota eſſe exiſtimamus. Non ita Gotthi Italia potiti ſunt, vt eas Romanos per vim ſpoliauerint. Sed olim Odoacer, ſublato imperatore, rei adminiſtrationem publicae, hic tyrannide mutatam obtinuit. Tunc temporis Zeno, orientis imperator, in animo habens, ei, qui conſors principatus fuerat, factam a tyranno iniuriam vlciſci, atque has oras in libertatem reſtituere; cum Odoacri potentiam euertere non poſſet; Theoderico principi noſtro, paranti ipſum ac Byzantium obſidere, perſuaſit, vt in gratiam ſecum rediret, honorum memor, quos ab ipſo conſecutus iam eſ-
153. ſet (quippe aſcriptus patriciis, et factus conſul Rom. fuerat) Auguſtulo illatam ab Odoacro iniuriam vltum iret, ac prouincias ipſe et Gotthi deinceps iure optimo poſſiderent. Hoc igitur pacto Italiae regnum adepti, leges ac regiminis formam haud minori ſtudio, quam quiuis imperatorum veterum, conſeruauimus, *neque vlla prorſus Theoderici, aliusque cuiuspiam Gotthorum regis lex ſcripta extat, vel inſcripta.* Quod ad diuinum cultum fidemque attinet, Romanis in integro rem ſic eſſe voluimus, vt Italorum nemo religionem, nec volens, nec coactus, ad hanc diem mutauerit, neque in Gotthos, qui ad illorum ſacra transierunt, vllo ſit modo animaduerſum. Immo vero honorem ſummum templis Romanorum impendimus. Quisquis enim ſalutem ſuam eorum cuiquam aliquando commiſit, ei vim nullus mortalium attulit. Praeterea ciuiles omnes magiſtratus geſſere ipſi, neque illos cum Gotthorum quopiam communicarunt: quae ſi quis falſo a nobis dicta putat, nos palam confutet. Accedit huc, quod Romanis per Gotthos licuit ab orientis imperatore conſulatum quotannis accipere. Nihilo-

153. Id. ibid. p. 402.

Nihilominus vos, qui Italiam vobis non aſſeruiſtis, dum a barbaris attereretur, quibus imperabat Odoacer, malorum auctor non breui ſpatio, ſed per annos decem; nunc iuſtos illius dominos iniqua vi deturbare nitimini. Itaque hinc cum rebus veſtris et omni praeda faceſſite „.

Beliſarius vero, „Breuem, inquit, ac modeſtam orationem polliciti, longam et affinem iactantiae habuiſtis. Bellum quidem in Odoacrum Zeno Aug. Theoderico dedit, non vt regnum Italiae occuparet ipſe: quid enim erat, cur tyrannum tyranno imperator mutaret? verum vt eam in libertatem et Caeſaream ditionem vindicaret. Is vero initi aduerſus tyrannum conſilii victor, ſe poſtmodum haud mediocriter ingratum praebuit, cum recuſauit Italiam ſuo reſtituere domino. Mea certe ſententia, par ſcelus eſt, quae vicini ſunt, ea ſponte non reddere, et per vim auferre. Caeterum non committam, vt tradam cuiquam terras ditionis imperatoriae: ſi quod vultis aliud conſequi, per me id proponatis licet „.

Ad haec barbari. Etſi neminem veſtrum praeterit, nihil non vere a nobis dictum: tamen, ne litigare videamur, vobis Siciliam cedimus, tanta ac tam diuite inſula, ſine qua Africam non poteſtis tenere tuto.

Mox Beliſarius, At nos, inquit, Britanniam totam, multis partibus maiorem Sicilia, atque olim Romanis ſubditam, Gotthis concedimus. Nam qui beneficio vel gratis prouocauerint, illis paria referre par eſt.

Barbari: Ergo nec mentionem Campaniae ipſiusque Neapolis, ſi quam fecerimus, admittetis?

Beliſarius: Minime: nobis enim nec fas, nec integrum eſt, res Auguſti adminiſtrare, niſi de ipſius ſententia. 154.

Barbari: Immo, nec ſi tributum certum nobis ipſi indixerimus, quotannis pendendum imperatori?

Beliſarius: Nequaquam ſane: nam eo ſolum valet poteſtas noſtra, vt recepta loca domino ſeruemus ſuo.

154. Id. ibid. c. 7. p. 403. 404.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 538.

Barbari: Age vero: ſaltem patere adeamus imperatorem, et cum ipſo componamus de rerum ſumma. Certum etiam conſtituendum eſt tempus, quo inter vtrunque exercitum induciae rite maneant.

Beliſarius: Licet, ita fiat. Nunquam enim vobis impedimentum, meditantibus pacem, inferam.

His dictis colloquium ſolutum eſt, ſuaque in caſtra oratores Gotthorum reuerſi ſunt. Conſequentibus diebus vltro citroque crebro commeantes, pepigerunt inducias, et confirmare datis vtrinque obſidibus viris inſignibus decreuerunt.

§. 205.

Dum haec ibi aguntur; interea portum Romanum claſſis Iſaurorum tenet, et Ioannes cum ſuis Oſtiam venit. ' Vnde, Beliſario prouidente, Romam quantum ſatis erat frumenti, nihil a Gotthis impediti, aduehunt '.

§. 206.

Deinde induciarum obſides vtrinque dati ſunt a Romanis Zeno, a Gotthis *Vlias f)*, vir non obſcurus, et cautum eſt, tres menſes mutuis incurſibus fore vacuos, donec reuerſi Byzantio legati, qua mente imperator eſſet renuntiarent: ſi qua iniuria pars altera alteram prouocaret, legatos nihilominus relaturos ad ſuam gentem. Itaque Byzantium profecti ſunt oratores Gotthorum, Romanis ducentibus. —

§. 207.

Gotthi, qui portuenſe caſtellum tenebant, defecti cibariis, exceſſerunt, de ſententia Vitigis, cuius acciti euocatu in caſtra rediere. Locum occupauit vacuum Paulus cum Iſauris Oſtia ductis.
155. Porro barbaros illos ad victus penuriam redegerunt maxime Romani, qui ſic mari dominabantur, vt nihil annonae ad ipſos inferri ſinerent. Quamobrem et Centumcellas, vrbem maritimam ac nobiliſſimam, ſub idem tempus Gotthi deſeruerunt, compellente cibi inopia. Ampla eſt illa vrbs atque incolis frequens in Tuſcia, ab

155. Id ibid p. 405 f) Ουλιας.

ab occidentali Romae latere: vnde ſtadiis abeſt CCLXXX. A Romanis occupata, magnam attulit ad eorum vires acceſſionem: cum et Albanum oppidum, quod Romae partem exortiuam ſpectat, obtinuiſſent, eandem ob cauſam tunc ab hoſtibus derelictum.

Itaque Romani iam vndique circumcluſos intercepere barbaros: qui eam ob rem pactiones reſcindere, et aliquam Romanis creare fraudem ardebant. Quare miſſi ad Beliſarium oratores, facta ſibi iniuria violatam armorum quietem, obiicinnt. Cum enim Vitigis Gotthos, qui portum praeſidio tenebant, rei cauſa requirentis ipſorum operam reuocaſſet; loci caſtellum a Paulo Iſauriſque per meram animi libidinem occupatum fuiſſe: Idem Albano et Centumcellis factum queruntur in ſpeciem, nec ſe id inultum relicturos minantur, niſi illa reſtituat. Eos cum riſu Beliſarius remittit, querelam dicens praetextum inanem eſſe: neminem latere cauſam, cur ea Gotthi liquiſſent. Ex eo ſuſpecti inuicem fuere.

§. 208.

Poſt haec Beliſarius, vbi Romam abundare militibus vidit, cum turmas alias alia circum loca procul Roma dimiſit, tum Ioannem, ſororis Vitaliani filium, apud Albam Piceni vrbem, hyemare iuſſit cum ɔɔccc. ipſius equitibus, ᶜadiunctis ex Valeriani turmis cccc. duce Damiano, e ſcutariis ſuis ɔɔccc. protectoribus haſtatis Suta et Abigi ducibus ᵓ. Quamdiu pactis manere hoſtes viderent, continerent ſe: vbi fidem induciarum ſoluiſſent, ᶜ agrum Picenum diriperent, hoſtium liberos, vxores atque pecunias abducerent, mandauit ᵓ.

Sub idem tempus Mediolanenſis antiſtes Datius ac ciues primarii — a Beliſario modicum petiere praeſidium, quo Gotthis Mediolanum et Liguriam vniuerſam eriperent ᵓ —.

§. 209.

ᶜ Haud multo poſt Gotthi Romam per aquaeductum capere conati, in faucibus eius obicem praeſtructum cum offenderent ad Vitigin reuerſi 156.

156. PROCOP. de B. G. L. II. c. 9. p. 408-410.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 538.

reuerſi, quo res loco ſit referunt. Re a Beliſario intellecta, et aquaeductu cuſtodibus munito, Gotthi coepto deſtiterunt. Deinde apertam in muros vim facientes repulſi ſunt. Neque melius ipſis ceſſit murum, qui Tiberis ripam praetexit, expugnandi conſilium, proditione, qua id efficere volebant, detecta.'

§. 210.

'His ita geſtis Ioannes Beliſarii iuſſu Picenum percurrens, et obuia quaeque rapiens, etiam' *Vlitheum* g), Vitigis patruum, qui cum Gotthorum exercitu ſe offerebat, proelio victum interficit, et copias fere omnes hoſtium delet; quo factum eſt, vt nemo poſtmodum cum eo manus conſerere auſus ſit. 'Hinc Auximo et Vrbino, quippe munitiſſimis, a tergo relictis, Ariminum, Gotthorum praeſidio Rauennam demigrante, obtinuit' —.

§. 211.

157. Vbi captum ab ipſo Ariminum Vitigis Gotthorumque exercitus acceperunt; Rauennae timentes plurimum, — profectionem — ne punctum quidem temporis diſtulerunt —.

'Sub idem tempus' Mataſuntha, Vitigis vxor, cum grauiter marito eſſet offenſa, quod principio per vim ei iuncta tori conſortio fuiſſet, vt Ioannem Ariminum veniſſe reſciit, gaudio cumulata, per occultum internuncium de nuptiis et proditione colloqui cum eo coepit.

§. 212.

De his illi clanculariorum nunciorum opera inſiſtebant inter ſe agere; cum Gotthi [qui Romam obſidebant], auditis quae Arimini contigiſſent, accedente ſumma annonae penuria, ac trimeſtrium induciarum exitu, abſceſſere: etſi de oratoribus nihildum acceperant. Iam annus circa vernum aequinoctium ſe vertebat, in obſidione contritus totus cum diebus praeterea nouem; quando Gotthi, caſtris ſuis omnibus incenſis, prima luce ſe in viam dederunt.

'Fuga hoſtium cognita, Beliſarius peditatum omnem per Pincianam portam educit. Acri commiſſo proelio, verſisque in fugam Gotthis, eorum alii Tiberis aquis, enſe hoſtium alii perierunt'.

§. 213.

157. Id ibid. c. 10. p. 411. 412. g) Ουλιθεον.

a. C. 538.

§. 213.

Vitigis cum exercitus reliquiis Rauennam petens, loca muniti- 158.
onibus valida firmauit praeſidiis. Cluſii, quae Tuſciae vrbs eſt, viros mille et *Gibimerem* ducem reliquit: Vrbe veteri *h)* totidem; quibus *Albi'am*, natione Gotthum, praefecit. Tuderti *Vligiſalum* cum cccc. in Piceno ſtationarios cccc. qui Petram caſtellum habebant, non amouit. Auximi, quae eſt omnium regionis illius vrbium maxima, Gotthorum quatuor millia, gentis florem, locauit, ac *Viſandrum* ſtrenuiſſimum ducem: Vrbini duo millia cum *Morra.* Caſtella ſunt praeterea duo, Caeſena ac Monsferetrus. In vtroque praeſidiarios haud minus IↃ. conſtituit, ac cum caeteris copiis Ariminum recta contendit eo animo, vt circumſedeat.

§. 214.

At Beliſarius ſtatim poſt ſolutam a Gotthis obſidionem, Ildigerem ac Martinum miſerat, cum equitibus mille; vt alia via maioribus itineribus, hoſtium in vrbem Ariminum aduentum praecurrerent, ‘ et Ioannem complures vrbi cuſtodiendae idoneos eo deducere iuſſit ’ —.

‘ Romanae copiae caſtellum Petrae tentarunt obiter, eoque licet natura munito, capto, Anconam, et hinc die tertio Ariminum peruenerunt ’.

§. 215.

Haud multo poſt Vitigis cum omni exercitu Ariminum atti- 159.
git; vbi caſtrametati, obſidium fecerunt. ‘ Quod cum parum ex voto ſuccederet, et Ioannes, eruptione facta, hoſtes magna affectos clade repuliſſet, hi ſeſe in caſtris continuerunt, hoſtem fame ad deditionem compulſum iri ſperantes.

Eo loci res ibi erant: dum Beliſarius ‘ qui Mediolanum cape- 160.
rent, mittit ’. His Pado tranſito ad vrbem Ticinum progreſſis, facti

158. PROCOP. de B. G. L. II. c. 41. p. 412-414.

h) Οὐρβιβεντῳ.

i) Οὐἴσανδρον.

159. Id. ibid. c. 12. p. 414—416.

160. Id. ibid p. 416. 417.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 538.

facti obuiam Gotthi certamen inferunt, et numero pollentes et animis. Cum enim barbari omnes, quicunque regionem illam colebant, opes pretioſiſſimas Ticini depoſuiſſent, quod locus eſſet munitiſſimus; praeſidium ibi firmum reliquerant. Commiſſa acri pugna, ſuperiores Romani 'victos magnaque clade affectos hoſtes ad vrbis vsque muros proſequuntur. Inde digreſſi Mediolanum cum reliqua Liguria obtinent'.

§. 216.

De his certior factus Vitigis, magnum exercitum confeſtim mittit, *Vraia* k) duce, ſororis ſuae filio.

A Theodeberto Francorum rege decem millia auxiliariorum impetrauerat, Burgundionum vtique non Francorum; ne videretur Auguſti rebus iniuriam facere Theodebertus. Neque enim huius mandato, ſed ſponte et voluntate ſua ſe profectos ſimulabant Burgundiones: quibuscum ſociatis viribus Gotthi, praeter Romanorum opinionem, Mediolanum adueniunt, caſtrisque poſitis obſident, 'vrbe neque commeatu neque praeſidio ſatis idoneo inſtructa'. Cum hyeme *annus exiit tertius belli Gotthici.*

§. 217.

a. C. 539.

161. CIRCITER aeſtiuum ſolſtitium Beliſarius aduerſus Vitigim Gotthorumque exercitum profectus eſt, omnes ſecum ducens praeter paucos, quibus Romae cuſtodiam credidit. 'Gotthos, qui Tudertum et Cluſium tenebant, vix admoto Rom. exercitu, deditionem facientes' inde omnes in Siciliam ac Neapolim migrare iuſſit, et Cluſii Tudertique locato praeſidio, porro copias duxit.

§. 218.

Interea Vitigis alteri miſſo Auximum exercitui, duce *Vacimo* l), imperauit, vt Gotthis, qui ibi eſſent, adiungerent ſeſe, et cum illis aduerſus hoſtes, qui Anconam habebant, profecti, eius loci caſtellum

k) Οὐραΐαν.

l) Οὐάκιμον.

161. PROCOP. de B. G. L. II c. 13. p. 417, 418.

lum adorirentur. — Cum primum venire Vacimum, nec iam procul abeſſe audiit praeſidii praefectus Conon, ' per ſummam imprudentiam ' munitionem reliquit militibus plane vacuam: et cum omnes abduxiſſet ſtadiis quinque, inſtruxit aciem —. Romani, viſo hoſtium multo maiori numero, 'fugam fecere, et aegre in vrbem recepti, ſeruati ſunt, viris duobus, Vlimane Thrace et Bulgudu Maſſageta hoſtes fortiſſime, cum iam pinnas tenerent, repellentibus.

Hoc tempore Narſes cum quinque millibus militum Rom. et Erulorum duobus millibus, ducibus Viſando, Alueth ac Phanotheo in Italiam venit ' m) —.

§. 219.

Beliſarius et Narſes iunctis copiis ad vrbem Firmum, quae littori ſinus Ionii vicina, diei iter diſtat ab vrbe Auximo, ibidem coacto ducum omnium exercitus conſilio, deliberarunt, qua parte hoſtem petere ſatius eſſet. — 'Haec inter Ariminenſes nuntium ad Beliſarium miſerunt, ſe, niſi promtum ferat auxilium, commeatus penuria laborantes intra ſeptem dies in hoſtium ditionem venturos. Hinc Aratio cum viris mille ad Auximum relicto, ne Gotthi Rom. exercitum a tergo infeſti premerent, ipſe cum Narſete Ariminum contendit ' —. 162.

§. 220.

Poſtquam — ad montes, diei iter ab Arimino diſtantes, peruentum eſt; in exiguum inciderunt Gotthorum agmen, rei cuiuspiam neceſſariae cauſa iter agentium: qui nec opinato in hoſtilem exercitum delapſi, de via non deflexerunt, donec praeeuntium telis alii ibi ceciderunt, alii vulnerati, ad vicina ſaxa curſu furtim ſe receperunt: vnde contemplantes Romanum exercitum, ad omnes viarum anguſtias confluentem, maiorem multo, quam re ipſa eſſet, iudicarunt; ac viſis Beliſarii vexillis, eas ab ipſo duci copias intellexerunt. Noctem mox conſecutam Romani traduxerunt eodem loci: ' Gotthi ad Vitigis caſtra reuerſi ', affirmarunt, iamiam affore Beliſarium cum exercitu innumerabili. Mox illi ad pugnam ſe compararunt —. 'Poſtridie et Rom. exercitum non procul ab- 163.

m) Longa hic ſequitur de Erulis digreſſio, quam vide ſuo loco.

162. Id. ibid. c. 16. p. 425—427.
163. Id. ibid. c. 17. p. 428, 429.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 539.

eſſe et claſſem aduerſus ſe tendere ingentem conſpicati ', opum parte ob nimiam perturbationem ibi relicta, effuſo curſu Rauennam properarunt —.

§. 221.

164. 'Interea Narſes, amicorum ſuaſionibus', Beliſario parere occulte detrectans, ſaepe Beliſario rem aliam quampriam volente aggredi, in praetextus modo hos, modo illos diuertens hortamenta illius eludebat.

Haec videns Beliſarius, cunctis ducibus conuocatis 'barbaros nec per ignauiam, nec propter paucitatem, ceſſiſſe oſtendit', ſed conſilio ſolum et prouidentia in fraudem fugamque actos hinc abiiſſe — 'ne itaque ſegnitie rem Romanam peſſumdarent, hortatus', Secum — quisque veſtrum, inquit, reputet, Rauennae eſſe Vitigin ac multas Gotthorum myriadas: Vraiam, omni Liguria potitum, Mediolanum obſidere: Auximum abundare iam copiis validiſſimis: et iis barbarorum praeſidiis, quae nobis poſſint obſiſtere, multa alia teneri loca ad Vrbem vsque veterem, Romae vicinam. Itaque, cum hoſtium quadam veluti corona cingamur; in maiori, quam ante, periculo res modo verſantur noſtrae. Praetereo, quod fama fert, arma Francos ipſos in Liguria ſociaſſe cum Gotthis —. Quamobrem, aio, partem exercitus in Liguriam et Mediolanum mitti oportere; dum reliqui Auximum hoſtemque ibi poſitum petent —, deinde coeptis aliis bellicis admouendam eſſe manum, prout optimum factu commodiſſimumque videbitur.

'At Narſes' —, Cenſeo, inquit, non eſſe pretium operae, Caeſareum hunc omnem exercitum in duas tantum vrbes Auximum et Mediolanum intendere. Tu certe, quos voles, Romanos eo duc: nihil vetat. Nos vero prouinciam Aemiliam, de qua maxime laborare dicuntur Gotthi, recuperabimus imperatori, et Rauennam adeo infeſtabimus, vt, quidquid libuerit, in hoſtes patraturi ſitis vobis oppoſitos, illis auxilii ſpe intercluſa. At ſi Auximum obſidere vobiscum placeat; vereor, ne effuſi Rauenna barbari nos eo redigant, vt hinc inde oppugnemur, et ab hoſtibus commeatu prohibiti, illic pereamus. —

§. 222.

164. Id. ibid. c. 18. p. 430, 431.

a. C. 539.

§. 222.

Beliſarius itaque Peranium cum multis copiis Vrbemque Veterem eo conſilio mittit, vt oppidum obſideat. Ipſe exercitum ducit Vrbinum —. Vrbi iam proximi — Beliſarius qua vrbs ad orientem ſolem ſpectat, Narſes ad occidentem conſedit. — 'Beliſarius Gotthos ad deditionem per oratores hortatur'; verum illi valido loci poſitu, et annonae prouiſae copia confiſi, dicta repudiarunt, ac Romanos inde ſine mora faceſſere iuſſerunt. 'Hinc Beliſarius, diſcedente licet, vt Aemiliam in ditionem imperatoris redigeret, Narſete, vrbem oppugnare parat. Haec inter cum, qui vnicus erat Vrbini, fons ſponte exaruiſſet, et Beliſarius machinas muro admoueret', Gotthi Beliſario ea lege ſe permiſerunt, vt retenta incolumitate in ditionem imperatoris et militiam Romanam, iure caeteris communi et aequali conditione, transirent. 165.

§. 223.

Narſes — tenuit ſe Arimini, et Ioanni, vt cum omnibus copiis Caeſenam peteret, imperauit, 'qua ille fruſtra tentata, multisque, duce etiam Erulorum Phanotheo, amiſſis, inde progreſſus Forum Cornelii occupauit, et' vniuerſam Aemiliam in ius ac poteſtatem imperatoris redegit.

§. 224.

Vrbino circiter brumale ſolſtitium potitus Beliſarius, non expedire duxit tunc Auximum petere, 'vrbem egregie munitam, et praeſidio ac commeatu probe inſtructam, ſed Aratio Firmi hyemare iuſſo, vt inde barbaros viciniam incurſare prohiberet', ipſe ad Vrbem Veterem copias duxit, 'eamque, Gotthis fame preſſis, cepit' —. 166.

§. 225.

Poſteaquam Beliſarius Mediolanum ab Vraia barbarisque obſeſſum audiit, Martinum atque Vliarin a) eo miſit cum multis copiis 167.

 Marti-

165. PROCOP. de B. G. L. II. c. 19. p. 432, 433.
166. Id. ibid c. 20. p. 434-436.
167. Id. ibid. c. 21. p. 436-439.
a) Οὐλιαρὶν.

‘ Martinus ad Beliſarium ſcribit, exercitum Padum traiicere reformidare, cum ingentes eſſe in Liguria Gotthorum vires, et cum illis coniunctos maximo numero Burgundiones audierint, rogare igitur, vt Ioannem et Iuſtinum ex Aemilia auxilio mittat’. Interea dum ad traiectum Martinus cunctatur, et Narſetis mandata Ioannes expectat, ‘ obſeſſi, fruſtra ipſos ad eruptionem faciendam hortante Mundila’, accepta, quam hoſtes dederant, conditione, ſe atque vrbem permiſerunt. Atque ipſos quidem barbari a vexatione intactos in cuſtodia cum Mundila habuere: vrbem autem ſolo aequarunt, viris omnibus, ſine vllo aetatis diſcrimine, ad trecenta minimum millia, peremtis, et multatis libertate foeminis; quas Burgundionibus donarunt, praeſtitum auxilium remunerantes.—

Exin Gotthi, caeteris vrbibus, quae Romana praeſidia habebant, deditione captis, vniuerſam Liguriam recepere. Martinus et Vliaris Romam cum exercitu reuerſi ſunt.

§. 226.

168\. ‘ Dum Beliſarius, exacta iam hyeme, agrum Picenum cum vniuerſo exercitu petit, quae Mediolani contigerant cognouit, et omnia ad imperatorem perſcripſit’, qui cognito Beliſarii et Narſetis diſſidio, hunc extemplo reuocauit, bellumque vni Beliſario dedit. ‘ Narſete vero Byzantium diſcedente, Eruli defectione facta, ſe contra Gotthos nunquam laturos arma iurarunt, ſed breui poſt poenitentia ducti ad officium redierunt’ o).

§. 227.

At Vitigis et qui ipſi aderant Gotthi, cum aduerſum ſe et Rauennam primo vere venturum Beliſarium audiiſſent, quoniam ſe ſolos hoſti viribus impares ſentiebant, conſtitutum eſt, vt aliorum auxilia barbarorum accerſerent, Germanis p), quorum fraudes ac perfidiam experti iam fuerant, praetermiſſis, eo contenti, vt in ſe arma non ferrent iſti cum Beliſario, ac neutri parti fauerent.

168\. Id. ibid. c. 22. p. 440, 441.

o) locum integrum vide in *Erulicis* §. 32.

p) Francos intelligit Procopius, cfr. quae ſupra ad §. 177. ex eodem attuli Procopio.

reat. Tum ad Vacin Langobardorum regem legatione miſſa, grandique oblata pecunia, ad ſocietatem inuitant. Vbi vero illum arcto amicitiae et foederis vinculo imperatori coniunctum eſſe perſpexerunt legati, re infecta redierunt.

Inſcius proinde Vitigis, quid ex re conſtitueret, ſeniorum coetus cogebat aſſidue, eosque rogitabat, quo tandem conſilio, qua via res melius proceſſurae eſſent. Inter eos, qui ad deliberandum conueniebant, ʻquidam obſeruauit', imperatorem Romanum nunquam ante barbaris occidentis bellum inferre potuiſſe, niſi poſt compoſitam cum Perſis ab ipſo et orientis regibus pacem. Tunc enim Vandalos ac Mauros periiſſe, et Gotthis incidiſſe quae iam paterentur. ʻItaque et nunc Perſas contra Iuſtinianum concitandos eſſe cenſuit'.

§. 228.

Quae cum Vitigis caeterique Gotthi probaſſent; legatos ad Choſroem, Medorum regem, deſtinare placuit, non Gotthos genere, ne ſua ipſi forma proditi agnitique, coeptum turbarent; ſed Romanos, qui ipſum Iuſtiniano Aug. infenſum redderent. Quamobrem ad nauandam huic rei operam multa induxere pecunia ſacerdotes Ligures duos: quorum alter, qui praeſtantior videbatur, Epiſcopum habitu ac nomine mentiens, legati munus ſuſcepit, altero tanquam miniſtro comitante. Vtrumque Vitigis miſit cum literis ad Choſroem ſcriptis: quibus Choſroes permotus, ʻRomanis bellum intulit'.

§. 229.

Iuſtinianus vero Aug. intellecto Choſrois conſilio, ſuſceptum in occidente bellum decreuit quamprimum componere, et Beliſarium accire Byzantium, vt in Perſas exercitum duceret. Ac Vitigis legatos, qui adhuc erant Byzantii, remiſit ſtatim, pollicitus miſſurum ſe Rauennam viros, qui pacem cum Gotthis pangerent, vtriusque gentis rationibus accommodatam. Hos autem legatos Beliſarius non ante hoſtibus dimiſit, quam ab ipſis Athanaſius et Petrus dimiſi ſunt. —.

Porro hyemis exitus *quartum clauſit annum belli Gotthici.*

§. 230.

Imp. IVSTINIANO I.

§. 230.

a. C. 540.

HABEBAT in animo Beliſarius Auximum ac Faeſulas prius ex-
169. pugnare, itaque demum Vitigin petere et Rauennam ſummotis hoſtibus, vt nemo obſiſtere, neque a tergo infeſtus venire poſſet.

'Quare Cypriano et Iuſtino, qui Faeſulas expugnarent, Martino vero et Ioanne, qui, ne ipſe cum ſuis ab Vraia eiusque copiis, Mediolano effuſis, peteretur, curam intenderent, miſſis', ipſe cum virorum XI. M. vrbem Auximum attigit. — Hic militiae florem Gotthicae Vitigis in praeſidio collocauerat, ſatis coniiciens, Romanos, niſi prius hanc vrbem caperent, nunquam auſuros infeſto exercitu Rauennam tendere.

'Hic dum Romani leuibus proeliis cum Gotthis, pabulatum egreſſis, pugnant, et Gotthi rei cibariae inopia laborare incipiunt, hi fallentes Romanos ad Vitigin tabellarios mittunt, auxilium rogaturos. Quos Vitigis', ſuppetias Auximo cum omni exercitu ſe laturum pollicitus, dimiſit: verum poſtea, re multum perpenſa, nihil mouit. Nam et a Ioanne, in terga haerente, ſe interceptum iri ſuſpicabatur: et, magnis bellicoſorum virorum copiis ſuccinctum eſſe Beliſarium, autumans pauebat. Inprimis ipſum ſollicitum habebat fames; cum neſciret, vnde exercitui cibaria ſuppeditaret. —

§. 231.

170. 'Cypriano vero et Iuſtino Faeſulas obſidione vrgentibus', barbari annona defecti, et in magnas adducti anguſtias, ad Vitigin, hoſte nihil perſentiſcente, deſtinant, qui promptum petant auxilium, haud diutius reſtituris. Vraiae mandat Vitigis, vt cum Liguriae copiis in agrum Ticinenſem ſe conferat: atque ita factum iri aſſeuerat, vt ipſe obſeſſis adſit cum omnibus Gotthorum copiis. Ille dicto audiens, vniuerſum exercitum, quem ſecum habebat, Ticinum duxit. Tranſito Pado flumine, Romanis caſtris appropinquarunt, ſuaque ex aduerſo locarunt, ſtadiorum LX. ſolum ſpatio interiecto. Neutri initium pugnae fecerunt. Romanis enim ſatis

169. PROCOP. de B. G. L. II. c. 23. 24. p. 442-446.

170. Id. ibid. p. 446, 447.

ſatis videbatur, ſi impedirent quominus hoſtis ad obſeſſores contenderet: barbaris graue erat ibi pugnare, animo cogitantibus, ſi illud proelium male cederet, ſe rem Gotthicam funditus euerſuros; amiſſa videlicet facultate ferendi obſeſſis opem iunctis cum Vitige viribus. —

§. 232.

Interea Franci, cum Gotthorum ac Romanorum vires bello 171.
hoc imminutas audirent, et ea re magnam Italiae partem facillime ſe occupaturos crederent, 'fidei, quam Gotthis aeque ac Romanis obſtrinxerant, ſecuri', coacti ſtatim ad centum millia, Theodeberto duce, expeditionem in Italiam ſuſceperunt —. 'De quorum aduentu certiores facti Gotthi, exultarunt, ingenti ſpe elati, cum eos ſibi auxilio venire, ſeque in poſterum citra pugnam hoſtium potituros arbitrarentur'. Quamdiu in Liguria fuere Germani, Gotthis male nusquam fecere, ne ab illis Padi tranſitu prohiberentur. Cum autem vrbem Ticinum attigiſſent, — ponte occupato, quos ibi inuenere Gotthorum liberos et vxores immolarunt, eorumque corpora in fluuium, tanquam belli primitias, proiecerunt. 'Poſtea aperte Gotthos adorti, magna eorum edita ſtrage, eos in fugam coniecerunt. Quo facto, Gotthi' per ipſa adeo Romanorum caſtra Rauennam petierunt citato curſu. — q)

§. 233.

Gotthi vero, qui erant Auximi, Francorum aduentu nondum 172.
cognito, tam longa feſſi expectatione vocati Rauenna auxilii, iterumque obteſtari volentes Vitigin, cum hoſtium cuſtodias non poſſent fallere, 'Burcentium, militem Romanum, multa pecunia inductum ad Vitigin cum literis, quibus ſuppetias rogabant, mittunt. Ad quae Vitigis, ſe, huc vsque Francorum irruptione impeditum, proxime ipſis auxilia miſſurum reſcribit. Gotthi aliquamdiu

171. Id. ibid. c. 25. p. 447—449.

q) Franci, victis etiam proelio Romanis, breui poſt, morbo quodam per eorum exercitum graſſante, domum redierunt.

172. Id. ibid. c. 26. 27. p. 449—458.

r) cuius fraudem poſtea Gothus quidam, a Slauo captus, aperuit. vide *Slauica*.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 540.

diu vana promiſſi auxilii ſpe lactati, tandem, cum Faeſulas quoque a Romanis captas didiciſſent, miſere de deditione nuntios [2] et pacto conuenit, vt Romani dimidiam pecuniarum partem inter ſe diuiderent; Gotthi, altera retenta, in ius ac ditionem imperatoris venirent. — Itaque diuiſa omni pecunia, occuparunt Romani Auximum; barbari imperatoris copiis ſeſe admiſcuerunt.

§. 234.

Potitus Auximo Beliſarius, Rauennam obſidere contendit, eoque omnes copias ducit. Praemiſſo illuc cum manu valida Magno
173. iniungit, vt Padi ripam continenter obeundo, Gotthos ea parte commeatibus intercludat. Vitalius, qui ex Dalmatia cum copiis aduenerat, alteram fluminis ripam inſedit. [c] Haec inter cum Gotthi magnam ſcapharum vim in Padum deduxiſſent, iis frumentum et alios commeatus Rauennam aducturi, fluuius ita decreuit, vt nauibus impar ferendis eſſet, et Romani ſuperuenientes eas omnes caperent. Vnde cibariorum penuria laborare coeperunt barbari [2].

§. 235.

De his certiores facti Francorum reges, quibus in animo erat Italiam adiungere ditioni ſuae, ad Vitigin legationem mittunt, pollicentes belli ſocietatem, ea conditione, vt Italiae cum ipſo imperent. Quod vbi audiit Beliſarius, legatos et ipſe deſtinat Germanis contradicturos; Theodoſium videlicet domus ſuae praefectum aliosque. —

' Vitigis audita vtrorumque oratione', longa cum Gotthorum optimatibus conſultatione, cum imperatore paciſci maluit, et Francos inanes remiſit. Ex eo die Romani et Gotthi inter ſe legatos de pace miſſitarunt, nihilo interea ſegnius inuigilante Beliſario, ne barbari commeatus acciperent. Horrea praeterea publica Rauennae, ciuium quodam ad id pecunia inducto, igni iniecto corrupit; quod alii de ſententia Mataſunthae, vxoris Vitigis, factum eſſe perhibent, [2] alii caſu ictu fulminis id contigiſſe exiſtimabant. —

§. 236.

173. Id. ibid. c. 28. p. 455—458.

a. C. 540.

§. 236.

ᵉ Caſtella in Alpibus Cottiis Gotthi magno numero, viri fortes cum vxoribus et liberis incolebant, ac praeſidiis tenebant. Thomas a Beliſario cum paucis eo miſſus, *Siſigin*, qui illius tractus praeſidiis imperabat, in deditionem accepit. Qua Siſigis defectione cognita Vraias, qui Rauennae ſuccurrere properabat, cum omni exercitu ad Alpes Cottias venit, et Siſigin ac Thomam obſidet. Romani vero nouis, Ioanne ac Martino ducibus, aucti copiis cum Alpina caſtella deditione cepiſſent plurima, Gotthorumque, qui Vraiam ſequebantur, multi ad Romanos deficerent, hic cum parua manu re infecta in Liguriam reuerſus, ibi ſubſedit.' At Beliſarius arbitratu ſuo Vitigin et Gothicam nobilitatem Rauennae arctius in dies premebat.

§. 237.

Tunc temporis affuere imperatoris legati, Domnicus et Maximinus, ſenatores ambo, his pacem facturi conditionibus: vt Vitigis, regiae gazae retenta parte dimidia, in Transpadanis oris regnaret; imperator alteram gazae partem et ab omnibus Ciſpadanis annuum vectigal acciperet. Legati, communicatis cum Beliſario Auguſti literis, Rauennam iuere: quibus Gotthi ac Vitigis, cognito eorum aduentus conſilio, lubentiſſime promiſerunt, pacem ſe iisdem conditionibus pacturos. 173.

§. 238.

Quod vbi reſciit Beliſarius, dolore exarſit, grauiſſime ferens, quod, cum poſſet nullo negotio plenam adipiſci victoriam et Byzantium Vitigin captiuum deportare, neutrum ſibi permitteretur. Poſtquam Rauenna ad ipſum legati reuerſi ſunt, pacta conuenta ſuis confirmare literis noluit. Quo Gotthi cognito, in animum induxerunt, ſibi a Romanis fraudulenter offerri pacem, deque illis peſſime ſuſpicari coeperunt. Quin etiam praeciſe negarunt, ſe pactionem cum ipſis conflaturos, niſi illam Beliſarius manu ſua ac iureiurando ſanciret.

173. PROCOP. de B. G. L. II. c. 29. p. 458.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 540.

174. 'Beliſarius fruſtra idoneas, cur pacem repudiet, cauſas afferens, a ducibus ſtudii nouarum rerum accuſatur, his praeterea, poſtulante id Beliſario, ſe bello vincendis hoſtibus impares eſſe, tabella declarantibus'.

§. 239.

Dum haec in Rom. caſtris aguntur, interea Gotthi fame preſſi fractique aerumnis, Vitigis, vtpote infeliciſſimi, dominatum grauiter ferebant; ſe tamen imperatori permittere dubitabant: hoc vnum veriti, ne, poſtquam in poteſtatem eius veniſſent, ex Italia migrare, et Byzantium deportati, ibi manere cogerentur. Quicunque igitur inter Gotthos prudentia et authoritate pollebant, de communi ſententia ſtatuerunt imperium occidentis decernere Beliſario. Ad id ſubmittunt, qui ipſum rogent, vt capeſſat imperium: id ſi fecerit, libenter ſe ipſi acceſſuros affirmant.

'Beliſarius a tyrannide licet alieniſſimus, ſimulauit tamen ſe auribus facile admittere, quae proponerent barbari, clam etiam ipſo, vt id faceret, inſtante Vitige'.

§. 240.

175. 'Beliſarius ſuo Vitigin, Gotthos totamque Italiam imperatori ſubiiciendi, cum ducibus communicato conſilio', mox quosdam e familiaribus ſuis ad Vitigin et Gotthorum proceres deſtinat, mandatque, promiſſa efficerent. Cum autem fames rem in aliud differre tempus non fineret, ſed ingraueſcens ad id ſtimularet; legatos ad Rom. caſtra iterum mittunt, iuſſos nihil multitudini aperire, ſed remotis arbitris fidem accipere a Beliſario, eum nihil mali ipſorum cuiquam irrogaturum, et Italorum Gotthorumque in poſterum futurum regem: his ita compoſitis, Rauennam cum ipſo ac Romano exercitu venire.

Caetera Beliſarius omnino ita, vt legati poſtulabant, ſe praeſtiturum iurauit: quod ad regnum attinebat, ſe Vitigi ipſi et Gotthorum proceribus iusiurandum daturum dixit. Hic oratores ipſum rati nunquam repudiaturum imperium, at id maxime omnium concupiſcere, hortantur, vt ſecum e veſtigio Rauennam intret.

174. Id. ibid. p. 459. 175. Id. Ibid. p. 460.

a. C. 540.

§. 241.

'Beliſarius, claſſe exercituque inſtructis, cum Rauennam venit', foeminae, quae a maritis audierant 'Romanos mole corporum valere, et hoſtibus praeſtare numero[s]', cunctae conſputabant virorum ora, quos omnes in vrbe ſedere viderant, et victores monſtrantes manibus ignauiam exprobrabant. 176.

Vitigin Beliſarius in cuſtodia habuit honeſta ac liberali, et barbaros, qui cis Padum fl. habitabant, ſuos agros inuiſere, et ad arbitrium colere iuſſit. Inde enim nihil hoſtile ſuſpicabatur, neque ibi Gotthos vnquam coituros putabat, quod tractum illum non exigua parte Romani exercitus ante inſediſſet. Statim illi lubentibus animis iuere: itaque Romani iam fuere in tuto, vt qui numero Gotthis in vrbe non cederent. Deinde opes palatii cepit, imperatori portandas. Gotthorum neminem nec ſpoliauit ipſe, neque a quoquam ſpoliari paſſus eſt: ſed eorum quisque fortunas ſuas ex pacto et conuento ſeruauit.

§. 242.

Poſtquam barbaris, qui in locis munitiſſimis praeſidium agitabant, fama nuntiauit, Rauennam et Vitigin in poteſtate Romanorum eſſe; legatos miſerunt ad Beliſarium, vt ſe, et quae obtinebant loca, ipſi dederent. Ille omnibus animo propenſiſſimo data fide, Taruiſium et alia quaeque ſibi ſubdidit Venetorum munimenta. Caeſenam, quae in Aemilia reſtabat ſola, prius, eodem nimirum tempore, quo Rauennam, ſubegerat.

Ac Gotthi quidem omnes horum locorum praefecti, ſtatim poſt acceptam fidem, contuiere ſe ad Beliſarium, et cum eo manſere. ILDIBADVS vero, vir primarius, qui praeſidio Veronenſi

 prae-

175. Id. ibid. p. 461. Horum breuiſſime meminit Conſtantinus Manaſſes p. 65. *Idem* [Beliſarius] *Romam veterem Romanis recuperauit, quum a Gotthis capta foret: quorum etiam regem potentiſſimum maximeque terribilem, viuum in poteſtatem redegit, ac pedicis conſtrinxit.*

s) μεγαλȣς τε τα σωματα, και ἀριθμῳ κρεισσȣς τȣς πολεμιȣς ἐιναι. verte: *hoſtes mole corporum valere, et praeſtare numero.*

praeerat, cum eadem, qua caeteri, ratione ad Beliſarium legatos ideo miſiſſet, quia Beliſarius ipſius filios, quos Rauennae inuenerat, retinebat; Rauennam ipſe non petiit, neque in Beliſarii poteſtatem venit. Nam ei caſus quidam incidit, de quo mox dicam.

§. 243.

177. ᶜHis ita geſtis, Auguſtus non tam inimicorum calumniis, quam vrgente iam bello Perſico impulſus, Beliſarium Byzantium reuocat². Tum Gotthi, qui trans Padum fluuium et Rauennam habitabant, allato nuncio, reuocari ab Auguſto Beliſarium, ᶜet iam magno ſtudio profectionem parare² vno conſenſu in vrbem Ticinum *Vraiam*, ex ſorore nepotem Vitigis, conueniunt, ᶜipſumque, qui harum calamitatum, cum ſua auctoritate tam inertem atque infelicem tamdiu ſuſtentarit principem, cauſa exſtiterit praecipua, regnum vt ſuſcipiat hortantur. Vraias, ſe et omine parum fauſto, cum ad propinquos infortunia propagari putentur, nec ſine ſcelere auunculi regnum occupaturum oſtendens², Gotthorum regem in extremum iſtud diſcrimen deligendum eſſe Ildibadum [cenſet], ſumma virum fortitudine et nauitate ſingulari: qui, vt appareat, in belli ſocietatem *Theudin* auunculum, Viſigotthorum regem, propinquitatis vinculo petracturus ſit. Itaque ſe meliori cum ſpe hoſtem armis petituros.—

Vraiam ea ſuaſiſſe, quae maxime expedirent, Gotthi omnes cenſuerunt.

§. 244.

Protinus Verona accitus Ildibadus affuit: quem cum induiſſent purpura, regem ſalutarunt, rogaruntque vt praeſenti rerum ſtatui conſuleret.

Ita rex factus Ildibadus, pauſo poſt conuocatis Gotthis omnibus, ᶜeos a temeritate procul abeſſe, et² cum ipſo prius Beliſario agere et dare operam iubet, vt ad priſtinam pactionem ſe referat, tum demum ad ea progredi, quae ſecundo loco agenda ſint. ᶜSen-
178. tentiam Ildibadi probarunt Gotthi, et Rauennam legatos propere miſe-

177. PROCOP. de B. G. L. II. c. 30. p. 452, 453.

178. Id. ibid. p. 464.

a. C. 540.

miſerunt. qui violatam promiſſi fidem exprobrantes, hortantur, ne dignitatem ſupremam reſpuat; affirmant, venturum vltro Ildibadum, poſitaque ad pedes purpura, regem Gotthorum atque Italiae agniturum adoratione Beliſarium. — At ille praeter eorum expectationem negauit plane, vſurpaturum Beliſarium regis nomen, quamdiu Iuſtinianus Aug. viueret. Quo audito, digreſſi ſtatim legati, rem omnem Ildibado renuntiarunt.

Beliſarius Byzantium profectus eſt, et cum hyeme *annus quintus exiit belli Gotthici.*

§. 245.

a. C. 541.

Ita Beliſarius, rebus adhuc ſuſpenſis, Vitigin, Gotthorumque proceres, Ildibadi liberos, regiasque opes omnes Byzantium deportauit —. 179.

Vitigin cum vxore et liberis laetis oculis aſpexit Iuſtinianus Aug. et barbarorum agmen, corporis forma ac mole praeſtantium, miratus eſt. Poſtquam Theoderici gazam, ſpectatu ſane dignam, in palatium accepit; ſenatui quidem contemplandam propoſuit apud ſe, rerum geſtarum magnitudinem glorians: at neque illam exhibuit multitudini, nec triumphum Beliſario decreuit, vti fecerat, cum ille ex Africa rediret, Gelimeris et Vandalorum victor. Nihilo minus tamen in ore omnium vigebat Beliſarius, duas adeptus victorias, quales nemo vnquam antea retuliſſet: quippe qui captiuos reges duos aduexiſſet Byzantium: praeter opinionem in Romanorum manus adduxiſſet progeniem ac theſauros Gizerici et Theodorici, quibus regibus inter barbaros nemo vnquam fuit illuſtrior: receptas ex hoſtibus diuitias reip. reſtituiſſet: atque exiguo tempore dimidiam fere et terrae et maris partem imperio recuperaſſet. — illius in publicum egreſſus pompae erat magnificentiſſimae ſimilis, cum ingens Vandalorum, Gotthorum ac Maurorum caterua ipſum vsque comitaretur. —

179. PROCOP. de B. G. L. III. c. 31. p. 465, 466.

CAPVT VIII.

Imperia Ildibadi, Erarici et Totilae;
ſeu
Res ab anno 6to vsque ad 18um belli Gotthici geſtae.

ab a. C. 541—553.

a. C. 541.

§. 246.

180. Vbi profectum Rauenna Beliſarium pelago prouehi Ildibadus comperit, ad ſe omnes collegit barbaros, ac Romanos milites, quibus rerum placebat nouitas. Firmandae dominationi curam adhibebat maximam, et ad recuperandum Gotthis regnum Italiae ſtudium omne conferebat. Principio non amplius mille eum ſequebantur, vnamque admodum vrbem Ticinum habebat. Deinde quicunque in Liguria et in agro erant Veneto, paulatim ad illum ſeſe applicuerunt, 'Italorum animos a Iuſtiniano abalienante ſuis indigniſſimis exactionibus Alexandro logotheta'. Nec iam militum quisquam belli aleam ſubire volebat: ſed hoſtium res plurimum promouebat ignauia voluntaria.

Quocirca duces nihil mouebant, excepto Vitalio; qui cum in agro Veneto, praeter alias copias, multos ſecum haberet Eru-
181. los, auſus eſt cum Ildibado pugnare, veritus, ne is poſtmodum, quod et contigit, magnas adeptus vires, non poſſet amplius reprimi. Acerrimo ad vrbem Taruiſium facto proelio, Vitalius inſigniter victus aufugit, ſeruatis ſuorum paucis; pluribus amiſſis ibi. In hoc certamine luculenta fuit Erulorum clades, qua inuolutus eſt ipſorum princeps Viſandus. Theudimundus, Mauricii, qui Mundum patrem habuit, filius, adhuc adoleſcentulus, in extremum diſcrimen venit; elapſus tamen eſt cum Vitalio. Ea victoria nomen Ildibadi imperatori atque omnibus longe ac late notuit.

180. Id. ibid. p. 468. 181. Id. ibid. p. 469. 470.

a. C. 541.

§. 247.

Deinde in Ildibadi offenſionem Vraias ex hoc incurrit. Erat Vraiae coniux inter hos barbaros cum diuitiis, tum corporis forma omnium facile princeps. Aliquando ad balneum proceſſit, mundo ornata ſplendidiſſimo, et ingenti famulantium agmine ſtipata. Ibi vxorem Ildibadi conſpicata, vilibus indutam veſtibus, non demiſſe, vt regiam coniugem, ſalutauit; ſuperbius deſpectam affecit contumelia. Et vero res domi anguſta adhuc erat Ildibado; vtpote cui opes regiae non obtigerant. Indignitatem iniuriae non ferens vxor Ildibadi, dolore exarſit: mox virum adit lachrymans, rogatque vt ſibi, ab Vraiae coniuge indigniſſimis modis habitae, vltor adſit. Quare Ildibadus Vraiam primo apud barbaros criminatus transfugium ad hoſtes parare, paulo poſt dolo occidit.

Hinc Gotthorum collegit odium, aegre ferentium, tam inconſiderate e medio ſublatum Vraiam. Iamque inter ſe multi coitione facta admiſſum ſcelus exprobrabant Ildibado: nemo tamen caedis huius poenas ab ipſo petere volebat. Erat in eorum numero *Vlas*, natione Gepaes, protectoribus regis adſcriptus, qui ſponſam ſibi ab alio, concedente Ildibado, ereptam eſſe indigniſſime ferens, regem inter epulas occidit. Sic demum Ildibadus Vraiae necem luit, hyemisque exitus *annum ſextum clauſit belli Gotthici*.

§. 248.

a C. 542.

QVIDAM erat in Gotthorum exercitu ERARICVS, natione *Rugus* [a], inter hos barbaros praepotens. 182.

Rugi autem *gens Gotthica*, ſuis olim viuebant legibus. Aggregati vero cum nonnullis aliis populis ad Theodericum ipſius regni primordio, in vnum corpus coaluerunt, atque ex eo rem bellicam in commune ſemper tractarunt. Vitatis tamen mulierum alienarum connubiis, nationis ſuae nomen pura ſobolis ſucceſſione apud ſe conſeruarunt.

Ildi-

182. PROCOP. de B. G L. III. c. 2. p. 470. a) Ῥογος.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 542.

Ildibadi nece turbatis rebus, Eraricum hunc Rugi declararunt ſubito regem. Quod adeo non Gotthis placuit, vt pleroſque coniecerit in moerorem grauiſſimum; quaſi iam nihil reſtaret ſpei, oblatae antea ab Ildibado, qui Gotthos in dominatum regnumque Italiae reſtituere poterat.

§. 249.

Porro Eraricus nihil egit memoria dignum: et cum in regno menſes vixiſſet quinque, ſic mortem obiit.

Totilas quidam erat, Ildibadi ex fratre nepos, quem eximia prudentia et nauitas ſingularis Gotthis commendabat plurimum. Hic tunc temporis Gotthis, qui erant Taruiſii, praefectus, audita, de qua diximus, Ildibadi caede, Rauennam ad Conſtantianum miſit, qui incolumitatis fidem ſibi peterent, pollicenti, ſe et Gotthos, quibus praeeſſet, in Romanorum ius ac poteſtatem cum vrbe Taruiſio conceſſuros. Conſtantianus, his libenter auditis, poſtulata omnia Totilae rata habuit interpoſito iureiurando. Conſtituerunt inter ſe diem, qua Totilas et Gotthi, qui Taruiſium praeſidio te-
183. nebant, quemdam ex amicis Conſtantiani in vrbem acciperent; et cum ea ſe ipſi dederent.

§. 250.

Iam vero Gotthis graue erat imperium Erarici, quem bello cum Romanis gerendo videbant imparem: ac plurimi conuiciis eius os verberabant, quod magnis ipſorum coeptis obſtitiſſet, ab Ildibadi obitu. Denique de communi ſententia Taruiſium mittunt, qui Totilam ad regnum inuitent. Iam enim regis Ildibadi deſiderio flagrantes, in conſanguineum ipſius Totilam victoriae ſpem conuertebant, ac forte ſperabant vt illi idem animus eſſet. At ille pactione, quam cum Romanis fecerat, ſine vllis ambagibus patefacta, iis, qui ad ſe venerant, promiſit, ſi Gotthi Eraricum occiderent citra diem cum Romanis condictum, ſe ipſis aſſenſurum, facturumque omnia, vti vellent. Quae cum barbari audiiſſent, Erarico perniciem machinari coeperunt.

§. 251.

183. Id. ibid. p. 471.

a. C. 542.

§. 251.

Dum haec in Gotthorum caſtris aguntur, interea Romanae copiae, hoſtium ſecurum otium nactae, nec coibant, nec inibant conſilium patrandi quidquam in barbaros.

Eraricus vero, conuocatis Gotthis omnibus, ad eos retulit de mittendis ad Iuſtinianum Aug. oratoribus, qui pacem eadem conditione peterent, qua antea Vitigi concedere voluiſſet: nimirum vt Gotthi, retenta Transpadana regione, reliqua Italia cederent. Poſtquam aſſenſi ſunt Gotthi, Caballarium ille aliosque nonnullos, ex intimis delectos, legatos miſit, in ſpeciem quidem de iis, quae proxime dixi, cum imperatore acturos; clam autem iuſſos hoc vnum cum eo transigere, vt ipſe multa donatus pecunia et aſcriptus patriciis, Italiam omnem traderet, regnique inſignia abdicaret. Quae quidem legati, vbi fuere Byzantii, confecerunt; at hoc interim ſpatio Eraricum ex inſidiis Gotthi perimunt; eoque mortuo, TOTILAS ex compacto regnum obtinet.

§. 252.

POSTEAQVAM quid Erarico accidiſſet, regemque a Gotthis creatum Totilam reſciit Iuſtinianus Aug. exercitus duces, qui in illis erant partibus, incuſare ignauiae et vrgere non deſtitit. 'Quare duces Rom. omnes', in ſingulis vrbibus relictis praeſidiis, conuenere Rauennam—. Coacto conſilio, ſatius viſum eſt, ante omnia Veronam—infeſto exercitu petere, eaque capta, cum ipſius praeſidio Gotthico Totilam ac Ticinenſes inuadere. 184

'Romani caſtris non procul Verona poſitis, Marciani, viri inter Venetos nobilis, opera cuſtode corrupto, portaque ab ipſo aperta, vrbem pauci ingrediuntur', caeteri murum aſcendunt, et poſitos ibi vigiles incautos opprimunt ac trucidant. Alia porta Gotthi omnes, cognito infortunio, euadunt. Surgit pro moenibus collis admodum celſo vertice, vnde quidquid in vrbe fit deprehendere, et eorum, qui ſunt intus, inire numerum, longe etiam ac late campi aequor proſpicere licet. 'Quo cum Gotthi euaſiſſent, et

184. PROCOP. de B. G. L. III. c. 3. p. 472, 473.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 542.

et paucos tantum, ducibus de opibus vrbis diuidendis lite diſtentis, vrbem occupaſſe cernerent, curſu in eam delati, Romanos, numero obrutos, per muros fuga ſaluti cogunt conſulere ᵃ.

§. 253.

185. De his, quae Veronae contigerant, certior factus Totilas, Gotthorum, qui in illa vrbe erant, magnam partem accerſit, atque vbi affuere, copias omnes, ad quina millia collectas, in hoſtem duxit.

ᶜDe his certiores facti Rom. duces dum in contrarias diſtracti ſententias tempus terunt, Gotthorum appropinquat exercitus. Cum ad traiectum fluminis ventum eſt, Totilas ſuos ad fortiter pugnandum hortatus, trecentos eorum tranſito flumine hoſtes a tergo adoriri iubet ᵃ, ipſe illico cum reliquis copiis traiecto amne, ad hoſtes recta contendit. E veſtigio Romani obuiam eunt; iamque in conſpectu proxime vtrique ſteterant, cum vir Gotthus, *Viliaris* nomine, ᶜante aciem cum Artabaze ſingulari certamine congreditur. quo licet Gotthum ſtrauiſſet Artabazes, tamen et ipſe vulneratus, Romanorum ᵃ rebus haud parum nocuit, in eo certamine ad pugnandum factus inutilis. Nam illo extra teli iactum curante vulnus, coortae ſunt in proelium acies: quo feruente, trecenti barbari, pone Romanum exercitum progreſſi, repente apparuerunt. Conſpicati illos Romani, ᶜſtatimque in fugam verſi, ingenti a Gotthis clade affecti ſunt ᵃ.

§. 254.

186. Haud multo poſt aduerſus Iuſtinum et vrbem Florentiam Totilas exercitum miſit, eique duces praefecit Gotthorum bellicoſiſſimos *Bledam*, *Rodericum*, atque *Vliarin*. Qui cum perueniſſent Florentiam, caſtris circum moenia poſitis, obſidionem capeſſunt. Iuſtinus eo turbatus, quod nullos commeatus ſibi prouidiſſet, Rauennam mittit, qui promptum—auxilium petat. ᶜValidam itaque mittentibus Romanis ducibus exercitum, Gotthi, re cognita, obſidionem ſoluunt, et Mucellam vsque recedunt. Ioannes et Romani hoſtem inſecuti cum illo proelium ineunt, quo victi Romani, cum Ioannem

oc-

185. Id. ibid. c. 4. p. 474, 475. 186. Id ibid. c. 5. p. 476—478.

a. C. 542.

occubuiſſe putarent, fugam faciunt'. Nec iam amplius communicabant inter ſe [Rom. duces], neque illis animus erat ſociare in hoſtem vires: ſed muros quisque ſuos fouebat, ſeque ad obſidionem parabat, metuens, ne a barbaris peteretur. Totilas vero captiuos prolixi animi ſignificatione ita ſibi deuinxit, vt plerique poſtmodum in Romanos ei ſponte militauerint. Exacta hyeme *annus finitur ſeptimus belli Gotthici.*

§. 255.

a. C. 543.

DEINDE Totilas Caeſenam ac Petram caſtella cepit. 'Tuſciae oppidis fruſtra tentatis, traiecto Tiberi in Campaniam ac Samnium repente ingreſſus, Beneuentum captum ſolo aequauit, ne aduectae Byzantio copiae inde Gotthos infeſtarent. Deinde Neapolitanos, ipſum recuſantes in vrbem accipere, obſidere conſtituit'. Atque ipſe quidem haud procul moenibus caſtra metatus, cum maiori parte exercitus manſit: miſſa vero altera ad Cumanum caſtellum et caeteras munitiones, iis potitus eſt, magnamque inde pecuniae vim collegit: 'caeterum mira ſua humanitate magnam apud Romanos omnes laudem eſt conſecutus.' 187.

Cum autem nusquam hoſtis occurreret, exigua agmina identidem circummittendo, res egit momenti maximi. Brutios, Lucanos, Apulos Calabrosque in ditionem ſuam ſubiunxit: vectigalia exegit publica, et pecuniarios prouentus a locorum dominis in rem ſuam auertit, caeteraque conſtituit tanquam Italiae dominus, 'Romanis hac re ad ſummas redactis anguſtias'. 188.

§. 256.

Quae vbi imperator cognouit, 'continuo creatum praefectum praetorio Italiae Maximinum cum claſſe copiisque in Italiam miſit; qui ad Epirum appellens, ibi diutius ſine vlla cauſa haeſit.' Magiſtrum quoque militum poſtea imperator miſit Demetrium, 'qui Siciliae oris allapſus, naues frumento caeteraque annona onuſtas cogens, Neapoli ſuppetias laturus, nauigauit. Interim tamen Neapolin

187. Id. ibid. c. 6. p. 478. 188. Id. ibid. p. 479, 480.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 543.

polin appellere non auſus, ad Romae portum applicuit, ibique milites collegit, qui' iam a barbaris victi, eosque adhuc reformidantes, recuſarunt aduerſus Totilam et Gotthos vadere cum Demetrio. Vnde huic neceſſe fuit cum iis tantum, quos Byzantio adduxerat, ire Neapolin. ' Claſſem demum ad littus, non procul Neapoli, appulſam, ſuos in illam dromones immittens, Totilas perdit, caeſis Romanorum aliis, aliis captis'.

§. 257.

189. Poſtea Maximinus cum omni claſſe applicuit in Siciliam. ' Ibi cum diu ſediſſet, aegre tandem, et Neapolitanorum precibus et minis imperatoris motus, claſſem Neapolin mittit. Qua vento vehementi ad littus impulſa, naues nemine prohibente ingreſſi barbari, mactant, merguntque, quos volunt, capto quoque Demetrio militiae magiſtro. His ita geſtis, Demetrium, ad muros adductum, obſeſſos ad deditionem hortari iubet, et ipſe eos hortatur Totilas. Quibus tandem ſumma victus inopia coacti cedentes obſeſſi', paulo poſt in vrbem Totilam ac barbaros acceperunt. Simul hyems, ſimul *annus octauus belli Gotthici deceſſit.*

§. 258.

a. C. 544.

190. NEAPOLI potitus Totilas, eam captis praeſtitit humanitatem, quae nec in hoſtem, nec in barbarum cadat. Cum enim Romanos cepiſſet ſic affectos inedia, vt iam corporibus vires abſceſſiſſent, veritus, ne repente ingeſto, vt ſit, ad ſatietatem cibo, praefocarentur, hoc conſilium iniit. Cuſtodiis ad portum et portas diſpoſitis, edixit, ne quis exiret. Ac cibos ipſe prouida parſimonia infra appetentiae modum praebebat omnibus, aliquid quotidie ſic adiiciens, vt acceſſio ſenſum ſuffugere videretur. Ita demum confirmatis eorum viribus, portas pandit et cuique eundi, quo libitum eſſet, copiam fecit.

Cono-

189. PROCOP. de B. G. L. II. c. 7. p. 481, 482.

190. Id. ibid. c. 8. p. 483, 484.

a. C. 544.

Cononi eiusque militibus, quibus manere ibi non placuit, in naues impoſitis, curſum liberum dedit. Illi redire Byzantium pudore prohibiti, ſine mora nauigare Romam volebant. Cum autem inde ſoluere aduerſus ventus non ſineret, angebantur metu, ne victoria Totilam ad ſpernendam promiſſi fidem adduceret, et ab ipſo peſſime haberentur. Id perſentiens Totilas, omnes ad ſe conuocatos ſolari coepit, et fide verbis grauioribus confirmata, bono iam eſſe animo iuſſit, et cum Gotthorum exercitu ſine vllo metu verſari; emere cibaria, ac ſi quid praeterea opus haberent, ab ipſis, tanquam ab amicis, accipere. Multo tempore elapſo, et vento tamen adhuc reflante, equos illis ac iumenta praebet, largitur viaticum, et profectionem expedit Romam verſus, additis e Gotthorum flore nonnullis, qui ipſos deducant.

§. 259.

Ipſe quoque diſceſſit, poſtquam Neapolis muros aequauit ſolo: ne Romani, recepta vrbe, negotium Gotthis faceſſerent, ex tuto impetum facientes. ſiquidem aperto marte cum illis in campo decernere malebat, quam technis fallaciisque certare. Maximam murorum partem demolitus, quod ſupererat intactum reliquit. 'Sub idem tempus vnum e praetorianis ſuis ob ſtuprum filiae Romani cuiusdam illatum in carcerem incluſit Totilas. Pro quo cum Gotthorum intercederent ſpectatiſſimi, ipſe eos oratione, quae aequitatem ac Numinis reuerentiam ſpirabat, in ſuam pertraxit ſententiam, hominemque morte multauit, fortunis eius omnibus compreſſae virgini adiudicatis '.

§. 260.

Dum ita ſe gerit Totilas; interea exercitus Romani duces ac milites ſubditorum fortunas diripiunt, 'voluptatibus ac luxuriae in munitionibus vacantes, Iuſtiniano vero, ſibi bello pares Gotthico vires deeſſe, per litteras ſignificant '. 191.

§. 261.

'Interea Totilas litteris ad ſenatum Rom. datis, ſuam ipſis in Gotthos exprobrat perfidiam, in memoriam reuocat beneficia a Theo-

191. PROCOP. de B. G. L. III. c. 9. p. 485—487.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 544.

Theoderico et Amalaſuntha in ipſos collata, et, vt, non expectato belli exitu, quae in Gotthos peccarint, emendent, hortatur. Ad quae ne quid ſenatus reſcriberet, cum Ioannes prohibuiſſet', Totilas ſcriptis compluribus litteris, inſertisque grauiſſimis iuramentis, diſerte promiſit, nihil mali Gotthos Romanorum cuiquam irrogaturos. 'Quae litterae cum omnes nocte intempeſta in celeberrimis vrbis partibus affigerentur', Rom. duces ſuſpectos ſibi Arianos ſacerdotes omnes vrbe exterminarunt. His Totilas auditis, 'miſit in Calabriam, quae Hydruntem obſiderent, copias', ipſe cum maiori parte exercitus Romam verſus iter intendit. 'Quibus maxime perturbatus' imperator, Beliſarium aduerſus Totilam mittere neceſſe habuit: quamuis Perſae negotii plurimum adhuc faceſſerent. Abit hyems vnaque *annus nonus belli Gotthici.*

§. 262.

a. C. 545.

192. Ita Beliſarius in Italiam profectus iterum — Valentinum Hydruntem nauigare iuſſit, 'et annona nouoque illud caſtellum praeſidio inſtruere. Hic, cum Gotthi, pactis, quae de deditione interceſſerant, confiſi, remiſſa iam obſidionis cura, ceſſarent, nullo negotio intrauit caſtellum. Quod conſpicati Gotthi', ſoluta trepide obſidione, procul ab vrbe caſtra metati ſunt, et quae ſibi contigiſſent, Totilae plane ſignificarunt. --

§. 263.

'Poſtquam Beliſarium Polam appulиſſe Totilas audiit, vt copias, quas ſecum is duxerat, exploratas haberet, Boni, Genuenſi praeſidio praefecti, nomen mutuatus, litteras ſcribit, easque viris delectis quinque maxime curioſis tradit. Qui' cum ex' praeſcripto Totilae cuncta exploraſſent, reuerſi in Gotthorum caſtra, exercitum Beliſarii tenuem eſſe et contemnendum aſſeuerarunt.

§. 264.

Eodem tempore Tibur oppidum, Iſaurorum praeſidio munitum, proditione cepit Totilas. -- Capto oppido -- oppidanorum nemini

192. Id. ibid. c. 10. p. 487, 488.

mini parcentes Gotthi, ad vnum omnes cum ipſorum Antiſtite contrucidarunt. — Occupato etiam a Gotthis Tiberi, Romanis nulla amplius poteſtas fuit, ex Tuſcia inuehendorum eo fluuio commeatuum. —

§. 265.

Rauennam vero delatus cum vniuerſa claſſe Beliſarius, vocata concione, Gotthos, qui aderant, ac milites [c] allocutus, ſe, vt, quae peccata ſint, emendet, anniſurum promiſit, ſimulque, ſi quos vel neceſſarios vel amicos apud Totilam haberent, eos vt reuocarent, rogauit [a]. 193.

Ita quidem diſſeruit Beliſarius: nemo tamen hoſtium, nec Gotthus, nec Romanus, ad ipſum deſciuit.

Deinde Thorimutho praetoriano ac ſuorum quibusdam cum Vitalio Illyriisque militibus in Aemiliam miſſis, mandauit, vt regionis illius loca tentarent. His Vitalius ſuccinctus copiis, Bononiam acceſſit, et capto deditione vicino quodam caſtello, in ea vrbe conſedit. [c] Hic cum, defectione facta, caſtra Rom. deſeruiſſent Illyrii, Totilas [a] Bononiam copias miſit, vt Vitalium et qui cum ipſo erant corriperent. [c] Sed a Romanis ex inſidiis oppreſſi, in fugam coniecti ſunt [a].

§. 266.

[c] Tum tres ex protectorum Beliſarii numero Thorimuth, Ricilas et Sabinianus cum mille militibus, Auximum, non aduertentibus Gotthis, ingreſſi ſunt, ac leuioribus ibi commiſſis cum hoſte praeliis, victi ſunt [a].

Inter vrbes Auximum Ariminumque ad finus Ionii littus duo ſita ſunt oppida Piſaurum et Fanum: quorum domos Vitigis initio belli huius incenderat, ac mediam fere murorum partem euerterat, ne Romani, his occupatis, negotium Gotthis exhiberent. Eorum alterum, Piſaurum videlicet, [c] Beliſarius occupatum muniri iubet [a]. Quibus Totilas intellectis, cum multis copiis eo contendit: factoque periculo ac multo ibi conſumto tempore, cum expugnare non poſ-

193. Id. ibid. c. 11. p. 489—492.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 545.

poſſet, re infecta ad caſtra pro Auximo locata rediit, ʿibique Romanos obſeſſos tenuit. Hinc ʾ Totilas Gotthorumque exercitus, haud ignari viribus imparem ſibi eſſe Beliſarium, loca infeſtare munitiſſima decreuerunt. Quare in agro Piceno ad Firmum et Aſculum caſtrametati, vtrumque circumſedere. *Annus cum hyeme finitur decimus belli Gotthici.*

§. 267.

a. C. 546.

194. ʿINTEREA dum Beliſarius Ioannem Byzantium mittit, plures rogaturum imperatorem copias, ſtipatores imprimis haſtatos et ſcutarios ſuos, ac plurimos *Hunnorum* aliorumque barbarorum catervasʾ; Totilas deditione Firmum atque Aſculum capit, Tuſciamque ingreſſus, Spoletium et Aſiſium obſidet. ʿEt Herodianus quidem, Spoletio praefectus, cum poſt triginta dierum inducias nullus appareret Romanorum exercitus, deditionem facit; Aſiſenates vero, praefecto ſuo *Siſifrido*, qui, genere licet Gotthus, Romanorum ſtudioſiſſimus erat, cum multis aliis amiſſo, vrbem dedunt ʾ. Protinus mittit Totilas Cypriano, vt Peruſia ſibi cedat. ʿqui cum id ſe facturum negaret, ab Vlipho, vno ex ſtipatoribus ſuis, per inſidias occiditurʾ Nihilominus tamen imperatori vrbem ſeruantibus Cypriani militibus, Gotthi inde abſcedere decreuerunt.

§. 268.

195. Deinde Romam profectus Totilas, vbi proxime ventum eſt, ad obſidionem capeſſendam incubuit, ʿparte copiarum in Aemiliam, quae Placentiam obſiderent, miſſa. Beliſarius vero, cum Rauenna nullas mittere Romam ſuppetias poſſet, inde Epidamnum, Byzantio copias vehementer expectans, abit, ac Narſetem ad *Erulorum* principes, auxilia corrogaturum mittitʾ. —

§. 269.

196. ʿHaec inter Beliſarius Valentinum et Phocam, qui caſtellum portuenſe tuerentur, et inde Gotthos eruptionibus fatigarent, miſit

194. PROCOP. de B. G. L. III. c. 12. p. 492, 493.

195. Id. ibid. c. 13. p. 494, 495.

196. PROCOP. de B. G. L. III. c. 15. p. 499-501.

ſit. His, licet fruſtra Beſſam, qui Romae praeerat, ſaepius rogaſſent auxilia, hoſtem cum maioribus copiis inuadere deliberatum erat. Quo eorum conſilio ex transfuga cognito Totilas ſuos in inſidiis collocauit', in quas delapſi poſtridie Valentinus et Phocas cum ſuis, amiſſa parte eorum maxima, ipſi quoque oppetunt: pauci vix elapſi portum repetiere.

Eodem tempore Vigilius Rom. pontifex e Sicilia, vbi morabatur, onuſtas frumento naues quamplurimas miſit, 'quas ad Portum ex inſidiis conſurgentes Gotthi omnes, nemine repugnante, capiunt; epiſcopum Valentinum, qui vna vehebatur, caeteris occiſis, viuum ad Totilam perducunt'. Ex epiſcopo quae ſcire auebat percontatus Totilas, ipſum mendacii inſimulatum manibus truncauit. Ea ſic acta *finis excipit hyemis annique vndecimi belli Gotthici.*

§. 270.

a. C. 547.

'HAEC dum aguntur', Romani, qui Placentiae obſidebantur, cum iam rei cibariae omnino inopes, et ad infandos cibos 'fame redacti, carne mutua veſcerentur, ſe ipſi et Placentiam Gotthis dedidere. Haec ibi: dum Romam quoque, a Totila obſeſſam, ſumma annonae penuria premit. 'Hinc Romani in ſummas anguſtias adducti fame, Pelagio cuidam diacono' perſuadent, vt Totilam adeat et paucorum dierum inducias ea conditione paciſcatur, vt, ſi intra id tempus Byzantio ſubſidii nihil acceperint, ſecum vrbem Gotthis permittant. 'Hunc Totilas honorifice quidem et perbenigne excepit, caeterum vero edixit, ne vel pro Siculis, ſummae in Gotthos perfidiae reis, vel pro muris Romae, qui ſtare non poſſint, intercederet. Pelagius itaque paucis ad haec repoſitis, re infecta abiit. Romani eo anguſtiarum redacti, Beſſam, vt ipſis vel cibum praebeat, vel mortem inferat, vel liberum concedat diſceſſum, ſed fruſtra, rogant'.

197. Id. ibid c. 16. p. 501—503. 198. Id. ibid. c. 17. p. 504-506.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 547.

§. 271.

199. 'Beliſarius interim copiis auctus, Epidamno Hydruntem nauigat'. Gotthi, qui huius vrbis caſtellum circumſedebant, ſimul eum aduenisſe intellexerunt, ſoluta obſidione, ad vrbem Brunduſium conceſſerunt.— At poſtquam Beliſarius — Hydrunte ſoluit: Gotthi, iam animo vacuo, ſe in Calabria negligentius gerere coeperunt, et Totilas, in caſtris conſiſtens, aditus omnes diligentius interclusit, ne quid rei cibariae Romam inferri poſſet; 'Tiberim vero ab vrbe ſtadiis nonaginta ponte iunxit, turribus vtrinque munito', ne actuariolis aliisque nauibus, portu profectis, in vrbem pateret aditus.

Interea Beliſarius in portum Rom. peruectus, Ioannis copias expectabat. 'Ioannes in Calabriam, Gotthis nihil perſentiſcentibus, delatus, et nactus Gotthorum exploratorem, eo duce ad caſtra hoſtilia venit, Gotthosque inopinato adortus fudit, paucis tantum ad Totilam fuga elapſis. Ioannes Calabrorum animos imperatori conciliat, et Canuſium, vrbem in media ſitam Apulia, occupat.'

§. 272.

200. 'De Ioannis aduentu certior factus Totilas lectos trecentos Gotthos Capuam mittit, qui copias eius pone ſequantur.' Quapropter veritus Ioannes, ne ab hoſtibus circumueniretur, omiſſa ad Beliſarium profectione ad Brutios et Lucanos conceſſit. 'Hos enim Tullianus, qui inter eos pollebat plurimum, ſub imperatoris ſe reuocaturum ditionem, ſi quid clementiae illis in poſterum exhiberetur, promiſerat.'

Quidam erat inter Gotthos *Recimundus*, vir inſignis, quem Totilas Brutiis praefecerat, ſecum Gotthos et Romanos aliquot milites Maurosque habentem transfugas—. 'Hunc inter Rhegium et Vibonem inuadens Ioannes, in fugam vertit; et fugientes demum aſſecutus, Maurorum Romanorumque militum parte maxima caeſa', Recimundum et Gotthos cum reliquis omnibus in deditionem accepit; 'tamen deſperato ad Beliſarium tranſitu, ab hoc licet ignauiae accuſatus', in Apuliam ceſſit et Ceruarii ſtatiua habuit.

§. 273.

199. Id. ibid c. 18. p. 506, 507. 200. Id. ibid. p. 508.

a. C. 547.

§. 273.

201. ‘Haec inter Beliſarius commeatus Romae inferre meditatus, in Tiberim ducentos induxit dromones, frumento onuſtos et tabulis munitos, ac militibus probe inſtructos. Cum his et lembo, cui turrim ſuperſtruxerat, ad pontem delatus, lembo incenſo, ac ſupra hoſtilem turrim deuoluto, eam igni corrupit’: quo Gotthi vna arſerunt omnes ad cc. fere. Eodem incendio periit illorum dux *Osdas*, Gotthorum omnium bellicoſiſſimus. ‘Gotthis etiam, qui e caſtris ſubſidio venerant, in fugam verſis, cum Beliſarius pontem rumpere et Romam pergere pararet; Iſaaces, de victoria Beliſarii certior factus, contra ipſius mandatum, praeſidium Oſtienſe educit, et in caſtra hoſtium, quibus praeerat *Rudericus*, inuehitur, Gotthosque, ipſo vulnerato Ruderico, in fugam vertit. Dum vero caſtra diripiunt Romani, reuerſi extemplo Gotthi, multis peremtis, Iſaacem cum aliis viuum capiunt. Quo Beliſarius intellecto, actum de Portu putans, profectione omiſſa, eo reducit exercitum’. Poſt biduum mortuo Ruderico; ipſius vicem vehementius dolens Totilas, Iſaacem vita ſpoliauit.

§. 274.

202. ‘Beſſas Romae in pecunia cumulanda totus cum eſſet; Iſauri quatuor, qui ad portam Aſinariam cuſtodiam agitabant, cum Totila de vrbe ipſi prodenda egerunt. Quibus tandem fidem Totilas habens, primis tenebris, cum arma ſilentio copiis omnibus imperaſſet, eas ad portam Aſinariam ducit. Gotthi quatuor cum Iſauris per funes ad pinnas eniſi, ad portam iſtam deſcendunt, qua patefacta Totilam Gotthorumque exercitum in vrbem nullo negotio admiſerunt. Tumultu in vrbe exorto, Romani milites fere omnes alia porta euaſere cum ducibus, paucis in ſacras aedes ſe recipientibus. Iam illuxerat, cum Totilas in templum Petri Ap. ſeſe contulit, precandi gratia: Gotthi in obuios ferro deſaeuierunt

201. PROCOP. de B. G. L. III. c. 19. p. 390—311.
202. Id. ibid. c. 20. p. 511—514. Romae a Gothis captae tribus verbis ſub a. 20. Iuſtiniani I. meminerunt Theophanes p. 190. Anaſt. p. 64. Cedrenus T. I. p. 375.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 547.

erunt. Sed Pelagii [a] pro Romanis intercedentis precibus concedens Totilas edixit, Romanorum neminem poſthac caederent, ac reſeruatis, quae ipſe habere vellet, pretioſiſſimis quibusque, caetera pro arbitratu auferrent. Caeterum et tunc Totilas magnam retulit continentiae laudem.

§. 275.

203. ' Poſtridie Totilas Gotthis omnibus conuocatis, inter alia „ Nos antea, inquit, cum ducenta fortiſſimorum militum millia conſcripta haberemus, ingentes poſſideremus diuitias, equorum caeterarumque rerum vim maximam; — a ſeptem millibus Graecorum victi, et regno rebusque omnibus foediſſime ſpoliati fuimus. Nunc autem ad paucos redacti, nudi, miſeri, omnino rudes, hoſtium viginti amplius millia vicimus. — Horum — euentuum cauſas vobis — modo referam. Antehac Gotthi, aequitate cunctis poſthabita, inter ſe et in Rom. ſubditos ſcelera committebant. — Qamobrem — occulta quadam ac minime perſpecta vi fracti ſuccubuimus. — Quare dandam eſſe operam dico, vt inter vos atque erga ſubditos aequitatis officia ſeruetis: hoc eſt, vt certam felicitatem retineatis „.

Cum haec Totilas apud Gotthos diſſeruiſſet, coacto etiam ſenatui Romano ' ingratiſſimum in Gotthos animum exprobrans, quae a Graecis paſſi fuerint grauiſſima, ipſis in memoriam reuocauit, Herodianum denique et Iſauros, quorum opera et Romam et Spoletium obtinuerint Gotthi, loco ipſorum in magiſtratum cooptandos eſſe oſtendit ' —.

§. 276.

Deinde ad Iuſtinianum Aug. legatos miſit, Pelagium ac Romanum Cauſidicum Theodorum, — qui vires omnes intenderent ad impetrandam ſibi pacem ab imperatore, ne Romam funditus exſcindere, et ſublato internecione ſenatu, bellum portare in Illyricum cogeretur: litteras etiam dedit ad imperatorem, ' quibus Iuſtinianum rogat ', vt pacis commoda et amplectatur ipſe, et Gotthis concedat: quorum monumenta atque exempla praeclariſſima vtrique ſuppeditent Anaſtaſius ac Theodericus: qui nuper ita regnarint

a) v. ſupra §. 270.

203. PROCOP. de B. G. L. III. c. 21. p. 514—516.

gnarint, vt pace et felicitate aetatem ſuam impleuerint. Hoc ipſi ſi collibitum fuerit, merito patrem ipſius vocatum iri; ac Gotthos deinceps in quemcunque velit, habiturum armorum ſocios. 'Ad haec Iuſtinianus Totilae reſcripſit,' Beliſarium belli imperatorem eſſe, et propterea componere poſſe cum Totila arbitratu ſuo.

§. 277.

Dum hi legati in Italiam Byzantio redeunt, interea res ita geritur in Lucania. Tullianus collectis illius regionis agricolis, fauces anguſtiſſimas inſederat, ne Lucaniam hoſtes infeſtarent. Cuſtodiam coniuncte agebant *Antae* trecenti, quos, Tulliani rogatu, ibi Ioannes ante reliquerat. Etenim peritia pugnandi in ſalebris anguſtiisque cunctos antecellunt hi barbari. 'Hoc intellecto, Totilas ruſticorum multitudinem cum exigua Gotthorum manu viribus omnibus tentare aditum iuſſit. Illi vero cum Romanis congreſſi Antarum inprimis virtute victi ſunt, magna clade affecti.' 204.

Cuius allato nuntio, ſtatuit Romam ſolo aequare Totilas, ibique relicta maiori parte exercitus, cum altera Ioannem et Lucanos petere. Ergo muros diuerſis in locis diruit; ita vt ruinae tertiam fere totius ambitus partem efficerent. Aedificia quoque — delere flammis parabat, et mutare Romam in gregum paſcua, 'niſi ipſum Beliſarius legatis litterisque miſſis a barbarico illo reuocaſſet conſilio.' Sua voluntate Beliſario ſignificata, illico oratores remiſit, et 'maxima exercitus parte ad Algidum caſtra metari iuſſa,' vt Beliſarius nullam Portu erumpendi facultatem haberet, ipſe reliquum exercitum aduerſus Ioannem et Lucanos duxit, 'Roma, ciuibus in Campaniam deportatis, vacua relicta.'

§. 278.

'Ioannes, de Totilae aduentu certior factus, ex Apulia ſeſe Hydruntem cum recepiſſet; et agricolae dominorum ſuorum, quos Totilas ſecum habebat, iuſſu Romanum exercitum deſeruiſſent': Tullianus aufugit: Antae trecenti ad Ioannem ſeſe retulerunt: atque ita, quidquid eſt citra ſinum onium, praeter Hydruntem, in Gotthorum ac Totilae ditionem iterum venit.

Iam

204. Id. ibid. c. 22. p. 517—519.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 547.

Iam pleni fiducia barbari, manipulatim ſparſi hac illac circumcurſantes ' a Ioannis copiis ex improuiſo oppreſſi cladem acceperunt'. Hinc Totilas affectus metu, ſuos omnes colligit, et ad montem Garganum, media ſurgentem Apulia, metatus in caſtris Annibalis Poeni, ſtatiua habet.

§. 279.

205. ' Interea Martianus, transfugium, annuente Beliſario, ſimulans ad Totilam venit. quem hic benigne exceptum cum aliis Spoletium mittit. Vbi dum moratur inſigne aliquod in barbaros editurus facinus, praeſidii Romani, quod Peruſiae erat, praefecto Oldogandoni Hunno, vt Spoletium quamprimum copias deſtinet, ſignificat. Quo cum copiis veniente, cum quindecim praeſidii Spoletani militibus vrbi praefectum adortus tollit', et portis patefactis Romanos in caſtellum accipit: qui conciſa hoſtium parte maxima, aliquot cepere viuos, et ad Beliſarium adduxere.

§. 280.

' Paulo poſt Beliſarius ad Romam, quam inſpicere volebat, cum Gotthis congreſſus, victoriaque potitus Portum repetit'. ' Eodem tempore Ioannes iſthmo Tarentino munito, ibi praeſidium collocat, vnde' Calabri ſecuri iam vniuerſi defectionem a Gotthis moliti ſunt. — ' Totilas vero caſtello quodam Lucaniae Acherontide potitus, petere Rauennam intendit', relictis in Campania nonnullis barbaris, quibus illic agentium ſenatorum Romanorum cuſtodiam mandauerat.

§. 281.

206. Tunc Beliſarius, ' paucis ad Portus cuſtodiam relictis, cum caeteris copiis Romam profectus, muros vrbis, quantum licuit, refecit, opere intra quindecim dies, cum totus in id incumberet exercitus, abſoluto.

His Totilas auditis, ' confeſtim cum vniuerſo exercitu Romam petiit. Ibi pugna cum Romanis congreſſus inſigni clade ſemel

205. Id. ibid. c. 23. p. 519, 520. 205. Procop. de B. G. L. III. c. 24. p. 521—523.

a. C. 547.

mel iterumque afficit. Hinc ſoluta obſidione cum exercitu ad vrbem Tibur conceſſit, caſtelloque Tiburtino totis viribus reaedificato, cunctas opes ibi reponens ſtatiua habuit '. Liberius iam Beliſarius muri Romani portas ferratis foribus muniit, et claues iterum miſit imperatori. Hyemis exitu *clauditur annus duodecimus belli Gotthici.*

§. 282.

a. C. 548.

A Totila miſſae pridem Peruſiam copiae — vbi iam obſeſſos victus penuria laborare intellexerunt, 'Totilam, vt eo ipſe vniuerſum duceret exercitum rogarunt' . Tum ille barbaros ad exſequenda mandata parum alacres animaduertens, 'eos oratione ad ſtrenue pugnandum hortatus eſt, et ita Peruſiam duxit' : quo cum perueniſſent, proxime muros caſtra locarunt, et, ſede fixa, obſidioni ſe adhibuerunt. 207.

§. 283.

Interea dum haec ibi aguntur, 'Ioannes, cum caſtellum Acherontidem fruſtra obſideret, ſenatum Rom. liberandi conſilio in Campaniam exercitum miſit. Hi Gotthis ad Capuam, pugna inita, profligatis, ſenatores paucos, eorum vero vxores ferme omnes receperunt, quos Ioannes confeſtim in Siciliam miſit' . 208.

Totilas dolore, quem his auditis maximum cepit, incenſus, eo totus incubuit, vt a Ioanne facti poenas repeteret. Quamobrem aduerſus illum exercitus partem maiorem duxit, 'et vt Ioannis ſpeculatores lateret', itinera conſueta deſeruit, ac per montes in Lucaniam ingreſſus, noctu ad illius caſtra peruenit. Romanos facile in fugam vertit' ; nec tamen Gotthi multam caedem fecerunt, 'plurimis noctis beneficio in propinquos montes fuga elapſis'. In his fuere Ioannes Erulorumque dux Aruſus —, qui contentiſſima fuga Hydruntem cum ſuis ſe receperunt: Gotthi, direptis Romanorum caſtris, diſceſſerunt.

§. 284.

207. Id. ibid. c. 25. p. 524-526. 208. Id. ibid. c. 26. p. 526-528.

a. C. 548.

§. 284.

209. [a] Cum interim nouas miſiſſet Iuſtinianus copias, Beliſarius vt ſe cum iis coniungeret, in portum Tarentinum curſum intendit; ſed aduerſa tempeſtate coactus, ad Crotoniatarum portum applicuit. Hic ſubſiſtens, eo euocare Ioannis exercitum decreuit, equitibus ad regionis illius fauces caſtra metari iuſſis [b].

Ruſciam prouecti Beliſarii milites, in hoſtiles copias inciderunt, quas Totilas miſerat, vt caſtellum illud tentarent. [c] Collata manu barbaros fudere Romani, ſed cum victoria ſua abuterentur, Totilas nouas in eos mittit copias, quae Romanos inordinatos ac palantes adorti magna clade afficiunt. Quibus Beliſarius auditis, claſſem propere conſcendit, eademque die Meſſanam appulit [d] —.

§. 285.

210. Totilas, his rebus geſtis, certior factus, Romanos in Ruſciano caſtello cibariis egere, ſeque illos breui expugnaturum ratus, ſi commeatibus omnino intercluderentur; caſtra proxime metatus eſt, et ſtatariam inchoauit obſidionem.

Exacta hyems *annum terminat tertium decimum belli Gotthici.*

§. 286.

a. C. 549.

211. [e] INTEREA, dum Valerianus, cum nouis copiis Byzantio miſſus, Beliſarium Hydrunte conuenit [f], qui in Ruſciano caſtello obſidebantur, rei cibariae penuria preſſi, inſtituto cum hoſtibus colloquio, promiſerunt, ſe ea lege, vt incolumitatem cuncti retinerent, tradituros caſtellum media fere aeſtate: niſi quid ſubſidii hoc interim ſpatio acciperent —. Beliſarius, Ioanne Hydruntem accito, cum ipſo et Valeriano caeteriſque ducibus, magna claſſe collecta, recta Ruſciam nauigare maturat. [g] Hic cum ipſos in littore Gotthi

209. Id. ibid. c. 27. 28. p. 528–532.

210. PROCOP. de B. G. L. III. c. 29. p. 533.

211. Id. ibid. c. 30. p. 534–536.

a. C. 549.

Gotthi haſtis arcubusque intentis exſpectarent, re infecta ad Crotonis portum iterum applicuerunt. Hinc Ruſciani ſpe accipiendi a Romanis auxilii deiecti, Gudilam praetorianum et Deopherontem Italum ad Totilam legarunt, pacturos pro vita, et actorum veniam petituros. Spopondit Totilas, ſe in neminem animaduerſurum praeterquam in *Chalazarem* [Maſſagetam], vtpote pactae fidei violatorem, caeteris omnibus facturum ſe delicti gratiam. Caſtello igitur ita capto, ſtatim Chalazarem, ambabus manibus ac verendis truncatum, vita etiam ſpoliauit: milites, ſi qui manere vellent, rebus ſuis gaudere iuſſit, ea lege, vt Gotthorum ſigna, pari cum ipſis conditione, ſequerentur; reliquis quocunque vellent abeundi conceſſa facultate — a).

§. 287.

HVIVS belli [Perſici b)] tempore, totius occidentis imperio barbari palam potiti ſunt. Ac bellum Gotthicum, cuius primordia praeclaris victoriis Romani inſignierant, quemadmodum ſupra narraui, eo recidit, vt non modo pecunias et corpora plurima absque vllo impenderint emolumento; ſed Italiam quoque amiſerint, et Illyricum Thraciamque fere vniuerſam a barbaris, vtpote iam finitimis, foede vaſtari viderint ac populari — c). 212.

§. 288.

IAM Gotthis ac Totila bello ſuperioribus, Franci maximam agri Veneti partem occuparunt nullo negotio; cum nec Romani illos arcere, nec Gotthi vtrisque arma inferre poſſent. — d) 213.

a) Capite 31. 32. p. 536-542. Coniurationem in Iuſtinianum factam deſcribit Procopius.

b) ad quod Beliſarium ex Italia reuocatum p. 536. dixerat.

212. PROCOP. de B. G. L. III. c. 33. p. 542.

c) res Francorum attingit, et Galliae illis a Gothis permiſſae meminit.

213. Id. ibid. p. 543.

d) ſequuntur quaedam de rebus *Gepaedum*, *Erulorum* et *Longobardorum*, quae vide ſuis locis. Quae ibi de Gothis occurrunt haec ſunt: p. 543. *Gepaedes-Sirmium Daciamque omnem obtinuerunt, vt primum Iuſtinianus ditioni Gotthicae regionem illam eripuit.* p. 544, 545. *Cum Gotthi vectigalem haberent Daciam, Gepaedes trans Iſtrum—tenebant ſe omnes, potentiam Gotthicam-reformidantes &c.*

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 549.

§. 289.

214. BELISARIVS Byzantium indecore profectus eſt: cum Italia quinquennio ſic fuiſſet excluſus, vt nequiuiſſet certis itineribus progredi; ſed toto hoc tempore fugitans clanculum, et ab vno maritimo praeſidio ad aliud nauigans, oram continenter legiſſet: vnde factum, vt liberius hoſtes Romam ipſam caeteraque omnia ſubegerint. Tunc et Peruſiam, vrbem Tuſciae principem, dira obſidione cinctam reliquit: quae, dum ille eſſet in via, vi capta eſt. —

§. 290.

215. 'Sub idem fere tempus Ildiſgus, Riſiulfi, quem Vacis Longobardorum rex exilio multauerat, filius, ad Gepaedes profugus, eorum ope ſe in regnum inductum iri ſperauerat. Hac ſpe, pace Longobardos inter et Gepaedes reſtituta, deiectus ad Sclauenos abiit'. Hinc profectus, Totilam Gotthosque adire ſtatuit, armatorum non minus ſex millia ſecum habens. Agrum ingreſſus Venetum, cum obuia Romanorum manu 'congreſſus, eam in fugam vertit'. Nec tamen ſe admiſcuit Gotthis; ſed iterum tranſito Iſtro fluuio ad Sclauenos conceſſit.

§. 291.

Dum haec ita fiunt, vt dixi, interea Ilaufus, armiger Beliſarii, genere barbarus, animoſus vir atque impiger, qui in Italia
216. captus remanſerat, ad Totilam et Gotthos temere deſciuit. Confeſtim ipſum Totilas cum multis copiis nauibusque in Dalmatiam miſit. Ille Muicurum (locus eſt maritimus ac proximus Salonis) delatus, primum quidem ad incolas ſe applicuit, gerens ſe pro Romano ac domeſtico Beliſarii Deinde vero enſe diſtricto hortatus ſocios, repente internecionem fecit, atque opibus direptis omnibus, illinc abſceſſit. 'Hinc ad Laureatam cum Claudiani, qui Salonis praerat, copiis congreſſus, victoria potitus eſt: et naues frumento ac caeteris cibariis plenas, quas in portu reliquerat', cum Ilau-

214. PROCOP. de B. G. L. III. c. 35. p. 548.

215. Id. ibid. p. 549. locum integrum vide in *Longobardicis*.

216. Id. ibid. p. 550.

a. C. 549.

ſauſus et Gotthi cepiſſent, obuiis quibusque caeſis, ablataque pecunia, Totilam conuenerunt. Exit hyems, vnaque *annus decimus quartus belli Gotthici.*

292.

a. C. 550.

DEINDE copias omnes Romam Totilas duxit, caſtrisque poſitis obſidionem capeſſit. Fortiſſimorum militum tria millia delegerat Beliſarius, iisque commiſſa Romae cuſtodia, Diogenem, e ſtipatoribus ſuis vnum, virum prudentia ac bellica virtute praeſtantem, praefecerat. Quare longius obſidio protracta eſt: cum et obſeſſos ingens animus vniuerſo Gotthorum exercitui pares videretur efficere, et Diogenes acerrimis cuſtodiis vteretur, ne quis ad moenia ſubiret infeſtus, ſatoque vbiuis intra vrbis muros frumento, annonae penuriam prohiberet. Saepe barbari, tentata murorum oppugnatione, ceſſere retro; Romanis inde illos arcentibus virtute ſua. Capto tandem Portu, Roma vehementius vrgeri coepit, 'Iuſtiniano ducem alium cum exercitu mittere in Italiam cunctante'. 217. 218.

§. 293.

Obſidio Romae ducta longius fuerat, cum Iſauri quidam, cuſtodes portae, quae Pauli Ap. nomine inſignis eſt, expoſtulantes, nihil ſibi per annos plures ab imperatore datum, atque eodem videntes tempore Iſauros, qui Romam Gotthis ante prodiderant, magnis opibus glorioſos; Totilae in clandeſtino colloquio promittunt, vrbem ſe tradituros, ac tempus rei peragendae conſtituunt. Cum dicta dies affuit, ſic fraudem inſtruxit Totilas. Prima noctis vigilia, in fluuium Tiberim nauigiola duo induxit, cum totidem tubicinibus, quibus praecepit, vt remis transmiſſo Tiberi, ſub moenibus, quoad poſſent, clangerent. Ipſe Gotthorum exercitum ad portam 'Pauli Ap.', nihil hoſte perſentiente, diſpoſuit: ac praecauens, ne qua pars Rom. praeſidii noctis beneficio clam ex vrbe ſe reciperet Centumcellas —; viam, quae eo ducit, valida caterua in-

217. PROCOP. de B. G. L. III. c. 36. p. 550.

218. Id. ibid. p. 551.

inſedit, iuſſa fugientes conficere. Ergo qui in lintribus erant, cum ad vrbem acceſſiſſent, ex praeſcripto tubas inflarunt. Attoniti Romani trepidare metu ac tumultuari, temere de ſua quisque ſtatione decedere, et accurrere illuc auxilio, eam tentare rati murorum partem. Soli Iſauri proditores, in ſtatione manentes, porta libere patefacta, in vrbem hoſtes accipiunt. Obuiorum ibi multa fit caedes; multi aliis portis diffugiunt; ac dum Centumcellas properant, in inſidias dilapſi caeduntur. Hinc pauci vix euaſere: inter quos Diogenes effugiſſe ſaucius dicitur.

§. 294.

219. 'Roma capta, Paulus Cilix cum equitibus quadringentis curſu ad molem Adriani ſeſe recepit, et pontem, qui ad Petri Ap. templum fert, occupauit. Aggreſſi hos viros Gotthi magna ab iis clade afficiuntur. hinc pugnam ſtatim dirimens Totilas, eos fame ad deditionem perpellere ſtatuit. Cum vero illos impetum in ſuos facturos cognouiſſet, aut vincere aut mori certos, miſit, qui cum eis de deditione agerent. Hinc vltro omnes ad Gotthorum exercitum ſe aggregarunt, praeter Paulum et Mindem Iſaurum, 'quos rogantes Byzantium Totilas dimiſit'. Quadringenti alii Rom. milites, qui in templa vrbis confugerant, accepta fide, ſe Totilae permiſerunt. Porro Totilas Romam nec delere, nec relinquere amplius voluit; ſed Gotthis ac Romanis cum ſenatorii, tum alius cuiusque ordinis, frequentare decreuit, cauſa inductus, quam modo dicam.

§. 295.

220. Non ita pridem Totilas, miſſa ad Francorum regem legatione, eius filiam ſibi petierat in matrimonium. Is vero abnuerat, negans illum Italiae regem eſſe, vel futurum vnquam, qui Romam captam retinere neſciuiſſet, ac parte eius diruta, illam iterum permiſiſſet hoſtium poteſtati. Quamobrem iam in vrbem annonam inuehere ſategit Totilas, et propere inſtaurare iuſſit, quidquid ipſe, cum Romam primum cepiſſet, ferro ac flamma corrupe-

219. Id. ibid. p. 552, 553.

220. PROCOP. de B. G. L. III. c. 37. p. 553.

ſuperat. Romanos, non ſenatores modo, ſed alios etiam, quoscunque in Campania aſſeruabat, reuocauit, cumquae ludis equeſtribus interfuiſſet, vniuerſum exercitum accinxit, bellum Siculum meditans. Eodem tempore minora nauigia quadringenta, veluti ad nauale certamen expediit, ac numeroſam claſſem maiorum nauium, quas illuc ex oriente ab imperatore miſſas toto eo tempore cum viris et oneribus interceperat.

§. 296.

Stephanum, ortu Romanum, ad imperatorem legauit [Totilas], petens vt hoc bellum dirimeret, ac foedere iungeret ſibi Gotthos, ſociis eorum armis iuuandus, cum alios hoſtes adoriretur. Verum Iuſtinianus Aug. nec legatum ad conſpectum ſuum admiſit, nec dictis quidquam detulit.

§. 297.

Quae cum Totilae renuntiata fuiſſent, apparatum bellicum redintegrauit. Ac prius viſum eſt Centumcellas tentare, itaque demum Siciliam petere. Illius vrbis praeſidio tunc imperabat Beliſarii ſtipator Diogenes, idoneis ſuccinctus copiis. Gotthorum vero exercitus, ſimul Centumcellas peruenit, proxime muros caſtra metatus inchoauit obſidionem. 'Tum Diogenem eiusque milites Totilas, vt ſecum armis decernant, prouocat —'; ſin dimicare nolint, optionem facit, malintne aequali ſorte coniungi Gotthorum copiis, an Byzantium illinc proficiſci incolumes. 'Haec a Gotthis propoſita declinantes' poſtulant, differatur deditio aliquamdiu, donec, quo res deducta ſit, imperatori ſignificent; vt, ſi illo interim ſpatio nihil auxilii ab eo venerit, vrbe Gotthis dedita, reditum purgare poſſint. His aſſenſo Totila, certa dies conuenit, cautumque eſt huic pactioni vtrinque datis obſidibus triginta. 221.

§. 298.

Gotthi, ſoluta obſidione, conuerſoque itinere in Siciliam, cum Rhegium perueniſſent, non prius fretum, quod illic eſt, traiecere,

221. Id. ibid. p. 554.

iecere, quam Rhegii caſtellum tentarunt. Parebat illius praeſidium Thurimutho atque Himerio, quos ibi Beliſarius conſtituerat. Hi, cum et multos et fortiſſimos ſecum haberent milites, impreſſionem hoſtium repulerunt, factaque eruptione ex pugna redierunt ſuperiores. At deinde, illis longe cedentes numero, continuerunt ſeſe, incluſi moenibus. Totilas vero exercitus Gotthici partem ibi, vt cuſtodiam ageret, reliquit, ſpe maxima incenſus, fore poſtea, vt Romanos illos cibariorum penuria domaret.

Miſſis Tarentum copiis, ſitum illic caſtellum labore nullo in ſuam poteſtatem redegit, et Gotthi, quos in agro Piceno reliquerat, tunc vrbem Ariminum proditione ceperunt.

§. 299.

Iuſtinianus Aug. his auditis, Germano, fratris ſui filio bellum aduerſus Totilam ac Gotthos dare conſtituit, praecepitque vt accingeretur. Cuius rei nuntius in Italiam perlatus, Gotthis magnam
222. iniecit ſollicitudinem, quod apud omnes Germani nomen celebre eſſet. —

§. 300.

Id temporis Verus cum bellatoribus optimis, quos ſibi collegerat, Gotthos, qui in Piceno erant, adortus non procul ab vrbe Rauenna, magna ſuorum clade inuolutus interiit, re fortiter geſta in eo proelio. —

§. 301.

223 Poſtea, cum Rheginum caſtellum Gotthi adorti eſſent, obſeſſi illos propulerunt, fortiſſime repugnantes: inprimis Thurimuthus facinora generoſo digna pectore ſemper edidit. Totilas vero, haud ignarus obſeſſos annona anguſte vti, copiarum ibi partem reliquit, omnes aditus ſeruare iuſſam, vt hoſtes commeatibus penitus interclufi, reique cibariae penuria preſſi, ſe ipſi et caſtellum Gotthis contraderent.

222. Id. ibid. p. 555.

223. PROCOP. de B. G. L. III. c. 39. p. 557.

a. C. 550.

§. 302.

Ipſe, reliquo exercitu in Siciliam transportato, Meſſanae muros oppugnare inſtituit. Occurrit, qui Romanis illic degentibus praeerat Domnentiolus, Buzis ex ſorore nepos, factoque pro moenibus proelio non inferior, cum in vrbem ſe recepiſſet, illi cuſtodiendae intentus, nihil amplius mouit. Tum Gotthi, nemine erumpente, Siciliam fere totam vaſtarunt.

Interea Romani, qui Rhegii cum ſuis ducibus Thorimutho atque Himerio, vt dixi, obſidebantur, abſumptis omnino cibariis, ſe et caſtellum hoſtibus dediderunt.

§. 303.

Quae cum imperator audiſſet, collecta claſſe, et validis peditum copiis in eam impoſitis, duce Liberio illos in Siciliam celeriter nauigare iuſſit, ac viribus omnibus inſulam recuperare. At 224.
vix Liberium claſſi praefecit, cum ipſum poenituit conſilii: eo quod Liberius vir eſſet aetate defectus, et belli rudis. Mox Artabanem — in Siciliam mittit, — Liberio Byzantium redire iuſſo. Belli imperium in Totilam et Gotthos Germano, fratris ſui filio, dedit —. Tunc ingens laudis amor Germanum impulit ad debellandos Gotthos — et praedicari volebat, quod Italiam poteſtati imperatoris reſtituere potuiſſet. Ac primum quidem, cum viduus, mortua pridem coniuge Paſſara, natam ex Amalaſuntha Theoderici filia *Mataſuntham*, poſt Vitigis obitum, vxorem duxiſſet, eam ſecum aſſumpſit. Sperabat enim fore, vt, ſi vxorem in caſtris haberet, Gotthi, iuſta prohibiti reuerentia, in eam arma non tollerent, regni Theoderici atque Atalarici memores. Deinde praebitam ab Auguſto pecuniam, et ampliorem de ſuo liberaliſſime erogans, 'magnum coegit et Romanorum et barbarorum Iſtri accolarum, quos Germani illuſtris fama excierat, numerum'. His aliisque amplioribus in Italia nuntiatis, — Gotthi ſimul timere, ſimul ambigere, cum ſibi cum Theoderici ſtirpe bellandum eſſet. Romani vero milites, qui-cunque

224. Id. ibid. p. 558, 559.

a. C. 550.

cunque vel inuiti vel ſponte Gotthis militabant, ' Germano, ſe ad vnum omnes, cum ipſo, ſimul Italiam ingreſſum viderint, arma iungere paratos ſignificant'. —

§. 304.

Quo tempore Totilas, poſtquam dies ipſi cum Diogene ad Centumcellas conſtituta affult, miſit, qui imperarent, vt ex pacto et conuentu vrbem dederent. Id iam ſibi integrum eſſe negauit Diogenes, ferente fama, Germanum, accepto belli huius imperio non procul abeſſe cum exercitu: Quod ſpectaret ad obſides, velle ſe recipere ſuos, vnaque datos a Gotthis reddere. Sic remiſſis qui venerant, in cuſtodiam vrbis incubuit, Germanum eiusque copias cupidiſſime expectans. His ita geſtis, cum hyeme *finitur annus decimus quintus belli Gotthici.*

§. 305.

a. C. 551.

225. 'Sardicae cum exercitum inſtrueret Germanus, Sclabeni Iſtrum transgreſſi Theſſalonicam—oppugnare cogitabant, audito vero nomine Germani, trepidi in Dalmatiam reuerterunt e)'. Secutus iam ab illis Germanus, copiis edicit omnibus, vt vaſa colligant, tanquam inde biduo poſt in Italiam profecturus. At infeliciter contigit, vt morbo correptus, repente vita cederet. — Hinc dolens grauiter imperator, Ioanni, Vitaliani ex fratre nepoti Germanique genero, mandauit, vt cum altero Germani filio Iuſtiniano exercitum in Italiam duceret. —.

§. 306.

'Dum haec ibi aguntur', Liberius nondum compertum habens, mutaſſe imperatorem, quod de claſſis praefectura conſtituerat, Syracuſas ab hoſtibus obſeſſas appulit; et barbarorum, qui illic erant, perrupta cuſtodia, portum tenuit, vrbemque vniuerſa cum
226. claſſe ingreſſus eſt. — At Liberius, cum ad faciendam in obſeſſores eruptionem, inferendumque proelium parum virium haberet, neque

225. Procop. de B. G. L. III. c. XL. p. 560, 561.

e) vid. *Slauica.* §. 42. ſeqq.

226. Id. ibid. p. 562.

a. C. 551.

neque annona in longius ſpatium ſuppeteret obſeſſis; inde cum [illegible] ſoluit, et clam hoſtibus Panormum conceſſit.

§. 307.

Tum Totilas et Gotthi, vniuerſa fere vaſtata Sicilia, equorum aliarumque pecudum abacta ingenti vi, frumento ac caeteris omnibus frugibus ex inſula conuectis, cunctis denique opibus, ſane maximis, in naues impoſitis; inſula exceſſerunt inopinato, atque Italiam repetierunt, hoc modo ad id impulſi. Spinus quidam Romanus, quaeſtor Totilae, in vrbe Catana a Romanis captus, ac, ne ſibi necem Romani inferrent, veritus, ſe, ſi dimitteretur, Totilae, vt Sicilia diſcedat, perſuaſurum promiſit. Dimiſſus itaque Totilae auctor fit reducendi in Italiam exercitus, Romanorum copias iam in Dalmatia, id quod ex hoſtibus cognouerit, eſſe, et iamiam Italiae imminere, affirmans.

§. 308.

Ioannes et imperatoris exercitus dum Salonas, hyemem ibi vt traducerent, petunt, Sclabenorum turmae in Rom. ditionem irrumpunt *f*). Nec deerant, qui ſuſpicarentur, hos barbaros multa pecunia pellectos immiſſosque a Totila in Romanos fuiſſe, vt ab illis diſtractus, imperator bellum Gotthicum bene adminiſtrare non poſſet. Sintne Totilae gratificati Sclabeni, an eo venerint non vocati, dicere nequeo *g*). — Ioannes itaque Salonis hyemabat: cuius expectatione hoc anno ſuſpenſi in Italia exercitus Romani duces ceſſarunt. Porro hyemis exitus *annum clauſit decimum ſextum belli Gotthici.* 227. 228.

§. 309.

a. C. 552.

Anno ſequenti, cum eſſet Ioannis conſilium Salonis mouere et ſine mora aduerſus Totilam Gotthosque educere copias; vetuit impe-

227. Id. ibid. p. 563.

f) vid. *Slauica*. §. 45.

g) Libro, qui ſequitur quarto bellum Perſicum proſequitur Procopius, praemiſſa Ponti Euxini deſcriptione. quae ibi de *Gotthis Tetraxitis* refert vid. §. 374. ſeq.

228. Procop. de B. G. L. IV. c. 21. p. 625, 626.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 552.

imperator, iuſſitque b) Narſetis Eunuchi aduentum ibi expectare, in animo habens hunc bello praeficere. quae cur ipſi conſtituta ſint fuerint, nemo liquido nouit. 'Ideo forte, quod in fatis eſſe putabatur, tempus fore, quo Eunuchus Romae dominum ſit profligaturus.' —

§. 310.

229. Dum Ioannes Narſetem opperitur Salonis, et Narſes, Hunnorum graſſatione impeditus, lentius iter facit; interea haec agit Totilas, copias Narſetis expectans. Cum Romanos alios, tum ſenatores nonnullos Romam reuocat, relictis caeteris in Campania, atque vrbem pro virili parte curare iubet, prae ſe ferens poenitentiam violatae tum Romae, cum eius partem non exiguam, praeſertim trans fluuium Tiberim flamma deleuiſſet. —

§. 311.

230. Totilas vero, cum longas naues trecentas Gotthis impleſſet, miſit eos in Graeciam, et obuiis quibusque vaſtitatem, quoad poſſent, inferre iuſſit. — Gotthi appulſa in Corcyram claſſe, eam curſim caeterasque omnes inſulas adiacentes, quas appellant Sybotias, vaſtarunt, transuectique in continentem, circumiecta Dodonae loca populati ſunt ſubita vi, quam praecipue ſenſerunt Nicopolis et Anchiſus. — oram omnem maritimam legentes, in Graecorum naues inciderunt non paucas, et omnes cum oneribus ceperunt. In eo fuere numero naues aliquot, quae cibaria Narſetis copiis e Graecia aduehebant —.

§. 312.

231. Iam multo ante Totilas in Picentes Gotthorum exercitum miſerat, Anconam expugnare iuſſum, eique duces praefecerat Gotthorum

b) Narſetis in Italiam miſſi etiam meminit Cedrenus T. I. p. 375. ſeq. *Anno 24. Iuſtiniani I. miſſus eſt Narſes cubicularius Romam ad debellandum Gotthos. Nam poſt receptam Romam a Beliſario, Gotthi denuo rebellarunt, vrbemque occuparunt.* Theophanes p. 192. *Anno 24. Iuſtiniani I. menſe Aprili, ind. 4. Narſes &c.* reliqua vt Cedrenus. eadem Anaſtaſius p. 64.

229. PROCOP. de B. G. L. IV. c. 22. p. 627.

230. Id. ibid. p. 628, 629.

231. Id. ibid. c. 23. p. 630.

ctorum omnium ſpectatiſſimos, *Scipuarem*, *Giblam* atque *Gunduphum*, ſiue, vt quidam appellabant, *Indulphum*, qui olim protector fuerat Beliſarii. Hi naues etiam longas XLVII. a Totila acceperant, vt caſtellum terra marique obſeſſum eo facilius ac minori negotio caperent. Iam longe obſidio protracta fuerat, cum ea cinctos vrgere coepit cibariorum penuria. 'His cum opem ferre Valerianus, Rauennae praefectus, cuperet, ſed ſolus non poſſet, Ioannem, ſuas Salonis vt adduceret copias, rogauit. Ioannes itaque naues longas XXVIII. ad proelium maritimum optimè factas copiis impleuit, et ita' Salonis profectus Scardonem appulit: quo Valerianus cum nauibus XII. paulo poſt venit.

§. 313.

'Poſtquam vires iunxere', inde digreſſi ad continentis aduerſae oppidum applicant, quod a Romanis dicitur Senogallia, nec procul Ancona diſtat. Gotthorum duces, eorum aduentu cognito, mox naues et ipſi longas, quae praeſto erant, numero XLVII. Gotthorum flore complent, caeterisque copiis ad caſtelli obſidionem relictis, ad hoſtem recta tendunt. Eorum, qui ad obſidionem remanſerant, dux erat Scipuar: nauigantium Giblas atque Indulphus. Cum ad ſe inuicem acceſſiſſent, 'et vtriusque claſſis ductores ſuos ad ſtrenue pugnandum hortati eſſent', claſſis Gotthicae ductores occurrunt hoſti, nullaque interpoſita mora congrediuntur. 'Gotthi, dum naumachiae plane rudes incompoſitiſſime pugnant, in fugam vertuntur, ducum alter viuus capitur, alter, Indulphus, cum vndecim tantum nauibus, reliquis vel merſis vel ab hoſte captis, furtim exceſſit'. Subinde Gotthi exſcenſione facta, naues illico corrupere igni, ne venirent in manus hoſtium: tum pedibus ad copias, quae Anconam obſidebant, ſe contulerunt, et — extemplo cum illis migrarunt, caſtris hoſti relictis, ſeque in vrbem vicinam Auximum effuſo curſu ac tumultuoſe receperunt. Haud multo poſt Romani Anconam peruecti, vacua hoſtium caſtra occupant, et commeatibus in caſtellum illatis, inde ſoluunt: ac Valerianus quidem Rauennam, Ioannes vero Salonas 232.

 rediit

232. Id. ibid. p. 631—633.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 552.

redit. Haec demum pugna ſpiritus et vires cum Totilae, tum Gotthorum, maxime contudit.

§. 314.

233. 'ARTABANES poſt Liberii diſceſſum copiis omnibus, quae erant in Sicilia, praefectus', Gotthos in praeſidiis inſulae relictos, oppido paucos, obſedit, et certamine victis, qui erumpere auſi ſunt, omnes fame extrema ad deditionem compulit. Territi his Gotthi — ad bellum nihil habebant animi, iam plane deſperantes, ac reputantes ſecum, ſi modo, cum ipſi foede victi profligatique eſſent, Romanis nonnihil ſubſidii mitteretur, fieri non poſſe, vt vel temporis punctum obſiſterent, vel in Italia manerent.

§. 315.

Nec ſpes erat, fore, vt Auguſtum ad pactionem aliquam legatione pertraherent. Saepe enim ad eum deſtinati a Totila oratores, cum ad ipſius conſpectum admiſſi fuiſſent, demonſtrauerant, maximam partem Italiae a Francis teneri, reliquam fere totam bello deſolatam eſſe; Sicilia ac Dalmatia, quae ſolae reſtarent integrae, Romanis Gotthos cedere: pro relicta ſibi ſolitudine tributum annuum ac vectigal obtulerant; et in quoscunque vellet imperator, ſe belli ſocios planeque ſubditos promiſerant. At imperator dicta reſpuens, legatos omnes remiſerat, Gotthorum nomen peroſus, et in animo habens illos ex Rom. imperio prorſus exterminare. Ibi rerum hic ſtatus erat.

§. 316.

Paulo ante Francorum rex Theodebertus morbo obierat, cum ſibi nullo negotio tributaria feciſſet nonnulla Liguriae loca, Alpes Cottias, agrique Veneti partem maximam, 'Romanis ac Gotthis bello diſſidentibus.' Venetorum pauca oppida Gotthis ſupererant:

234. nam Romani maritima, Franci caetera occuparant.

Dum hoc bellum, vt dixi, Romani Gotthique inter ſe gererent, nec nouos hoſtes in ſe auderent excire, colloquio Gotthos

inter

233. PROCOP. de B. G. L. IV. c. 24. p. 634.

234. Id ibid. p. 635—637.

inter ac Francos conuenerat, vt quae haberent vtrique, his quiete potirentur, nec ſe inuicem armis laceſſerent, quamdiu Romanis Gotthi bellum inferrent: ac ſi bello vinceret Iuſtinianum Aug. Totilas; tum Gotthi et Franci tranſigerent, prout e re eſſe communi videretur. Haec erant pacta conuenta.

§. 317.

Poſtquam vero in regnum Theodeberto ſucceſſit Theodebaldus filius, ad eum Iuſtinianus Aug. legatum miſit Leontium, Athanaſii generum ac ſenatorem, poſtulans, vt arma ſecum aduerſus Totilam et Gotthos iungeret, cederetque locis, quae Theodebertus in Italia contra ius foederis occupaſſet. Vbi ad Theodebaldum venit Leontius, ᶜinter aliaᵓ, Iuſtinianus, inquit, non ante ad bellum iſtud adiecit animum, — quam Franci auxilia promiſiſſent, amicitiae et ſocietatis nomine accepta ingenti pecunia. At illi, adeo non promiſſi partem impleuere aliquam, vt Romanis iniuriam — intulerint —. Poſtulo, vt ſocia nobiſcum arma feras in Totilam, itaque paternam fidem liberes. — Quin etiam vos, non inuitatos, inire cum Romanis oportuit ſocietatem huius belli, quo Gotthos petimus, veteres Francorum hoſtes, et omnino ipſis infidos ac bellum impacato atque inexpiabili odio inferre ſolitos. Nunc quidem impulſi metu, quem incutimus, adulari vobis non renuunt: at, ſi quando a nobis ſe expedierint, quo in Francos animo ſint, oſtendent —.

ᶜAd haec Theodebaldusᵓ: Ad ſocietatem belli in Gotthos nec recte, nec iure nos inuitatis: iam enim nobis amicitia coniuncti ſunt: quibus ſi fidem Franci fefellerint, nec vobis vnquam praeſtabunt. — Quod ad loca attinet, ᶜquae Romanis erepta dicis, ea a Totila, qui iam illa obtinuerat, palam tradita occupauit pater meusᵓ —.

§. 318.

Totilas vero, cum adiunctas ditioni Africae inſulas affectaret, ſtatim claſſem collegit, impoſitoque iuſto exercitu, in Corſicam et Sardiniam miſit. Ille in Corſicam primum expoſitus, nemine prohibente, inſulam occupauit, ac deinde Sardiniam: tum vtramque inſulam Totilas vectigalem fecit.

Quod

Imp. IVSTI-NIANO I.

a. C. 552.

Quod vbi accepit Ioannes, militiae magiſter in Africa, claſſem in Sardiniam cum copiis deſtinat: quae cum ad vrbem Calarim acceſſiſſent, caſtris poſitis, obſidionem meditabantur, impares ſe oppugnandis moenibus iudicantes, eo quod ibi praeſidium Gotthi ſatis validum haberent. Re barbari cognita, ex vrbe erumpunt, ſubitoque impetu hoſtibus facile in fugam verſis, multos conficiunt: caeteri ad naues tum euaſere: nec multo poſt inde profecti cum omni claſſe peruenerunt Carthaginem, ibique hyemarunt, primo vere bellum iterum in Corſicam et Sardiniam portaturi, maiori cum apparatu. —

§. 319.

295. "Sub idem tempus bello Gepaedes inter et Longobardos exorto, his contra illos auxilia Iuſtinianus miſit. E numero ducum Rom. erat *Amalafridus*, vir Gotthus, ex filia nepos Amalafridae, ſororis Theoderici Gotthorum regis; et filius Hermenefridi regis Thoringorum. Hunc Amalafridum, cum Vitige Byzantium deportatum a Beliſario, Romanorum ducem imperator creauit, et ſororem eius Audūino Langobardorum regi collocauit. Illius exercitus nemo ad Langobardos peruenit, niſi Amalafridus cum ſuis. "Hic ergo cum Longobardis Gepaedum fines ingreſſus, hos proelio fudit, maxima eorum parte caeſa. Tunc Auduinus Longobardorum rex cladis nuntium allaturos ad Iuſtinianum miſit, hunc ſimul incuſans', quod non ex pacto foederis affuiſſent ipſius copiae; quamuis nuper tot numero Langobardi profecti eſſent, Narſeti in Totilam et Gotthos militarem operam nauaturi. —

§. 320.

"Haec dum geruntur' Chrotoniatae cum ſuo militari praeſidio, cui Palladius praeerat, dira a Gotthis obſidione et cibariorum inopia preſſi, inſciente hoſte ſaepe miſerunt in Siciliam "ſuppetias rogatum': at inde nullus auxilio venit. Interea abiit hyems, quae annum clauſit decimum ſeptimum belli Gotthici.

§. 321

295. PROCOP. de. B. G. L. IV. c. 25. p. 638, 639.

§. 321.

a. C. 553.

Certior factus imperator, quid Crotone ageretur, mittit in Graeciam, 'qui praeſidium Thermopylarum in Italiam nauigare et obſeſſae vrbi ſuccurrere iubeant'. Barbari viſa repente claſſe [quae Crotonis portum inopinato appulerat] graui metu correpti, protinus obſidionem cum magna perturbatione ſoluerunt. Pars nauibus in portum Tarentinum, alii pedibus ad montem Scyllaeum ſe receperunt. Qui caſus conſternationem Gotthorum auxit: eoque factum eſt, vt *Regnaris*, natione Gotthus, vir ſpectatiſſimus, qui praeſidio Tarentino praeerat, ac *Morrhas* praefectus praeſidio Acherontiae Pacurio Hydrunti praefecto ſe, ſi a Iuſtiniano ſalutis fidem acciperent, dedituros promiſerint°: cuius compoſitionis cauſa Pacurius Byzantium petiit. 236.

§. 322.

Narſes vero Salonis profectus, aduerſus Totilam et Gotthos vniuerſum ducebat exercitum, ſane maximum, 'cum Langobardorum, Erulorum, Hunnorum, Perſarum i), Gepaedum denique auxiliis, qui omnes, liberalitatem eius iam ante experti, ad eum vndique confluebant'.

§. 323.

Cum proxime agrum veniſſet Venetum, miſſo nuntio ad Francorum duces, qui loca illa tenebant praeſidiis, poſtulauit, vt ſibi, tanquam amicis, tranſitum darent. Illi Narſeti ſe nullo id pacto permiſſuros reſpondent, nullaque facta mentione vtilitatis Francorum, vel ſuae in Gotthos beneuolentiae, quae vera erat cauſa cur ſe, quoad poſſent, opponerent; praetextum hunc parum ſpecioſum confingunt, quod ſecum Narſes Langobardos duceret, 237.

236. Procop. de B. G. L. IV. c. 26. p. 640.

i) cfr. Procop. de B. P. L. II. c. 19. p. 134. *Nec multo poſt imperator in expeditionem Italiam aduerſus Gotthos proficiſci hos Perſas* [in caſtello Siſaurano captos] *et Bleſchanem* [eorum ducem] *iuſſit.*

237. Id. ibid p. 642.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 553.

ceret, capitales Francorum hoſtes. Dubitanti initio Narſeti, atque ex aſtantibus Italis, quid opus facto eſſet, quaerenti, dixere quidam, quamuis tranſitum Franci permitterent, non poſſe tamen exercitum inde Rauennam tendere, nec longius ea via quam Veronam progredi, eo quod Totilas delectum exercitus Gotthici florem, duce *Teia*, Gottho bellicoſiſſimo, Veronam, Gotthicae ditionis vrbem, miſiſſet, vt pro viribus tranſitum Romanis copiis intercluderet. Sic res erat. Ac Teias quidem, vbi Veronam attigit, aditus omnes illius tractus obſtruxit hoſti, et loca omnia fluuio Pado circumiacentia plane inuia reddidit artis vi. — Tum eo diligenter intendit cum Gotthorum exercitu, vt cum Romanis confligeret, ſi viam illac tentarent. Haec Totilas idcirco moliebatur, quia ſibi perſuadebat, non poſſe Romanos iter facere ſecundum littus ſinus Ionii, vbi multorum fluminum nauigabilium oſtia viam prorſus abnuerent; neque illos tot habere nauigia, vt ſimul copias omnes ſinum Ionium traiicerent: ſi pauci ſimul nauigarent, ſe facile cum reliquis Gotthorum copiis turmas ſingulas exſcenſu prohibiturum. Eo ſpectabat Totilas, cum ea dedit mandata, quae Teias executus eſt. Narſeti autem in ſummas adducto anguſtias, Ioannes Vitaliani nepos, locorum peritus, ᶜ vt per oram maritimam exercitum duceret, ſequentibus ſcaphis plurimis et nauibus aliquot, vt facto ex ſcaphis ponte, fluminum oſtia iungentes, tranſirent, ſuaſit. Hanc eius ſententiam ᵌ amplexus Narſes, cum omnibus copiis Rauennam eo modo contendit. *k*) —

§. 324.

238. Poſtquam cum exercitu Rauennam aduenit Narſes, ei ſe adiunxerunt Valerianus ac Iuſtinus magiſtri militiae, et quicunque Romani milites ibi ſupererant. Ea in vrbe dies manſerant nouem; cum *Vſdrilas*, natione Gotthus, vir bellica laude clariſſimus, idemque praefectus praeſidii Ariminenſis, ᶜ Valeriano per litteras ignauiam exprobrat, eumque prouocat ad proelium.

§. 325.

k) quae his ſubiungit de Ildigiſalo Longobardo, et Goare Gottho, vid. in *Longobardicis*.

238. PROCOP. de B. G. L. IV. c. 28. p. 645—547.

a. C. 553.

§. 325.

Narſes oblatam ſibi cum perlegiſſet epiſtolam, Gotthorum vaniloquentiam ridens, ſtatim ſe in viam dedit cum omnibus copiis, relicto Rauennae praeſidio cum Iuſtino. Proxime vrbem Ariminum tranſitum difficilem offendunt, vtroque pontis latere a Gotthis paulo ante acciſo. — Quocirca Narſes ad pontem cum paucis progreſſus, haeſit diu, viam quaerens, qua conſilium explicaret. Eo quoque Vsdrilas manum equitum eduxit, ne quid eorum, quae agerentur, ipſum lateret. Tum quidam Narſetis aſſecla, intento arcu, ſagittam impulit, qua confixus equorum vnus illico occubuit. Mox Vsdrilas eiusque comites digreſſi inde, commiſerunt ſe vrbi, et ſine mora accitis aliis e numero fortiſſimorum, porta altera in Romanos ſe eiecerunt, quaſi primo eoque improuiſo impetu oppreſſuri Narſetem eſſent. Iam enim is ad partem alteram fluuii ſe contulerat, quaerens traiectum copiis. At Eruli quidam, illis forte obuiam, facti Vsdrilam interemerunt, 'et caput eius ad Narſetem attulerunt' —.

'Narſes Arimino, ne quid temporis tereretur, relicto, fluuium ponte iungit, omiſſaque, quam hoſtes tenebant, via Flaminia, ad laeuam cum exercitu perrexit.'

§. 326.

Ita quidem Rom. exercitus procedebat: Totilas vero, auditis iam, quae contigerant in agro Veneto, primum ad Romam conſtitit, Teiam copiasque eius opperiens. Deinde, vt aduenerunt, praeter equitum duo millia, quae nondum aderant, his Totilas minime expectatis, eo conſilio cum reliquo omni exercitu profectus eſt, vt hoſtibus opportune occurreret. Cum autem eos, caeſo Vsdrila, tranſiiſſe Ariminum cognouiſſet in via, totamque emenſus Tuſciam, montem Apenninum attigiſſet, caſtris proxime vicum, quem indigenae Taginas appellant, poſitis, ibi conſedit. Nec multo poſt Romanus quoque exercitus, Narſete duce, caſtra in monte Apennino metatus eſt, centum ad ſummum ſtadiis procul a caſtris hoſtium, 'ad Buſta Gallorum.' 239.

239. Id ibid. c. 29. p. 647.

Imp. IVSTI- NIANO I.

a. C. 553.

§ 327.

240. Inde mox Narſes quosdam e ſuis familiaribus deſtinat, iubetque hortari Totilam, vt armis depoſitis, aliquando tandem conſilia pacis agitet, cum animo reputans, ſe, recentibus ac temere contractis copiolis ſuccinctum, non poſſe diu reſiſtere Romano imperio vniuerſo. Hoc etiam mandatum adiecit; ſi ipſum belli libidine teneri animaduerterent, ſtatim iuberent diem proelii conſtituere. 'His Totilas ferociter ac ſuperbe reſpondens', ſtatim, inquit, vt octiduum effluxerit, proeliemur. — Narſes ſtructam a Totila fraudem ſuſpicans, perinde ſe accinxit, ac ſi pugnam initurus eſſet poſtridie: neque ab hoſtium conſilio aberrauit. Etenim ſequenti die Totilas, aduentus famam ſui praeuertens, affuit cum omni exercitu: vtrique tum conſtitere aduerſi, nec diſſiti longius duplici ſagittae iactu.

§. 328.

241. 'Collem, qui ibi erat valde opportunus, Gotthos praeuertentes Romani nocte intempeſta occupant. Vnde cum illos depellere iteratis vicibus fruſtra conati eſſent Gotthi', vtrique ad pugnam ſe accinxerunt. 'Narſete et Totila ſuos ad fortiter pugnandum
242. hortatis, acieque vtrinque inſtructa, vterque exercitus ad pugnam coiit.' Ab ineunda pugna aliquamdiu vtrique ſe cohibuerunt, et aduerſariorum impreſſionem expectantes, pede preſſo ſteterunt. 'Deinde *Cocas* ex acie Gotthica prouectus equo, cum Anzala Armenio pugna ſingulari congreſſus ſternitur'; neutri tamen coorientur in pugnam.

§. 329.

Vnus admodum Totilas inter aciem vtramque prodit, non ad ſingulare certamen; ſed ducendi eximendique temporis gratia. Cum enim bis mille Gotthos, quos deſiderabat, in proximo eſſe audiret, proelium in eorum aduentum extrahens, haec palam egit. Primum hoſtibus oſtendere voluit, qui vir eſſet. Armis auro pluri-

240. Id. ibid. p. 648. 649.
241. PROCOP. de B. G. L. IV. c. 30. p. 650, 651.
242. Id. ibid. c. 31. p. 652, 653.

a. C. 553.

plurimo illitis indutus erat. Ex eius pilo atque haſta pendebant phalerae, purpura adeo ardenti inſignes, vt regi plane conueniret mirificus hic ornatus. Ipſe equo eximio vectus, inter geminas acies armorum ludum ſcite ludebat. Equum enim circumagens ac reflectens vtroqueuerſum, orbes orbibus impediebat: ſic equitans, haſtam in auras iaculabatur, eamque, cum relaberetur tremula, arripiebat mediam, et ex altera manu in alteram ſaepe traiiciens ac dextre mutans, operam huic arti feliciter nauatam oſtentabat; reſupinabat ſeſe, et flexu multiplici nunc huc nunc illuc ita inclinabat, vt appareret, diligenter ipſum a pueritia didiciſſe ſaltare. In hac ludicra exercitatione tempus omne matutinum contriuit, habensque in animo longius pugnam proferre, miſit ad Rom. exercitum, et ſermonem velle ſe conferre ſignificauit. Abnuit Narſes, nugari ipſum aſſerens ac dare verba; qui prius bellandi fuiſſet cupidus, cum offerri colloquium poſſet; nunc autem id peteret in medio certaminis campo.

§. 330.

Hoc interim ſpatio aduenere Gotthis duo millia bellatorum: 243.
quos vbi Totilas in caſtris eſſe audiit, appetente hora prandii, in tabernaculum ſuum conceſſit, et Gotthi, ſoluta acie, retro commearunt. [c] Poſt prandium Totilas, omnibus rite diſpoſitis, copias in hoſtes educit. Gotthi armis caeteriſque rebus Romanis impares, cum lanceis tantum, nec alio telo vllo vti in eo proelio iuſſi eſſent, cum hoſte congreſſi, die ad veſperam declinante, in fugam vertuntur omnes, inſtantibus ac caedentibus Romanis. Congreſſu illo ceciderunt ſex Gotthorum millia: multi dedidere ſe hoſtibus: qui tum quidem ipſos cepere viuos; ſubinde vero interfecerunt. — Demum Gotthis, qui mortem hoſtileſque manus vitarunt, 244.
latere et elabi licuit, prout cuique vel equi vel pedum celeritas, comitante fortuna fauit, pro temporis ac loci opportunitate.

§. 331.

Iam proelium hunc habuerat exitum, tenebatque nox terras; adhuc Totilam fugientem in tenebris cum viris non amplius quin-

243. PROCOP. de B. G. L. IV. c. 32. p. 654, 655.

244. Id. ibid p. 656.

que, quorum ex numero erat Scipuar, Romani aliquot inſectabantur, neſcientes Totilam eum eſſe. In his erat Asbadus Gepaes. Hic a tergo Totilae imminens, eiusque humeros lancea ferire deſtinans irruebat, cum Gotthus adoleſcentulus, domeſticus Totilae, fugae domini comes, caſum tunc oblatum indignans, contenta voce, Quid agis, inquit, o canis, cur ictu petis dominum tuum? Asbadus vero intenta totis viribus lancea Totilam perfodit: mox ipſe, inflicto pedi a Scipuare vulnere, in eo loco haerere cogitur: haeret vna Scipuar a perſequentium quodam ſauciatus. Illi etiam quatuor, qui cum Asbado hoſtes agitauerant, his omiſſis, vt eum ſeruarent, cum ipſo regreſſi ſunt: dum Totilae comites, ab illis adhuc ſe premi rati, nihilo lentius proueherentur, quamuis eum lethaliter ſaucium et linquente anima collabentem deducerent. — Emenſi ſtadia LXXXIV. Caſtras perueniunt, id loco nomen: vbi intermiſſa fuga curarunt vulnus Totilae: quem, paulo poſt mortuum, inibi comites mandarunt humo, et abſceſſerunt. l)

Annos vndecim Gotthis Totilas imperauerat, cum hunc regni ac vitae finem habuit, indignum rebus, quas ante geſſerat. —

§. 332.

245. Romani Totilam ita extinctum neſcierunt, donec foemina quaedam Gottha rem ipſis aperuit, ac tumulum indicauit. Mendacium ſuſpicantes, qui haec audierunt, veniunt in rem praeſentem, atque effoſſo protinus loculo, educunt cadauer Totilae: quod cum, vt ferunt, agnouiſſent, ad ſatietatem ſpectatum reddiderunt ſepulchro, ac rem totam Narſeti e veſtigio renuntiarunt.

§. 333.

l) Cedrenus T. I. p. 376. *Augusto menſe* [haec iis ſubiunguntur, quae ad §. 309. attuli.] *nuncius Roma de victoria Narſetis allatus eſt: nempe Romanos, rege Totila occiſo, Romam recepiſſe.* paulo fuſius Theophanes p. 193. *Hoc anno* [25. Iuſtiniani I.] — *Auguſto menſe triumphales nuncii et victoriae monumenta Roma CPlin delata Narſe nimirum cubiculario et Romanorum Exarcho victore. Pugna ſiquidem cum Totila Gotth. rege conſerta, ſummam ſibi ſua virtute pepcrit victoriam, Romam recepit, Totilam interfecit, veſtimentaque eius ſanguine tincta pilcolumque* [καμηλαυκιω] *eius gemmis ornatum CP. miſit: quae ad imperatoris pedes in ſecreto proiecta ſunt.* eadem ex Theophane Anaſtaſius p. 65. 245. id ibid p. 657.

a. C. 553.

§. 333.

Quidam aliter caſum Totilae et hoc proelium narrant: id quod mandare literis non alienum iudico. Aiunt Gotthici exercitus fugam non ſine cauſa nec temere contigiſſe: ſed quodam Romanorum agmine velitante, confixum eſſe ſagitta Totilam ex improuiſo, ac praeter propoſitum ſagittarii; cum Totilas, militis ritu armatus atque inſtructus, temere et ſine vllo delectu loci ſtaret in acie, noteſcere nolens hoſtibus, nec ſe praecipue petendum offerens: verum haec agente fortuna, et in ipſius corpus ſagittam dirigente, plagam eum lethiferam accepiſſe; victumque acerbiſſimo doloris ſenſu, exceſſiſſe acie, et pedetentim cum paucis retro commeaſſe: cum autem Capras veniſſet, inuectus equo, ac dolore ibi praeualente, coepiſſet animo linqui, haud multo poſt adhibitum vulneri medicamentum, ſupremum diem obiiſſe: Gotthorum vero exercitum, qui iam hoſti longe impar viribus erat, vt ſuum etiam principem ad pugnam inualidum vidit, obſtupuiſſe, quod quamuis hoſtes non petiiſſent prae caeteris Totilam, vnus tamen ipſe lethali plaga affectus eſſet: hinc factum, vt metu exanimati, vltra modum horruerint, ſeque in fugam coniecerint adeo turpem. Sed de his ad ſuum quisque arbitrium diſſerat.

§. 334.

Narſes ſucceſſu laetus—primum redimere pretio voluit indignam licentiam Langobardorum—. Quare magna pecunia donatos remiſit in patriam. 'Quo facto', caſtra Valerianus ad vrbem Veronam poſuit, vt eam obſidione imperatori ſubiiceret. Qui in vrbis praeſidio locati erant, de illa ſecum tradenda cum Valeriano ſunt collocuti, vrgente metu. Hoe nuntio exciti Franci in agro Veneto ſtationarii, omni id ſtudio prohibuere, regionem ſibi vindicantes, vt ſuam: quocirca Valerianus inde cum omnibus copiis re infecta abſceſſit. 246.

246. PROCOP. de B. G. L. IV. c. 33. p. 657, 658.

Imp. IVSTI-
NIANO I.

CAPVT IX.

Imperium Teiae, vltimi Gothorum regis.

a. C. 553.

§ 335.

247. GOTTHI vero, qui ex proelio euaſerant, traiecto Pado, vrbem Ticinum circumiectaque loca occuparunt, ac ſibi regem crearunt TEIAM: qui inuenta omni pecunia, quam Ticini Totilas repoſuerat, Francos ad belli ſocietatem pellicere ſtatuit, et Gotthos pro tempore et re compoſuit inſtruxitque, circa ſe omnes propere colligens.

His Narſes auditis, Valeriano mandauit, vt cum ſuis omnibus ad fluuium Padum agitaret cuſtodiam, ne Gotthi liberius coirent: ipſe cum reliquo exercitu Romam contendit. ʿIn Tuſcia Narniam deditione cepit; Spoletii murum a Gotthis dirutum reaedificari iuſſit, miſſis denique Peruſiam copiis, praefectus vrbis Meligedius, Romanus, illam tradidit ʾ.

§. 336.

Gotthi vero, qui praeſidio Romam tenebant, vt aduerſum ſe tendere, iamque appropinquare Narſetem Romanumque exercitum intellexerunt; ſeſe ad occurrendum totis viribus compararunt. ʿIn ea vrbis parte, quam circa molem Adriani Totilas paruo cinxerat muro, veteribus annexo moenibus ʾ, rebus, quas pretioſiſſimas ducebant, repoſitis, caſtellum hoc ſedulo cuſtodiebant; reliquos vrbis muros per indiligentiam negligebant. ʿRomanis itaque a diuerſis partibus vrbem oppugnantibus ʾ, Dagiſthaeus, magno ſeptus militum globo, et cum ipſius Narſetis tum Ioannis vexillum ſecum habens, ſcaliſque inſtructus plurimis, repente quamdam muri partem inuadit, defenſoribus omnino vacuam. Confeſtim ſcalis omnibus, nemine prohibente, applicitis, ſine vllo neg-

otio

247. Id. ibid. p. 659.

gotio cum ſuis vrbem ingreſſus, portas ad libitum recludit. His Gotthi ſtatim animaduerſis, abiicere reſiſtendi propoſitum, et cuncti, quo cuique licet, euadere. Alii coniicere ſe in caſtellum, alii Portum-curſu petere. — Tum vero Narſes intento infeſtoque omni exercitu ad caſtellum acceſſit. Territi barbari accepta ſalutis fide, eodem temporis puncto, ſe et caſtellum dederunt, *annum imperii viceſimum ſextum agente Iuſtiniano Aug.* Sic Roma ſextum capta eſt illo principe: ad quem claues portarum vrbis Narſes protinus miſit.

§. 337.

'Haec autem victoria ſenatui populoque Romano grauius 250. exitium attulit. Nam fugientes Gotthi, ſpe obtinendae Italiae depoſita, obiter Romanos, in quos incidebant, mactabant, parcentes nemini. Barbari in Romano militantes exercitu, obuios quosque ad vrbis aditus hoſtiliter accipiebant; quibus malis iſtud acceſſit.

Antea, iuſſu Totilae, degebant in Campania Romani ſenatores multi. Horum quidam, allato nuntio potitum Roma Caeſarianum exercitum, eo migrarunt ex Campania. Quod vbi Gotthis, munita tenentibus regionis illius loca, compertum fuit, in tota prouincia conquiſiere patricios, omnesque interfecere: 'praeterea trecentos, quos ex vrbibus ſingulis collegerat Totilas nobilium Romanorum filios, et tum quidem trans Padum miſerat, iam ibi nactus Teias ad vnum omnes occidit.

§. 338.

Ragnaris, genere Gotthus, praeſidii Tarentini praefectus, etſi de ſententia imperatoris a Pacurio fidem acceperat, ſeque, vt ſupra dixi, ad Romanos acceſſurum pollicitus, ſponſionis huius obſides Romanis dederat Gotthos ſex, vbi tamen Teiam Gotthorum regem factum, Francorum auxilia accire, et cum hoſte copiis omnibus decernere velle audiit; mutato conſilio promiſſis manere noluit. 'Per dolum igitur Pacurium rogat, vt Romanos aliquot

250. PROCOP. de B. G. L. IV. c. 34. p. 660, 661.

Imp. IVSTI-NIANO I. a. C. 553.

quot milites ad ſe mittat, quo tutius cum ſuis Hydruntem indeque Byzantium proficiſcatur. Quos cum accepit, Pacurio ſignificat, ſi milites ſuos accipere velit, neceſſe eſſe remittat obſides. Quo Pacurius audito, paucos Hydrunte praeſidiarios relinquit, et cum caeteris copiis ad hoſtes properat. Ragnaris – obuiam iturus hoſti, Tarento Gotthos educit. Commiſſa pugna, vincuntur Gotthi, et Ragnaris, amiſſa parte ſuorum maxima, cum reliquis aufugit. Septo vndique a Romanis Tarento excluſus, Acherontidem ſe confert, ibique manet. —

Haud multo poſt, cum Romani Portum obſediſſent, inita compoſitione ceperunt; item in Tuſcia caſtellum, cui Nepa nomen, ac Petrae pertuſae munitionem.

§. 339.

Teias vero, Gotthos infirmiores iudicans, quam vt ſoli pugnare poſſent cum Romano exercitu, legatione miſſa ad Francorum regem Theodebaldum, ad belli ſocietatem ingentis pecuniae pollicitationibus eum inuitauit. At Franci, ſuis, opinor, rationibus ſeruientes, nec Gotthicae, nec Romanae rei cauſa volebant
251. vitam profundere, ſed Italiam ſibi ſubdere, eiusque rei gratia bellum gerere cupiebant, nulla impliciti ſocietate.

§. 340.

Ticini quidem, vti antea diximus, partem aliquam gazae Totilas repoſuerat; maximam vero commiſerat caſtello munitiſſimo, quod Cumis eſt in Campania; locatoque ibi praeſidio fratrem ſuum cum Herodiano praefecerat. Hos Narſes expugnare conſtitutum habens, mittit Cumas, qui caſtellum obſideant; moratur ipſe Romae, conſtituendis rebus vrbis intentus. Centumcellarum quoque obſidionem aliis eo miſſis demandat.

§. 341.

Tum Teias Cumano praeſidio gazaeque timens, et a Francis deſperans, ita ſuos inſtruxit, vt pugnandi cum hoſte conſilium prae

251. Id. ibid. p. 662.

prae ſe ferret. Quo Narſes cognito, Ioannem Vitaliani nepotem ac Philemuthum in Tuſciam proprio cum exercitu deſtinauit, ſtatiua illic habere iuſſos, hoſtiumque profectionem in Campaniam impedire; quo liberius Cumas vel caperent vi, vel ad deditionem perpellerent obſeſſores. Verum Teias, vbique fere relictis a dextera breuiſſimis itineribus, per multos longiſſimosque anfractus, ac per oram ſinus Ionii, in Campaniam peruenit, nemine hoſtium aduertente. Qua de re factus certior Narſes, Ioannem et Philemuthum, qui in Tuſcia tranſitum cuſtodiebant, accerſit, ac Valerianum, Petra pertuſa recens potitum, cum ipſius copiis reuocat: tum collectis viribus, in Campaniam cum vniuerſo exercitu, ad proelium inſtructo, contendit.—

§. 342.

Gotthi, occupato fluminis Draconis, qui ad radices Veſuuii exoritur, ponte, cui caſtra applicuerant, ligneisque turribus eidem impoſitis, baliſtas, quas vocant, atque alias machinas illic ſtatuerunt, vt e ſublimi hoſtes laceſſere et ferire poſſent. Pugnare quidem cominus prohibebantur, interiecto, vt dixi, flumine; ſed propter eius ripas vtrique ſtantes, ſagittis plerumque ſe inuicem petebant: nonnunquam ſingularia certamina edebantur, ſi forte vnus aliquis Gotthus ex prouocatione pontem tranſiret. Sic menſes duos vterque conſumpſit exercitus, et quamdiu Gotthi in illis partibus imperio maris gauiſi ſunt, tamdiu reſtiterunt, commeatus inportantes nauigiis, cum vicina mari caſtra haberent. 252.

Dein Romanis vniuerſam hoſtium claſſem Gotthus, qui illi praeerat, prodidit, et innumerae naues ex Sicilia aliisque imperii partibus aduenerunt. ſimul etiam Narſes in fluuii ripa locatis turribus ligneis, barbarorum animos perculit.

His igitur territi, reique cibariae penuria preſſi, confugiunt in montem proximum, quem Romani Lactis montem latine vocant. Eos Romanus exercitus illuc ſequi non potuit, repugnante

252. PROCOP. de B. G. L. IV. c. 35. p. 663.

253. loci iniquitate. Verum barbaros continuo poenituit eo aſcendiſſe, ita creſcente commeatus inopia, vt vnde ſe equosque alerent non haberent. Quare ſatius eſſe rati mori in acie, quam fame abſumi, hoſtem nihil tale opinantem adoriuntur, et improuiſi repente impetum faciunt. Illos pro re ac tempore propulſantes Romani ſtant, 'nullo ordine', ſed, prout ſors ferebat, hoſti opponentes ſe totis viribus. Ac primum Gotthi, dimiſſis equis, conuerſisque ad hoſtem frontibus, pedites ſtetere omnes, ſic, vt alta eórum eſſet acies. Tum Romani id conſpicati, ipſi quo ue amotis equis, eodem omnes modo in acie ſe compoſuerunt.—

§. 343.

Inita mane pugna, Teias cunctis conſpicuus, protectus clypeo, haſtamque intendens, primus ante aciem cum paucis ſtetit. Quem vt Romani conſpexerunt, protinus diremptum iri certamen rati, ſi is caderet, in ipſum conſpirarunt quicumque valebant animo: quorum magnus erat numerus. Cuncti in eum haſtas partim iaculabantur: quas omnes ipſe clypeo, quo tegebatur, excipiens, ſubito impetu multos dé medio tollebat. Scutum infixis plenum haſtilibus animaduertens, illo ſcutariorum cuidam tradito, alterum arripiebat. Cum ſic decertans partem diei tertiam exegiſſet; accidit, vt onuſtum haerentibus duodecim haſtilibus clypeum haud mouere poſſet ad libitum, neque aggreſſores eo repellere. Tum vnum e ſcutariis contente euocat, ne transuerſum quidem digitum ſe loco mouens, nec referens pedem, neque hoſtem progredi ſinens. Immo nec ſe conuertit, nec ſcuto tergum applicuit, nec ſe flexit in latus, ſed tanquam ſi affixus ſolo eſſet, ſic in veſtigiis haerebat

254. cum clypeo, hoſtium caedem efficiens dextra, impetum ſiniſtra reprimens, et nomine inclamans armigerum. Qui vbi recentem clypeum attulit, hoc ille ſtatim mutauit alterum haſtilibus grauem. Interea puncto temporis patuit illius pectus: tum forte iaculo confixus, momento efflauit animam. Ipſius caput conto impoſitum elatumque circumferentes Romani quidam, vtrique exercitui oſtendebant, Romano, vt contra iret audentior; Gotthico, vt, omni ſpe depoſita, arma componeret.

§. 344.

253. Id. ibid. p. 664. 254. Id. ibid. p. 665.

a. C. 553.

§. 344.

Ac ne ita quidem certamini finem impoſuerunt Gotthi; ſed ad noctem id produxerunt; quamuis regem ſuum obiiſſe iam probe ſcirent. Cum nox proelium diremiſſet, ibidem eam vtrique traduxerunt armati. Poſtridie luce prima conſurgunt, ac ſimiliter inſtructa acie, ad noctem dimicant, obſtinati non cedere inuicem, nec terga vertere, vel retroire, multis licet vtrinque caeſis: ſed aſpero efferati inter ſe odio coeptum vrgent. Nimirum videbant Gotthi, ſe poſtremum confligere; Romani illis concedere renuebant.

§. 345.

Denique barbari, miſſis procerum nonnullis, Narſeti ſignificarunt, ſe iam intelligere, ſibi bellum eſſe cum Deo: ſentire ſe vim aduerſam, ductaque ex iis, quae accidiſſent, coniectura, rei veritatem tenere: velle in poſterum ab armis ceſſare; non ita tamen, vt imperatori ſeruirent; ſed cum aliis quibusdam barbaris ſuis legibus viuerent. Rogarunt, ne diſceſſum Romani ſuum turbarent, neu ſecum benigne agere grauarentur; ſed viatici loco donarent pecunias, quas antea quisque in Italiae praeſidiis repoſuiſſet. Qua de re deliberanti Narſeti Ioannes, Vitaliani nepos, author fuit, vt annueret poſtulatui. — Nam, inquit, vincere ſatis habent viri prudentia ac moderatione praediti: ambitioſior autem cupiditas vtique in perniciem vertit. ſententiam hanc amplexo Narſete, pacto conuenit, vt, qui ſupererant, barbari cum rebus ſuis omni Italia confeſtim excederent, neque vlla ratione cum Romanis bellum amplius gererent.

§. 346.

Hoc interim ſpatio Gotthi mille, caſtris egreſſi, vrbem Ticinum ac regionem Transpadanam petierunt, cum alios duces, tum *Indulphum* ſecuti, de quo mentio ſupra incidit: caeteri omnes, interpoſito iureiurando, omnia pacta conuenta firmarunt. Itaque Ro- 255.

255. Id. ibid. p. 666.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 553.

mani Cumas ac reliqua omnia cepere a) praeſidio, et *annus exiit decimus octauus belli huius Gotthici*, cuius hiſtoriam Procopius ſcripſit.

§. 347.

256. Teias, Gotthorum poſt Totilam dux, inſtauratis copiis cum bellum totis viribus Narſeti Romaniſque intuliſſet, inſigni clade accepta, in acie proelians periit. Gotthi, qui euaſerant, Romanis absque vlla intermiſſione perſequentibus, preſſi aſſiduis inſultibus, et ſiccitate locorum, in quae ſe receperant, pacis conditiones cum Narſete ineunt; vt ſcilicet ſuas illi terras intrepide habitent, regique Romanorum deinceps pareant.

a) Huc forte pertinent, quae Theophanes. p. 201. Anaſtaſius p. 66. Cedrenus T. I. p. 587. habent: *Eodem etiam anno* [36. Iuſtiniani I.] *menſe* * * * *victoriae triumphales nuncii, Roma CP. delati, peruenerunt: Narſetem videlicet patricium duas vrbes munitiſſimas Veronam* [Beρωιαν. Cedrenus, Bιριαν.] *et Brixiam* [Bρίγκας] *a Gothis recepiſſe.*

Agathias in Praefatione p. 2. *Magnos*, inquit, *viros*, *hiſtoria immortales efficit*, *non vt Zamolxidis inſtituta*, *et Getica deliramenta; ſed vere et modo quodam diuino &c.*

256. AGATHIAS Lib. I. p. 11. His in praefatione p. 9, 10. Agathias haec praemittit: *Quo pacto Theodoricus* [Θευδέριχος] *Gotthorum rex exceſſerit e viuis, et Amalaſuntha eius filia a Theodato fuerit interfecta, omnia etiam, quorum cauſa Gotthicum bellum exarſit, Procopius eſt perſecutus; ne hoc quidem praetermiſſo, quo pacto Vitigis, qui poſt Theodatum Gotthicae nationi praefuit, a Beliſario praetore* [ϛρατηγȣ] *poſt multa proelia captiuus Byzantium ſit ductus; ſed nec quomodo et Sicilia et Roma et Italia, barbaris aduenis eiectis, patriis rurſum moribus legibusque fuerit decorata. Inde etiam cognoſci poteſt, quo pacto Narſes Eunuchus in Italiam ſit miſſus, praetor imperatorque a rege conſtitutus. Illuſtria etiam bella aduerſus Totilam quae ille praeclare confecit; vtque rurſum poſt illum Teias Phredigerni filius, Gotthorum praefectura accepta, non multo poſt caeſus fuerit. Haec vero omnia ad annum vsque ſextum et vigeſimum regni Iuſtiniani ſunt geſta. Ac Procopius quidem in his, vti arbitror, finem Hiſtoriae ſuae fecit. Ego vero his proxima et conſequentia, vt initio mihi propoſitum fuit, perſequens, res ipſas aggredior. Teias &c.*

CAPVT

CAPVT X.

Imp. IVSTINIANO I.

Noui Gothorum motus,
vſque ad
abſolutiſſimum eorum interitum.

§. 348.

a. C. 554.

HAEC cum ita iis in locis ceſſiſſent, videbantur omnibus bella in Italia finem nacta: cum potius praeludia aliorum bellorum eſſent. — Tum temporis Gotthi ictis foederibus dirempti, nonnulli eorum, qui intra Padum fluuium degebant, in Tuſciam et Liguriam, et quo cuique libitum erat, conceſſerunt; alii vero trans Padum circa Venetias ſparſi in caſtellis et oppidulis, quibus aſſueverant, conſederunt. 257.

§. 349.

Cum itaque hoc in ſtatu eſſent res Gotthorum, decebat ipſos pacta iurata re ipſa factisque confirmare et ſtabilire, et res ſuas in tuto continentes, ſeſe a diuturnis periculis vindicare, atque aliquando tandem ab aerumnis reſpirare. At vero cum per breuiſſimum tempus ſeſe continuiſſent, rurſus res nouas moliti, alterius belli ſemina iecerunt. Cumque ipſi per ſe impares ſeſe iudicarent qui deinceps cum Romanis proeliarentur, ſtatim ad Francos ſe conuerterunt, melius res ſuas habituras rati, vtilitatemque ſe inde longe vberrimam percepturos, ſi cum finitimis et propinquis ſocietate inita bellum facilius inſtaurarent [a].

§. 350.

257. Id. p. 12.

a) Hic quaedam de rebus Francorum ſequuntur. Quae ibi de Gothis occurrunt, accipe: p. 13, 14. *Eo tempore, quo Gotthi legationem ad eos* [Francos] *miſerunt, tres ipſis erant principes—. Theodibaldus, Childebertus et Clotharius.* p. 14. *Natio haec* [Burguziones] *Gotthica eſt, per ſe laborioſa et bellica laude clara.* p. 14, 15. *Cum Romanis bellum aduerſus Totilam Gotthorum ducem eſſet ortum, Theodibertus hoc animo agitabat, ſummaque diligentia procurabat, vt interea dum in Italia Narſes pariter et exercitus laborarent occupatique eſſent, ipſe, fortiſſimis validiſſimisque copiis coactis, in Thraciae regionem penetraret, eaque tota vaſtata et ſubiugata, Byzantium regiam vrbem bellum transferret — ſed vitae finis conatus ipſius anteuertit.*

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 554.

§. 350.

258. Eo tempore, quo Teias exceſſit e viuis, et Gotthicae re peregrinis auxiliis egerent, Theodibaldus adoleſcentulus Francorum rex erat. Sed et Childebertus et Clotharius eius maximi patrui (prout leges Rom. loquerentur) erant: ad hos, vtpote remotiſſime inde degentes, Gotthi nequaquam eundum cenſuerunt. ad Theodibaldum vero aperte legationem inſtituerunt; non tamen vniuerſa natio; ſed ſoli qui iuxta Padum fluuium degebant. alii vero gaudebant quidem et rerum innouatione, et ſtatus immutatione, perculſi tamen erant, de euentu dubitantes, et fortunae inſtabilitatem pertimeſcentes, et ſuſpenſis dubiisque animis obſeruabant, ſcitabanturque quid agerent, ſtatuentes iis, qui potiores ſuperioresque eſſent, ſeſe adiungere.

§. 351.

Aliorum vero oratores cum in regis conſpectum veniſſent, omnes etiam primores rogabant, ne ſeſe a Romanis oppreſſos deſpicerent; ſed ſociale cum ipſis bellum ſuſciperent, et genti finitimae atque amicae ſuppetias ferrent, quae alioqui in diſcrimine erat, ne funditus euerteretur. Oſtendebant praeterea, hoc etiam ex illorum re maxime futurum, ſi non paterentur Romanos ad tantam potentiam euehi, ſed potius omnibus viribus eorum incremento officerent. Si enim vniuerſam gentem Gotthicam deleuerint, ſtatim etiam in vos, dicebant oratores, exercitum ducent, et priſtina bella inſtaurabunt. Neque enim illis eſt defutura ſpecioſa aliqua cauſa, quam auaritiae ſuae praetexant. — non vim illaturi videbuntur, ſed iuſtum bellum mouere, tanquam nihil alienum quaeſituri, ſed maiorum ſuorum poſſeſſiones recuperaturi. Tale porro etiam nobis crimen obiicient, quod ſcilicet, quum Theodericus, noſter olim princeps et coloniae deducendae author, non decenter Italiam occupaſſet, noſtris quidem rebus nos ſpoliarunt; maiorem gentis noſtrae partem trucidarunt, vxores et liberos opulentiorum apud nos hominum atrociter ſub haſtam miſerunt. atqui Theodericus non vi captam, ſed Zenonis antea ipſorum regis permiſſu, ſibi adiunxerat Italiam, nihil Romanis eripiens (iam enim ea priuati erant) quin potius caeſo Odoacro aduena tyranno, quae illius

258. AGATH. L. I. p. 15, 16.

ııs erant omnia occupauit belli iure. At poſteaquam ipſis maior vim inferendi poteſtas fuit, mox nihil iuſte agere coeperunt, ſed
Theodato antea Amalaſunthae cauſa infenſi, idque initium occaſio- 259.
nemque belli ſtatuentes, deinceps in hunc vsque diem violenter omnia agere ac rapere non deſiſtunt. Hi nimirum ſunt ſapientes et religioſi, quique ſoli ſe iuſte remp. adminiſtrare gloriantur. Ne igitur nos huiuscemodi malis affectos vecordiae noſtrae ſero poeniteat, anteuertendi nobis ſunt hoſtes, neque negligenda eſt occaſio, quae modo ſeſe offert; quin potius iuſtus in eos exercitus eſt mittendus, et ex nobis ipſis dux aliquis rei bellicae peritus ei praeficiendus, qui, bello aduerſus Romanos optime confecto, hinc eos quam citiſſime exigat, noſtrasque nobis terras recuperet. Hoc enim facientes et Gotthicae nationi ſummopere gratificabimini, ſeruatores malorumque profligatores declarati, veſtrasque ſimul res in tuto collocaueritis, ſi nihil vobis amplius hoſtile ex vicinis reliquum fiat. Ad haec immenſa vobis fiet pecuniae acceſſio, non ſolum ex praeda, quam de Romanis facietis, ſed et aliis, quas nos perſoluemus.

§. 352.

Haec cum dixiſſent legati, Theodibaldo quidem (erat enim parum generoſus, et belli imperitus, atque adeo morbidus etiam, corporeque inualido) eorum petitio non admodum probabatur, neque putabat oportere, ob alienas calamitates, priuatis difficultatibus laboribusque inuolui. Leutharis vero et Butilinus, tametſi id regi ipſorum minime placebat, belli cum eis ſocietatem inierunt. Erant hi duo germani fratres, genere quidem Alemanni, maximam vero apud Francos potentiam conſecuti; adeo vt nationi ipſorum praeeſſent, a Theodiberto primum accenſi. b)

§. 353.

Alemanni autem, ſi Aſinio Quadrato, homini Italo, quique res Germanicas accurate conſcripſit, credimus, conuenae ſunt et miſcellanei; quod et appellatio ipſa ſatis indicat. Hos

250. id. p. 17.

b) δυναμιν δε παρα Φραγγοις μεγιστην, ειχετην, ὡς και τȣ σφετερȣ ἐθνȣς ἡγεισθαι Θευδιβερτȣ τȣ προτερȣ παραχοντος.

Hos antea Theodericus Gotthorum rex, cum etiam vniuerſa Italia potiretur, tributarios fecerat, totamque hanc gentem ſubegerat. Simulatque vero is e viuis exceſſit, atrociſſimumque bellum inter Iuſtinianum Rom. imperatorem et Gotthos exarſiſſet: tum Gotthi Francis adulantes, eorumque amicitiam et beneuolentiam, quibuscumque poterant modis, ſibi conciliantes, 'et aliis multis locis eiecti ſunt c), et Alemannicam gentem dimiſerunt. Cogendas enim ſibi tum temporis vndequaque vires ſuas putabant, ſubditosque, quotquot ſuperuacanei neque admodum opportuni viderentur, miſſos faciendos, quippe qui non amplius de principatu et gloria eſſent concertaturi, ſed iam pro Italia ipſa, nene funditus delerentur,
260. periculum adituri. Quocirca cum futurum periculum ipſi animis ſuis praecepiſſent, et praeuidiſſent, voluntatem ſuam ad neceſſitatem aggregarunt.

Hoc itaque modo etiam Alemannorum nationem a Gotthis dimiſſam in ſuam poteſtatem redegit Theodibertus.—

§. 354.

261. Leutharis itaque et Butilinus vbi primum exercitus contra Romanos ducere coeperunt, magna ambo ſpe erecti 'Italiam ſe vna cum Sicilia facile ſubiugaturos credebant. Mirari vero ſe Gotthos dicebant, ſi tantopere homuncionem [Narſeten] thalamo et vmbratili delicioſaeque vitae aſſuetum, nihilque maſculum et virile prae ſe ferentem, reformidarent. Hi itaque ſua gloria elati ac faſtuoſi, validis copiis coactis, exercituque ex Alemannis et Francis ad duo et ſeptuaginta ſtrenuorum virorum millia collecto, ſeſe ad bellum inſtruebant, veluti iamiam Italiam et Siciliam inuaſuri.

§. 355.

Narſes vero, Romanorum dux tametſi eorum conſilia non plane habebat explorata, maxima tamen vtens prudentia, hoſtiumque conatus ſemper anteuertere cupiens, ſtatim oppida quaedam in

c) ἑτερων τε πολλῶν ἐξιςαντας χωριων.

260. AGATHIAS L. I. p. 18.
261. Id. p. 19.

in Tuſcia, quae adhuc in Gotthorum poteſtate erant, ſumma vi ſubigere ſtatuit, et confeſtim moto exercitu ad Cumas proceſſit. in hoc munitiſſimo tutiſſimoque oppido Totilas et Teias, priores Gotthorum reges, quicquid ipſis erat pretioſarum atque admirandarum rerum, repoſitum habebant.

Quo ſimulac Narſes venit, ſumma vi contendit, vt quam citiſſime et oppido et pecuniis potiretur, ne Gotthis tuta belli ſedes, vnde Italiam excurſionibus infeſtarent, relinqueretur, eoque oppido expugnato plena abſolutaque victoria efficeretur. *Aligernus* enim, minimus natu frater Teiae, qui Gotthorum dux fuerat, intra oppidum erat, et collecto non exiguo exercitu nihil pacificum animo agitabat, tum quod Teias in bello caeſus eſſet, tum quod Gotthorum res labefactatas diſſipatasque plane intellexiſſet. Nequaquam 262.
itaque animum deſpondebat, neque aduerſae fortunae ictus pertimeſcebat, ſed et loci ſitus et rerum neceſſariarum affluentia eius confidentiam arrogantiamque ita augebat, vt facile hoſtiles inſultus ſe repulſurum ſperaret. Statim itaque Narſes ſuos adhortatus, exercitum oppido admouit.

§. 356.

'Romani cum multis diebus muros ſumma vi iam oppugnarent, nec minori virtute eorum repellerent impetus Aligerni milites, et Aligernus inprimis ipſe ſumma vi tela, eaque certiſſima, in hoſtes iacularetur'; neutris ex animi ſententia res procedebant. Nam et Romanis turpe videbatur, ſi infecta re, neque redacto in poteſtatem oppido, recederent: et Gotthi aperte ſatis videbantur obſidione ad deditionem non venturi. 'Narſes itaque alia via rem 263.
aggreſſus, per Sibyllae antrum, quod ad orientalem collis flexum erat, immittit, qui muros ſuffoderent. Quibus licet ex voto ad finem perductis, tamen, cum muro collapſo ingens apertus eſſet hiatus, nihilominus quam antea aſcenſu difficile oppidum reddebatur. Cum itaque ſummis viribus impetum in vrbem Narſes faceret', repellitur, neque quicquam operae pretium effecit.

262. id. p. 20. 263. id. p. 21, 22.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 554.

§. 357.

Tum Narſes, cum neque bello, neque vi vlla oppidum capi poſſet, ſtatuit non vniuerſum exercitum in laborioſa hac obſidione diſtinere, ſed Florentiam et Centumcellas et alia quaedam Tuſciae oppida ſtatim ſe transferre, rebusque omnibus ibi conſtitutis hoſtium aduentum anteuertere. Nuntiabatur enim Leutharim et Butilinum et Francorum Alemannorumque copias intra Padum veniſſe: qua de cauſa, quanta potuit celeritate, maximam exercitus partem eo ductabat. 'Fulcarin vero nouum Erulorum ducem vna cum Ioanne Vitaliano aliisque ducibus', cumque maiore et validiſſima exercitus parte, Alpium iugo, quod inter Tuſciam et Aemiliam prominet, circumito, circa Padum fluuium ſe recipere, ibique fixis caſtris, munitioribusque locis praeoccupatis, hoſtium inſultus propulſare et reprimere 'iubet.' — Ad Cumas vero copias non exiguas reliquit, vt locis omnibus circumquaque inſeſſis, hoſteque intra vrbem clauſo, diuturna obſidione premerent. atque hi quidem, vallo in orbem ducto, exitus obſeruabant, ſicubi aliquem capere poſſent, pabulatum euntem. Putabant enim, ipſis iam fere per annum obſeſſis omnia abſumta eſſe.

§. 358.

Narſes vero oppida adortus, pleraque citra laborem in ſuam poteſtatem redegit, 'Florentiam, Centumcellas, Volaterras, maritima nonnulla et Piſam deditione cepit.' Soli Lucenſes moram trahere tentabant; neque ſeſe dedere. tametſi antea hi cum Narſete pacti erant, obſidibus datis, et iureiurando praeſtito, quod ſi triginta dies praeterlaberentur, neque auxilia ipſis venirent ſuſtinendae obſidioni belloque aperto gerendo idonea, ad non ex turribus et muris, ſed ſtatario proelio, pugnandum, confeſtim vrbem ſeque dederent. Sperabant enim, Francos breui ipſis auxilio venturos. Hac enim fiducia freti, cum Narſete pacti erant. Caeterum cum iam ſtatum tempus eſſet elapſum, neque vlla auxilia comparerent, neque ſic tamen conuentis pactisque ſtandum cenſuerunt. 'Narſes itaque obſides ad muros adductos occidi, vt quidem videbatur, iubet.

264. AGATH. L. I. p. 23, 24.

iubet. Cumque de hac re acerbiſſime conquererentur. Lucenſes, ſe illos, ſi deditionem promittant, reſuſcitaturum Narſes ſpondet. Eos itaque incolumes oppidanis ſpectandos exhibet, tandemque liberos in vrbem dimittit, quo cum veniſſent, quamplurimos ad Romanorum partes ſectandum concitarunt '.

§. 359.

Narſete vero adhuc obſidionem vrgente, copiae Romanorum in Aemiliam miſſae, ſiniſtris euentibus perculſae erant, et valde, vti par erat, animis conſternatae. 'Fulcaris enim cum Erulis ſuis temere in Parmenſem vrbem, quam Franci iam occupauerant, excurſione facta, ex inſidiis a Butilino oppreſſus, magna clade accepta occiſus eſt'. Gotthi vero Aemiliam et Liguriam proximaque loca incolentes, qui antea, infidam quidem illam et non ſinceram, pacem tamen bellique ſocietatem, metu potius impulſi, quam voluntate adducti, cum Romanis inierant, animis recuperatis, foederibusque aperte ruptis, confeſtim ad barbaros, vt morum vitaeque ſimilitudine coniunctos, ſeſe contulerunt. Copiae vero Romanorum, quas Ioannes Butaliani filius, vt antea dixi, et Artabanes ducebant, et ex Herulis quotquot fuga euaſerant, Fauentiam ſtatim ſeſe receperunt, 'ſe circa Parmam non diutius tutos fore rati'. Nam Gotthorum vrbes ipſis [Francis] adaperiebantur, et iam valido praeſidio recepto, manifeſte videbantur omnibus viribus impreſſionem in ipſos facturi. Quamobrem praefecti copiarum quam proxime fieri poſſet, Rauennam concedendum iudicabant, eaque ratione hoſtium impetum declinandum; quippe qui conſerendo cum ipſis proelio impares eſſent.

265. (beside "Romanorum", line 1 of §. 359)
266. (beside "impreſſio-")

§. 360.

Hiſce vero rebus Narſeti nuntiatis, 'ille, vt quae peccata erant emendaret, vnice intentus fuit. Cum itaque copias inopinata clade conſternatas videret, exercitu conuocato, nequaquam ob infelicem Fulcaris caſum animum eſſe deſpondendum oſtendit'. Turpe enim, inquit, fuerit, ſi Gotthorum reliquiae, tota fere gente

265. id. p. 25, 26.   266. id. p. 27, 28.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 553.

gente, deleta, belli gerendi ſocios ſibi adſciſcunt, et plus negotii nobis faceſſunt, neque plane tanta clade accepta animum deſpondent: nos vero nunc eo ſolum nomine victos nos exiſtimantes, quod non continue vicerimus, 'animum abiiciemus'. Quocirca Lucenſibus his nullum obſidendo reſpirandi locum demus, et ad aere bellum quisque veſtrum ſumma cura alacritateque ſe comparet. His dictis Narſes et militum animos erexit, et arctiore obſidione Lucenſes preſſit. 'Simul reliquos duces, opportunioribus locis re-
267. lictis, Fauentiam abiiſſe, aegerrime ferens, eos, grauiſſime reprehenſos, rurſus ad Parmam caſtra transferre iubet'.

§. 361.

268. 'Quo facto', Narſes — nequaquam ferendum ratus, Lucenſes diutiſſime reſiſtere, remiſſius obſeſſos, muro intrepide appropinquauit. 'Dum itaque Narſes vndique vi maxima vrbem oppugnat, ii, qui antea obſides fuerant, obnixius pro Romanis apud ſuos agebant, iisque tandem, vt ad ſaniora redirent conſilia, perſuaſerunt'. Confeſtim itaque fide a Narſete accepta, quod nequaquam ipſis praeteritarum rerum cauſa eſſet infenſus, vrbem dediderunt, exercitumque libentes in eam admiſerunt, tribus iam menſibus in ea obſidione conſumtis. Sicque iterato Lucenſes Romanorum regi paruerunt.

§. 362.

Narſes vero, recepta Luca, quum iam nihil hoſtile reliquum eſſet, — relicto — ibi Bono praefecto — iuſtisque copiis ei adiunctis, quibus videbatur, ſi forte nouis rebus ſtuderent, qui ibi erant, barbari, facile ſuperior eis euaſurus et compreſſurus: his, inquam, rebus ita compoſitis, Rauennam recta contendit, vt exercitum illic morantem hybernatum mitteret. Vergente enim iam autumno,
269. ſolſtitio hyberno imminente, belligerandum ſibi per id tempus nequaquam videbatur, — 'inprimis cum Franci brumae tempore vegetantur, validioresque fiunt, et tunc commodiſſime labores ferunt —. Diſſipato itaque exercitu, et per centuriones et tribunos pa-

267. AGATH. p. 29.
268. id. p. 30.
269. id. p. 31.

partito, vt in proximis oppidis et caſtellis hybernarent, iuſſit; ſtatim vero ineunte vere Romam omnes venire et congregari, vt ibi omnibus copiis coniunctis exercitum inſtruerent.

§. 363.

'Interea vero, dum, exercitu in hyberna dimiſſo, Narſes Rauennam abit', Aligernus Fedigerni quidem filius, frater vero Teiae (cuius etiam antea mentionem fecimus in obſidione Cumarum) poſtquam Franci in Italiam veniſſent, et Gotthorum res omnes ad ipſos eſſent deuolutae, ſolus viſus eſt, quid conſultum et ex re eſſet, cognouiſſe et futura praeuidiſſe. Deliberanti enim ipſi de praeſenti rerum ſtatu haec cogitatio in mentem venit, quod Franci ſpecioſum quidem titulum ac praetextum captabant ſocietatis bellicae cum Gotthis initae; quippe qui acciti veniſſent, quod vero animis ſuis agitabant, aliud quiddam reipſa appariturum. Fore enim videbat, vt etiamſi Romanis ſuperiores euaderent, Gotthis Italia non cederent, ſed illis reipſa primis ſubactis, quibus ſuppetias verbis laturi venerant, Francos principes eis impoſituros, patriisque legibus eos eſſe ſpoliaturos. Haec itaque cum frequenter ſecum reputaret, et cum animo ſuo reuolueret, ſimulque obſidione premeretur, conſultiſſimum fore iudicauit, ſi vrbem cum pecuniis omnibus Narſeti traderet, ac deinceps Romanorum inſtitutis ac moribus viueret, periculis et barbarico viuendi more valere iuſſis. Aequum enim ei videbatur, ſi Gotthi Italiam obtinere non poſſent, veteres certe eius habitatores et indigenas ab origine duces eam recuperare, neque perpetuo ſuis ſedibus fraudari. Haec itaque et ipſe ſua ex parte praeſtare in animum ſuum inducebat, et reliquae genti ſuae prudentis conſilii exemplum ſtatuere. 'Ad Narſetem itaque, concedentibus obſeſſoribus, Claſſes, caſtellum in agro Rauennate ſitum, profectus', claues vrbis Cumarum ipſi in manus tradidit, omniaque ſua beneuola officia ei detulit. 'Narſes, eo benigniſſime excepto', ſtatim quartam copiarum partem Cumas obſidentium in vrbem miſit, qui et ipſam et pecuniam omnem 270.

reci-

270. id. p. 32.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 554.

reciperent, tutoque omnia conſeruarent; reliquis copiis in alia oppidula et caſtella ſecedere, ibique hybernare iuſſis. —

§. 364.

Aligernum vero ad Caeſenem vrbem ire [Narſes] iuſſit, cum mandatis, vt, cum eo veniſſet, conſcenſo muro vrbis manifeſte elato capite proſpiceret, ita vt ab omnibus, quis eſſet, dignoſci poſſet. quod ipſum eo conſilio mandarat, vt Franci, qui illac videbantur tranſituri, eum ſua ſponte ad Romanos tranſiiſſe cernerent, et de expeditione in Cumas pecuniaeque ſpe animum abiicerent, vel forte de totius belli ſumma, vtpote locis omnibus opportunis iam praeoccupatis, deſperarent. Atque Aligernus quidem Francos praetereuntes conſpicatus, contumeliis verborum eos e ſublimi muro excipiebat et ſubſannabat, vt fruſtra deinceps feſtinantes et poſt feſtum, quod aiunt, venientes, cum pecunia omnis in Romanorum poteſtatem veniſſet, atque adeo ipſa etiam Gotthici principatus inſignia; adeo vt ſi quis etiam in poſterum rex Gotthorum declararetur, non haberet quo ſpectabilior honoratiorque eſſet, militari tantum veſte indutus, ipſoque habitu priuatum hominem
271. prae ſe ferens. Franci vero contra ei conuiciabantur, gentis ſuae proditorem appellantes, et de ſtatu rerum ambigere videbantur, et an bellum vltra gerendum ipſis eſſet, deliberare. Vicit tamen ea ſententia, deſiſtendum non eſſe, quin potius vrgendum inſtitutum.

§. 365.

Interea Narſes Rauenna Ariminum conceſſit, ſe cum *Theodibaldo* genere *Varno*, qui poſt patris *Vaccari* obitum, ad Romanos tranſierat, coniuncturus. Hiſce rebus occupato Narſete, Franci ad duo millia mixtim peditum et equitum, qui a ſuis praefectis ad vaſtandum et depraedandum agros erant emiſſi, cum iam vrbi appropinquaſſent, Narſes cum ſuis egreſſus, eos adoritur. Vbi cum aliquamdiu aequo marte pugnatum eſſet; Romani fugam iuſſu Narſetis ſimulantes victoria potiuntur, magna affectis clade bar-

271. id. p. 33, 34.

barbaris.' Narſes vero Rauennam reuerſus, rebusque omnibus eo loci rectiſſime conſtitutis, Romam ſe contulit, ibique hybernauit.

§. 366.

a. C. 555.

Ineunte autem vere, exercitus ibi, prout ſtatutum erat, inſtaurabatur, copiaeque omnes in vnum cogebantur. 'In his dum Narſes totus eſt', barbari lentius procedentes loca, per quae tranſibant, omnia depopulabantur et vaſtabant.—Poſtquam vero Samnium veniſſent, tum partitis copiis, Butilinus quidem cum maiore validioreque exercitus parte Tyrrhenum littus legebat, et totam fere Campaniam depraedabatur. quin et Lucaniam et Brutios deinde inuaſit, et ad fretum vsque, quod Siciliam inſulam et fines Italiae dirimit, peruenit: Leutharis vero reliquas copias ducens Apuliam et Calabriam infeſtabat, Hydruntem vsque progreſſus.—Cum iam ingentem ſpoliorum vim vtrique coaceruaſſent, et iam praeterlapſo vere vigeret aeſtas: alteri quidem ducum, Leuthari videlicet, in animo erat domum reuerti, et opimis ſpoliis ſuis frui, 'fratremque, vt idem faceret, hortabatur.' Butilinus vero etiam iureiurando ſe Gottho obſtrinxit, proelium aduerſus Romanos cum ipſis aditurum. Cumque illi per aſſentationem ſpargerent, ſeſe eum regem ipſorum deſignaturos, manendum ſibi apud illos cenſuit, et ſe ad bellum inſtruxit. 272. 273.

§. 367.

'Leutharis et Alemanni itaque in agrum Venetum cum veniſſent, morbo peſtilenti oppreſſi omnes interierunt.' Butilinus vero 274. 275.

272. AGATHIAS L. II. p. 35, 36.
273. Id. p. 37.
274. Id. p. 37, 38.
275. Id. p. 39—47. p. 46. *In hoc autem proelio ſtrenue rem geſſerunt ex auxiliaribus barbaris Aligernus ille Gotthus (nam et ipſe conflictui interfuit) et Sindual Herulorum dux*—. p. 48. Narſes in oratione, qua ſuos ad otium vergentes officii commonefacit, *Atqui vos*, inquit, *et Totilam et Teiam et vniuerſam nationem Gotthicam profligaſtis*—*ſed maiora praeteritis futura ſunt expectanda.*

a. C. 555.

ro alter dux oppidis caſtellisque propemodum omnibus ad Siculum fretum vsque vaſtatis, ſtatim quam citiſſime Campaniam verſus et Romam ſe recepit, 'cum Narſete proelio decertaturus.' Vergente iam aeſtate et autumno ineunte, 'cum et ipſe magnam exercitus partem amiſiſſet morbo, in Campaniam venit, et caſtra non procul ab vrbe Capua, ad ripas Caſulini fluuii fixit, ibique proelio cum Romanis commiſſo' ipſe dux Butilinus cum vniuerſo exercitu ad internecionem periit. —

§. 368.

276. Portio vero quaedam Gotthorum, ad ſeptem bellatorum millia, qui multis in locis Francis auxilio fuerant, quum ſecum reputarent, Romanos non conquieturos, ſed non multo poſt etiam in ipſos irruituros; in Campſas propugnaculum ſeſe receperunt. Firmiſſimum enim erat munitiſſimumque caſtellum, quippe quod in arduo monte ſitum erat, et in ipſo iugo abruptae omni ex parte petrae exſtarent, ac protenderentur; ita vt difficilem hoſti aditum praeberet. Eo itaque loci collecti Gotthi in tuto futuros ſeſe putabant. et Romanis quidem nequaquam ſe dedere ſtatuerant, ſed omnibus potius viribus reſiſtere, ſi quis in ipſos iret. Incitabat enim ipſos impellebatque ad hoc barbarus quidam vir eorum dux *Ragnaris* nomine, tametſi neque eiusdem cum eis nationis aut gentis (erat enim ille ex iis qui *Vitgores* appellantur, *gente Hunnica*) ſed quod ſolers maxime verſutiſſimusque eſſet, et peritus quocun-
277. que modo conciliandae ſibi multitudinis, eis et imperabat, et bellum inſtaurandum ſibi cenſebat, vt ex eo celebrior fieret. Confeſtim itaque Narſes cum vniuerſo exercitu in eos mouit, 'caſtellumque omni ex parte circumſepſit, ſed nullo obſeſſorum damno, cum et locus ſitu tutus et rebus omnibus large inſtructus eſſet.'

§. 369.

a. C. 556.

HYEME autem in hoc tranſacta, ſtatim ineunte vere Ragnaris paciſcendum ſibi in rem praeſentem cum Narſete putauit. Libero ita-

276. Id. p. 49. 277. Id. p. 50.

itaque commeatu accepto, ad Narſetem paucis comitatus in locum inter exercitum et caſtellum intermedium venit; congreſſique inter ſe varios ſermones miſcuerunt et diſceptarunt. Videns autem Narſes Ragnarin ſuperbia elatum, multaque verborum iactantia vtentem, et maiora, quam ipſum deceret, poſtulantem, mirumque in modum ea exaggerare, confeſtim colloquium ſoluit, et compoſitione pactioneque negata, infecta re ad ſuos remiſit. qui cum in collem euaſiſſet, iamque non procul a muro abeſſet, indigne ferens nihil plane ſe eorum, quae ſperarat, conſecutum, ſenſim et clam tento arcu, ſubitoque conuerſus, ſagittam recta in Narſetem torquet; quae a ſcopo aberrans aliorſum delata cecidit, nemine laeſo. Conſecuta vero ſtatim poena eſt barbari hominis nequitiam. Narſetis enim ſatellites, facti praeſidentia temeritateque irritati ſagittis eum petunt, et lethali ictu miſerum feriunt — et aegre quidem ipſum comites geſtantes intra caſtelli muros detulerunt; cumque ad biduum ſuperuixiſſet, turpiter deceſſit, et pefidiae temeritatisque ſuae hunc habnit triſtem exitum.

Illo vero ſublato, confeſtim Gotthi, (neque enim obſidionem ferre poſſe videbantur) ſupplices Narſeti ſunt facti, vt fide data vitam ipſis condonaret; et quidem citiſſime iureiurando accepto, ſe pariter et caſtellum dediderunt. Narſes vero neminem quidem 278.
interfecit; quia id iurarat, et alioquin aequum non eſſet victos crudeliſſime trucidari: ne vero in poſterum nouis iterum rebus ſtuderent, omnes ad imperatorem Byzantium miſit.

§. 370.

a. C. 549. c)

'Ex Italia reuocatus ab imperatore Beliſarius, traducta Byzantii hyeme, ineunte vere aduerſus Choſroem Perſasque mittitur.' 279.
E Gotthis vnus Vitigis Byzantii ſubſtitit: caeteri expeditionem in Choſroem cum Beliſario ſuſceperunt.

278. AGATH. p. 51.
279. PROCOP. de Bello Perſ. L. II. c. 14. p. 122, 123.

c) Anno 14. ſc. belli Gotthici. cfr. §. 289.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 549.

§. 371.

280. Sub idem tempus oratorum, quos Vitigis legauerat, is, qui ſibi nomen arrogabat epiſcopi, in Perſide mortuus eſt; alter vero ibidem manſit. Eorum vero interpretem ad Romanos reuertentem Ioannes Meſopotamiae dux ad Conſtantiae limites cepit, ductumque in vrbem tradidit in cuſtodiam. Vbi ille eidem interroganti rerum in legatione geſtarum ſeriem enuntiauit.

§. 372.

281. [a]Dum Nabedes cum Perſis Niſibi, ad quam vrbem caſtra poſuerat Beliſarius, ex improuiſo in Romanos impetum facit[a], primi omnium Gotthi cum praelongis denſisque haſtis adfuerunt. Perſae eorum impreſſionem haud ſuſtinentes, ſe in fugam dederunt. At Romani cum Gotthis a tergo illos prementes, centum et quinquaginta ſtrauere ferro: reliquos accepit vrbs ſtatim reduces.

§. 373.

282. [c]Tentorium Beliſarii, legatum Choſrois exſpectantis, dextra ac laeua cingebant Thraces atque Illyrii, ſuccedebant Gotthi, coniunctique his Eruli.

280. Procop. de B. P. L. II. c. 14. p. 123.

281. Id. ibid. c. 18. p. 131.

282. Id. ibid. c. 21. p. 138.

CAPVT XI.

Res Gothorum Tetraxitarum.

§. 374.

a. C. 547. [a]

VBI ſe primum aperit alueus, quo Palus [Maeotis in Pontum Euxinum] euoluitur, degunt Gotthi, *Tetraxitae* cognomine, 283. qui quamuis pauci numero, nihilominus Chriſtianorum leges et inſtituta religioſe ſeruant. Tanaïn etiam vocant indigenae illum alueum, qui a palude Maeotide ad Pontum Euxinum pertinet, itinere, vt aiunt, dierum viginti Quin et ventum, qui inde ſpirat, Tanaïtem appellant. An vero Arii ſectam Gotthi iſti, quemadmodum caeterae gentes Gotthicae, aliamue ſecuti vnquam fuerint, affirmare nequeo.

§. 375.

Haud pridem, nimirum anno vigeſimo primo imperii Iuſtiniani Aug. legatos quatuor Byzantium miſerunt, rogantes, vt, antiſtite ſuo recens mortuo, aliquem ſibi epiſcopum daret. Audierant

283. Id. de B. G. L. IV. c. 4. p. 573.

a) Annum ex §pho ſequenti adſcribo. Caeterum haec narrat ſub a. 536. B. G. Procopius Id. L. III. c. 7. de Aedif. p. 63. breuius ita: *In illis partibus* [vbi vrbes Boſporus et Cherſon ſitae ſunt]: *eſt Dory, maritima regio: vbi ab antiquo Gotthi habitant, qui Theodericum petentem Italiam non ſunt ſecuti; at ibi ſponte reſtitere, et Romanorum hac etiam aetate ſocii, ipſis militarem operam in expeditionibus nauant, quandolubet imperatori: ter mille numero, bellatores optimi, iidemque gnaui agricolae, et mortalium omnium erga hoſpites humaniſſimi. Haec autem regio Dory, ſitu quidem edita, non tamen aſpera durave eſt; ſed bona optimisque frugibus ferax: in qua nec caſtellum vsquam, nec oppidum condidit imperator: quippe incolae muris claudi non ſuſtinent, ruri ſemper habitare gaudentes vnice. Qua vero facile eo penetrari poſſe videbatur, muris longis muniit aditus, et Gotthos ab hoſtium irruptionibus ſecuros praeſtitit.*

rant enim, deſtinatum ab imperatore fuiſſe praeſulem ad Abasgos. Eorum petitioni lubentiſſime concedens Iuſtinianus Aug. ipſos remiſit. Cum vero Hunnos Vturguros hi legati metuerent, palam quidem ac multis audientibus legationis cauſam exponentes, de praeſule tantum mentionem fecerant imperatori: at in arcano intimoque colloquio vtilitates omnes declarauerant, quas imperium Romanum capturum eſſet, ſi diſcordia inter vicinos ſibi barbaros aleretur.

§. 376.

Quo demum pacto, atque vnde profecti Tetraxitae ſedes
284. ibi fixerint, iamiam dicturus ſum. b) — Vt quis paludem eiusque meatum ſuperauit, in ipſo ſtatim littore antiquas intrat ſedes Gotthorum Tetraxitarum, de quibus modo memini. Hinc longius ſiti erant *Gotthi*, *Viſigotthi*, *Vandali*, aliique omnes populi Gothici: qui et *Scythae* quondam nominabantur, communi vtique illarum partium gentibus appellatione: in quibus erant, qui *Sauromatarum*, vel *Melanchlaenorum*, alioue quopiam peculiari cognomine gauderent.

§. 377.

285. Procedente tempore *Cimmerii* ſeu *Hunni* c) — cum omnibus copiis transgreſſi in aduerſam continentem euaſerunt, cum inde egreſſi Vandali in Africa, et Viſigotthi in Hiſpania iam habitarent. Tum Gotthos, qui regionis illius campos incolebant, adorti inopinato, multis caeſis, reliquos omnes in fugam agunt. Quicunque elapſi fuga ſunt, inde cum liberis et vxoribus migrantes, liquerunt patriam, traiectoque Iſtro flumine, in Romanorum fines ſe intulere. Vbi cum grauiter incolas vexarent, ſedes in Thracia ab imperatore ſibi conceſſas occupauerunt. Ac partim quidem ſociis iuuabant armis Romanos, annua, ſicut caeteri milites, ab imperatore accipientes ſtipendia, ac donati nomine *Foederatorum*. (Hoc enim Latino vocabulo affecerunt illos Romani; id, opinor, innu-

b) Hic omiſſa vid. in *Hunnicis* §. 121.
284. PROCOP. de B. G. L. IV. c. 5. p. 574.

c) Quae hic de Hunnis, quos Cimmerios Procopius vocat, ſequuntur vid. in *Hunnicis* §. 122.
285. Id. ibid. p. 575.

a. C. 547.

innuentes, non bello a ſe domitos Gotthos, at certis pactionibus aſſumptos in ſocietatem fuiſſe: ſiquidem pactiones, quae in bello fiunt, appellant Latini *foedera* —) Alii vero bellum ipſis inferebant, nulla iniuria laceſſiti, donec in Italiam commigrarunt, Theoderico duce. Hunc curſum habuere Gotthorum res.

§. 378.

Illis partim vita, partim patria expulſis, vt dictum eſt, regio in poteſtate Hunnorum fuit, atque illic Cuturguri, accitis liberis et vxoribus, conſederunt —. Vturguri cum ſuo principe reuertentes in patriam, vt eam deinceps tenerent ſoli, cum ad paludem Maeotidem acceſſiſſent, in Gotthos Tetraxitas inciderunt. Ac primo quidem Gotthi, muniti clypeis, ſtetere contra, vt impetum prohiberent, cum ſuis viribus, tum loci firmitate freti. Nam et barbarorum, qui in illis partibus degunt, ipſi fortiſſimi ſunt, et Maeotis, vbi in Pontum illabi incipit, quo in loco agebant tunc Tetraxitae, lunatum ſinum efficiens, ac fere vndique eos ambiens, eo venientibus vnum, eumque haud adeo latum aditum dabat. Dein tamen, cum neque Hunni tempus ibi terere vellent, neque hoſtium multitudini ſe reſtituros Gotthi ſperarent; colloquio habito conuenit, vt permiſti vna traiicerent, et Gotthi, fixis in oppoſita continente ſedibus, ad littus aluei quo palus influit (vbi hodieque habitant) amici in poſterum ſociique Vturgurorum, pari cum ipſis iure ſemper viuerent. 286.

Sic igitur Gotthi iſti domicilia ibi collocarunt d).

§. 379.

a. C. 551.

287. Hunnos Cuturguros in Romanorum terras cum Gepaedes immiſiſſent, Iuſtinianus Hunnorum Vturgurorum principes contra iſtos auxilia rogauit. Ii vero, Gotthorum Tetraxitarum, quorum

286. Id. ibid. p. 576.

287. Procop. de B. G. L. IV. c. 18. p. 616. 617. cfr. *Gepaedica* §. 18. *Hunn.* §. 126. ſeqq.

d) reliqua vid. in *Hunnicis* §. 124.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 551.

rum fines contingunt, adiunctis ſibi duobus millibus, fluuium Tanain cum omnibus copiis traiecere, ᶜ Cuturgurisque tandem victis domum redierunt.ᵓ

§. 380.

a. C. 527-565.

288. ‘ IN Europa Iuſtinianus opera fecit talia’, qualia poſtulat Iſtri vicinitas, et conſequens inde neceſſitas, ob imminentes illis partibus barbaros. Et vero inſtant Hunni Gotthique accolae; vim faciunt gentes Tauricae Scythicaeque.—

§. 381.

Imp. TIBERIO III. Apſim.

Imp. TIBERIO III. *Apſimaro.*

a. C. 702.

289. IVSTINIANVS [rhinotmetus], Cherſonae degens, cum de recuperando imperio crebro ſermocinaretur—eius loci incolae—de illo interficiendo, aut vincto ad Apſimarum perducendo conſilium ineunt. At ipſe, vbi hoc illos agitare comperit, inde fugiens ad caſtellum, quod *Doros* ᵉ) appellatur, eſtque in Gotthiae limitibus poſitum, ſeſe recipit. Vnde Chazarum ducem — vt ad ſe veniret, rogat.

§. 382.

Imp. ANASTASIO II. a. 2. Anaſt.

Imp. ANASTASIO II.

a. C. 715.

290. Hoc anno rebelles [qui Theodoſium imperatorem ſalutauerant] reſumptis animis commoti, tota Opſicii regione et *Gotthograecis* in ſocia arma impulſis, multis magnis paruisque negotiatorum nauibus conuectatis, Chryſopolim terra marique fluunt. Cum autem

288. PROCOP. de Aedif. L. IV. c. 1. p. 66.

289. NICEPHORVS Cplit. p. 27. p. 126.

e) Cfr. locum Procopii ad §. 374. allatum.

290. THEOPHAN. p. 373. Anaſtaſ.

a. C. 715.

Imp. ANASTASIO II. a. 2. Anaſt.

autem vrbis claſſis in portu ſancti Mamantis ſtationem ageret, per menſes ſex continuos ſingulis diebus inter vtrosque pugnatum eſt. At reginae vrbis claſſe in Neoterii vrbis portum tandem ſe ſubducente, Theodoſius freto traiecto Thraciae partes occupatum irruit. Eactaque ad Blachernarum murum, qui vnus et ſingularis eſt, proditione, vrbem in ſuam poteſtatem recepere. Sceleratae vero Opſicii cohortes, ſociis Gotthograecis adiunctae, in ciuium domos noctu conuolantes, magnam vaſtitatem et incendium, nullius aedis data exceptione, intulere —.

§. 383.

Imp. LEONE VI. ſap.

Imp. LEONE VI. ſap.

a. C. 886-911.

Ex ordine diſpoſito per Leonem ſapientem inter Archiepiſcopatus, patriarchae CP. ſubiectos, 34^{tus} eſt Gotthia. 291.

Ex diſpoſitione imperatoris Andronici Palaeologi ſenioris metropolis Gotthiae, cum eſſet archiepiſcopatus, metropolis euaſit. 292.

§. 384.

Imp. CONSTANTINO Porph.

Imp. CONSTANTINO, Porph.

a. C. 911-959.

OBSERVANDA in Conuiuio Nouendecim Accubituum, ſeu menſarum, quo tempore ſic dictum *Gotthicum* celebratur. 293.

Nono die Dodecahemeri, [ſeu duodecim illorum dierum, qui a feſto Natiuitatis Chriſti inde proximi feſtiue hilariterque transiguntur,] dominis ad coenam, quae vindemialis appellari ſolet, aſſeſſuris, ſtant in vtroque introitu magni triclinii nouendecim Accubituum, illi, qui, Gotthicum vt ludicrum edant, parati adſunt. Stant autem hoc modo: Coram ſiniſtro triclinii ingreſſu, vbi etiam drungarius ploimi adſtat, ſtat magiſter Venetorum cum pau-

291. CODINUS in Notitiis Graecorum Epiſc. p. 381.

292. Id. ibid. p. 403.

293. CONSTANT. de Cerim. Aulae Byz. L. I. c. 83. p. 222. [] incluſa interpres addit. Adnotat ad h. l. Reiſkius in Commentario ad Cerem. Conſtantini p. 111.—113. „ [Luitprandus habet aliquid de ludo Gothico in Legatione. Murator. Ant. Italic. diſſ. 29. *Ludi Romani continuati ſunt a Gothis, vt apparet ex Ennodio et Caſſiodoro, fueruntque aut ficta proelia, aut circenſia et amphitheatralia ſpectacula. ſic ligneis pugnabant ſcutis tempore Agnelli*

Imp. CONSTANTINO *Porph.*

a. C. 911 - 959.

paucis quibusdam ſuae factionis plebeiis, et panduriſtis panduras geſtantibus; pone illum duo Gotthi ferentes *gunas* [i. e. rhenones, aut pallia pellicea, ita vt piloſum et villoſum extrouerſum eſſet,] et vultus [ſeu masqueras] diuerſarum ſpecierum, et in ſiniſtra quidem manu ſcuta, in dextra vero virgas. Eadem omnia paene dicenda et intelligenda ſunt de magiſtro et plebeiis quibusdam, factionis Praſinae, qui ad dextrum ingreſſum ſtant, adſtante drungario vigiliae

Hos itaque tales imperator, ſtatim atque e ſphaerodromio [ſeu equeſtre cum pila ludo,] exceſſerit, introduci mandat praefecto menſae, [aut dapifero;] et hic rurſus idem archonti Thymelae, [ſeu praefecto ſcenae ludorumque theatralium,] mandat. Hic itaque poſterior egreſſus e magno triclinio iubet illos ingredi. Accurrentes ergo propere, ſimulque ſcuta virgis, quas geſtant, pulſantes, magnumque eo ſtrepitum excitantes; clamant identidem *Tul Tul*, et ſic pergunt vsque proxime ad ſacram menſam; a qua

armati quoque ligneis galeis. Leich.] Luitprandi locus mihi non occurrit. Quomodo ludos Gothicos deſcripſerint Caſſiodorus et Ennodius, quum illi auctores ad manum non ſint, non noui, et num proinde cum illis ludis Gothicis, de quibus Noſter egit, conferri debeant. Quantum e Muratorii verbis colligo, fuerunt illi Gothici ludi ab his, quos Noſter enarrat, multum diuerſi. Illi in Circo exhibebant proeliantes armis ludicris; hi in curia canticis, ſaltatione, muſica, mimis ridiculis abſoluebantur, nihil bellicae imaginis. Sed potius mihi videtur cum illis Sarmaticis ludis conuenire, quos Vopiſcus in Carino memorat, c. 19. inter multos alios ludos, quos nouos dediſſe populo Romano imperium Carini et Numeriani, eoque memorabile eſſe ait. Mitto reliqua non illepida. Quae maxime ad rem noſtram faciunt verba haec ſunt: *Mimos vndique aduocauit. Exhibuit et ludum Sarmaticum, quo dulcius nihil eſt. Exhibuit Cyclopem.* Non quidem claris verbis expoſuit Vopiſcus ludi Sarmatici rationem. Quia tamen omnia, quae antea enarrauit, et deinceps nominat ludorum genera mimica et ridicula ſunt, nihil, quod bellicam exercitationem ſapiat, et, quod caput rei, ludos Gothicos cum Cyclope iungit, quem paene idem ludicrum eſſe cum ludis Gothicis Noſtro dictis, et his dediſſe originem protinus demonſtrabo: credibile eſt, ludos Sarmaticos Vopiſco, et Gothicos Noſtro dictos eosdem fuiſſe, eosque id nomen adeptos non ideo quod a Sarmatis aut Gothis recens reperti et in orbem Rom. introducti eſſent, nam iamdudum antea, certe apud Graecos, vel antiquiſſimis temporibus in vſu erant, et ſatyrae Graecae originem dederunt: ſed quod in illis Sarmatae aut Gothi, aut etiam Barangi vel Franci, omnes

Imp. Constantino Porph.

qua quando parum abſunt, concurrentes ibi ambae hinc et illinc factiones formant aciem, ſeu ſtationem armatam, orbicularem; hi intra circulum incluſi, illi externo circulo iſtos interiores concludentes. Hoc ordine vt ter circa ſacram menſam decucurrerunt, 294
ſecedit factio quaeque ſuum in locum, et conſiſtunt quieti, Veneti quidem ad ſiniſtram, Praſini autem ad dextram, et recitant, qui ex ambabus partibus Gotthos referunt, carmina ſic dicta Gotthica, panduris interim modulo ſuo accinentibus. Sunt autem illa Gotthica haec: *Γαυζας. βουας· βηκηδιας. ἀγια. γαυδεντες· ἐλκηβονιδες· ἐνκερτυς· ἀγια· βουα· ὡρα· τυτυ· βαντες· βουα ἀμορε· ἐπισκυαυτες· ἐδεσαλβατυς· ναυα. δευς. δευς. σεβακιβα. ναυα.*

I i 2 δευμο-

eiusdem nationis diuerſi populi, in gentilitio ſuo veſtitu, aut homines Graeci et Romani ad modum Scythicum, Gothicum, Barangicum vel Francicum veſtiti, producerentur illos ludos exercentes. Neque Noſtri ſolum Conſtantini temporibus, aut aetate Carini et Vopiſci, non Iuſtiniani, ſed etiam Codini, poſtremis imperii CPlitani temporibus exercebantur illi ludi, imo adhuc hodie in plebecula noſtrate, Saxonica certe, quamuis minus frequente in vſu, noti tamen ſunt. Codinus illos Offic. p. 90. n. 12. in deſcriptione hilaritatum aulae Byzantinae per feſtum Natiuitatis Chriſti ſic enarrat: *ἔπειτα ἔρχονται* (aſſidenti ad menſam imperatori, poſtquam proceres omnes, Demarchi, Conſules Venetanus, Piſanus, Anconitanus feſtum diem gratulati fuerunt, veniunt tandem quoque) *και πολυχρονιζυσι και οἱ Βαραγγοι κατα την πατριον και ὑτοι γλωσσαν αὐτων, ἤγυν Ἰγκλιςι, και τας πελεκεις κρυοντες κτυπον ἀποτελυνται. Μετα γυν το πάντας τυ παλλατιυ πολυχρονισαι κατα ταξιν αὐτων, μεχρι και των Βαρδαριωτων, κατα την πατριον και τυτων φωνην, ἤτοι Περσιςι, ἐισερχονται και οἱ ψαλται και πολυχρονιζυσι, ψαλλοντες μετ᾽ αὐτο το κοντακιον Η παρθενος σημερον ὑπερυσιον τικτει.* Egregie haec deſcriptio congruit cum deſcriptione Noſtri Conſtantini, aut potius antiquioris, e quo ille transtulit, auctoris, forte Petri Magiſtri aut alius aequalis illis temporibus, quibus Gothi adhuc in Palatina militia merebant. Nam a Iuſtiniani fere temporibus deſiit hoc nomen audiri et ſucceſſerunt in eorum locum in Hetaeria, ſeu militia palatina e nationibus peregrinis conflata, Barangi ſeu Franci, Saraceni, Fargani, Chazari et alii. Gothi igitur illi, aut Graeci ad Gothicum modum veſtiti, veniebant in aulam, et ludicro illo habitu, aut potius horribili, gratulabantur imperatori diem feſtum, ab eoque munuſculum exigebant, erant ergo in horrifico apparatu vere Gothici, h. e. monſtroſi, et ab-

294. Id. ibid. p. 223.

δευμονογυγγυβελε. γυβιλȣς. χυβελαρες. νανα. τȣ γεγδεμα. δε τȣλβελε. νικατω τȣλδο. νανα. „Ezechias, bellum aduerſus Aſſyrios gerens, Anana, vnicam habens in Deo ſpem, hominum amante, Nana, ſubegit gentiles, et rebellionem ignorantium Deum. Hagia. Saluator, o boni Domini, Nana, ponat, vt mancipium, coram pedibus veſtris omnem vobis inimicum.„ Ιβερ. Ιβερȣεμ. τȣ ἰγγερȣα. γεργερεθρω. νανα. σικαδιασε περετȣρες.

Poſt haec a Gotthis ambarum partium dicta, recitant magiſtri ambo vna cum plebeiis vtriusque factionis carmen. hoc tot conſtans verſibus, quot ſunt Alphabeti Graeci literae, vno quoque verſu ab ea Graeca litera, quae ſibi quoad numeri ordinem reſpondet, ordiente. Eſt autem hoc. „*Anana.*

Ab inuictá Deí manu coronati eſtis domini coelitus

Brabeo victoriae. Monſtraſtis vos toti orbi terrarum deſiderabiles benefactores,

Generoſos et fortes hoſtibus,

Donantes Romanis beneficia, quae vitam ſecum important.„

Poſt dictum hunc quaternionem verſuum repetunt magiſtri formulam *Hagias ta. Anate. Anetane.* et tum continuantur verſus.

„Edicta veſtra plus in hoſtes omnes valent, quam arma,

Vita qui eſtis et diuitiae Romanorum, praecipitium et ruina alienigenarum.

Habet in vobis res publica munitum caſtrum.

Throni

ſurdi hiſtriones, atque agyrtae. Quid nos hodie? Eandem fabulam ludimus. Qui tunc temporis Gothici, audiebant; hodie audiunt apud noſtrates *die Knecht Ruperte*, ſeu equites vel milites Roberti. Vt enim illi ſeu Gothi, ſeu ad modum Gothicum veſtiti, id eſt pellibus lupinis, vrſinis, aprillis, ceruinis, hirtis et ſetoſis induti, non in aula tantum, ſed etiam in vrbe circumcurſitabant, clamabant, et tripudiabant, obuios terrebant armis colliſis, tetricoque ſuo aſpectu, ſtipem exigebant, non dantes flagellis caedebant, ſaltim conuitiis lacerabant; ita hodienum quoque ſic dicti milites Roberti omnia eadem faciunt feſto Natiuitatis Chriſti, et toto Dodecahemero (*in den Zwölf Nächten*) ſeu duodecim illis diebus, qui a feſto Natiuit. Chriſti ad feſtum vsque Epiphanias intercedunt. — Medio aeuo idem obtinuiſſe, patet ex Du Cange Gloſſ. Lat. v. *Ceruula* et *Iottici* (i. e. *ludi Gothici*) et *Kalendae* et *Vetula*. vnde locum vnicum e Vita S. Eligii adſcribam L. II. c. 15. *Nullus in Calendis Ianuariis nefanda et ridiculoſa, vetulas, aut ceruulos, aut Iotticos faciat.* Mimici illi daemones medio aeuo *Fugillatores* appellabantur. a *fugo* i. e. *foco* ſeu igne. Vgutio. *Fugillus*

Imp. CONSTANTINO *Porph.*

Throni tui collegas, o Benefactor, dedit tibi Deus, ramos florentes, teneros a te ſatos [i. e. filios].„

Poſt haec dicta pronunciant Magiſtri ad Gotthos hanc vocem: *Ampaato,* ſimul ipſis nutu manuque ſignum dantes; et Gothi orbem agunt, et pulſantes virgis ſcuta ſua, dicentesque *Tul Tul* includunt ambo Magiſtros; quo facto rurſus ſeparati ad ſuam quisque ſtationem redeunt; Magiſtri autem verſus ſuos recitare pergunt. 295.

I.

K. [Hic erant verſus vacui in membranis.]

L.

M.

Poſt hunc quoque quaternionem verſuum dictum, fiunt eadem„ quae modo diximus; et Gotthis rurſum ſeparatis et reſtitutis

ferrum, quo extrahitur ignis de petra [ſignificat ſilicem]. *Vnde fugillare ignem de petra fugillo extrahere, et fugillator. Et hinc per figuram fugillatores dicuntur vmbrae daemonum, qui ignem ferunt.* Non alios deſignat quam illos noſtros milites Robertos. Debent enim ex inſtituto et volunt diabolos incarnatos repraeſentare, et hiſtoria Turpini c. 18. 19. *laruas barbatas, cornutas daemonibusque conſimiles* appellat. — Epheſii olim Timothei, primi Epheſini epiſcopi tempore καταγωγια reditus in vrbem Dianae ſuae celebrabant modis a ludo Gothico non multum abludentibus. Quod feſtum quum inhibere et tollere ſtuderet Timotheus, a bacchantibus Epheſiis trucidatus eſt. — cfr. Menolog. Baſilii T. II. p. 24. ad diem XXII. Ian. qui Martyrio Timothei ſacer eſt. — Ex illis Gothicis ludis adhuc hodie mos ſupereſt, quo milites, muſici, ſcholaſtici cum ſuis rectoribus Kal. Ian. ad aedes honoratiorum cum tympanis, tubis aliisque inſtrumentis muſicis accedunt, cantant, nouum annum gratulantur, et ſtipem rogant. Vigebat ille mos, τον ἀγυρμον dico, tempore Tzetzae, qui Chiliad. XIII. v. 248. haec habet: Ὅσοι κατ' ἀρχιμηνον την Ιανουαριου Και τῃ Χριςου γεννησει δε και τῃ Φωτων ἡμερᾳ Ὁποσοι περιτρεχουσι τας θυρας προσαιτουντες. Peruenit ille mos a Graecis ad nos et ad Ruſſos quoque, de quorum ἀγυρμῳ locum notabilem ex libro Germanico, qui inſcribitur *Verändert Rußland* Latine redditum adſcribam. Habetur ibi p. 59. — [Hunc locum cum quisque, cui volupe eſt, in libro ipſo lingua vernacula legere poſſit, huc latinum tranſcribendum non putaui]. Incidit adhuc in memoriam veteris aeui ridiculus alius mos, cum Gothico ludo quodammodo conueniens, de quo vid.

295. ibid. p. 224, 225.

ſis in loca ſua, redit orbis verſiculorum decantandorum ad Magiſtros.

N.
X.
O.
P.

Poſt hos quatuor dictos verſus reuoluitur idem actorum ordo; et deinceps dicunt rurſus Magiſtri factionum verſiculos ab his literis incipientes.

R.
S.
T.
Y.

Repetitis pro vltima vice iisdem, tandem dicunt Magiſtri haec.

„Foras edunt validam lucem, et id quidem in ſumma veſtra poteſtate, virtutes veſtrae, velut ſol.

Chriſtus adſit vnicuique veſtrum, curans atque fouens capita veſtra,

Qui ipſius decreto et voluntate dominemini.

O Domini et arbitri ſummae poteſtatis, per omnem ambitum orbis terrarum„.

Poſt finitum carmen alphabeticum, dicunt magiſtri Polychronium, ſeu multennae faciat Deus ſanctum imperium veſtrum. Gotthi autem pulſantes virgis ſua ſcuta, et ingeminantes identidem *Tul Tul* et currentes exeunt, Veneti quidem a ſiniſtra parte, Praſini autem a dextra.

Lexi-

Du Cange v. *Bombus*. Citat ibi locum veteris chartae, e Camdeno et Spelmanno, de quodam Baldino, qui terras in comitatu Suffolkienſi tenuit per ſerienciam, pro qua debuit facere ſingulis annis die natali Domini coram domino rege vnum ſaltum, vnum ſuffletum et vnum bombulum. Id eſt, debuit in tributi vicem coram rege Britanniae die natali Domini choream deſultare, σαυσειν, buccas inflare ad accipiendum colaphum, et crepitum ventris emittere; vt tam ſuperiore quam inferiore ore ſtrepens riſum excitaret. Digna illo aeuo et barbaris illis oblectatio.„

Lexicon eorum quae in Gotthico canuntur.

Γαυζας. χαιρεσθε.
Βονας. καλαι.
Βικηδας. γειτονειαι.
γαυδεντες. χαιρεσθε.
ἐλκηβονιδες. προσκαλȣμενοι.
ἐνκεgτυς. ἀγωνιζομεναι.
ναυνα.
γυβιλης. κραυγη και κρακτης.
γυβελαρες. κραυγαζοντες.
γυβιλȣς. κρακτης.
γυβελαρες. φωνοβολȣντες.
ναυνα. θεε. θεε, ἡ θεȣ. θεȣ.
το γεγδεμα. ἐξ ἀνατολης ἢ ἀρχηθεν.
δε τȣλβελε. ἀγαθος ὁ θεος.
νικατω τȣλδο. νικατω ὁ θεος.
τȣτοβαντες. σαλπιζοντες.
Βονα ἀμορε. καλην ἀγαπην.
ἀγια ἐπισκυαντες. ἐπιγνωντες.
θεσαλβατȣς. σωζομενοι.
δεȣς. δεȣς. θεος, θεος. ναυνα.
σεβακιβα. ἑαυτȣς εὐσχολȣντες.
δεμονεγυγγυ. ἀποσυνεκτικης
βελε. κραυγης.
ὁ θεος, ὁ θεος. πανευκλεης κραυγη.
ναυνα. θεος. θεος.
ἰβερ. ναυνα. θεε. θεε.
τȣ ἴγγερ.
συα.
γεργερεθρα.
ναυνα.
σικαδιασε.
περετȣρες.

Alia dictarum vocum interpretatio.

Γαυζας. ὁ εὐπρεπης. Ῥωμ.
βικη. τεχνιτης. Ἑβραι.
ἀγια. φυλαττε. Ῥωμ.
Ἐλ. θεε. Ἑβραι.
δες. γνωθι. Ἑβραι.
ἀγια. φυλαττε. Ῥωμ.
ὠρα. φως. Ἑβραι.
βαντες. ἐλθε. Ῥωμ.
ἐπισκυ. ἐανπερ ἀνελθ. Ἑβραι.
ἰδε. θεωρȣμενην. Ῥωμ.
ναυνα. σωσον δη. σωσον. Ἑβραι.
σεβα. καθισον. Ἑβραι.
ὀγυν. εἰς τα βαραθρα. —
βελε. σατανα. —
βηλȣς. τȣ διαβολȣ. —
αὐλαρες. των πνευματων. Ῥωμ.
τȣ, συ. —
δετȣλ. ἐξαλειψον. Ἑβραι.
νικατο. νικατω. Ἑλλην.
ναυνα σωσον δη σωσον. Ἑβραι.
βονας και καλος. Ῥωμ.
διας τας ἡμερας. —
γαυζεντες, τα εὐπρεπη. —
νικονι. κτισα μȣ. Ἑβραι.
ἐν κερκυς και ἀσφαλεως. Ῥωμ.
βονα. το καλον. Ῥωμ.
τȣ τȣ. συ συ. Ῥωμ.
ἀμορε. σε ἀγαπω. —
αντες. εἰς την πρωτην. Ἑβραι.
σαλβατȣς. εὐπαθειαν. —
δεȣς, δεȣς. θεε. θεε. Ῥωμ.
κιβα. ὡς παρεγενȣ. Ἑβραι.
δαιμον. σιωπα. —
γυ. εἰς το βαραθρον. Ἑβραι.
γυ. ——— —
— ——— —

a. C. 911-959.

ναvα. σωσον δη σωσον — γεγδεμα. ὁ μάργαριτης. Ῥωμ. βελε. τον σαταναν. Ἑβρα. | τελδο. ἡ τρωφη των ϛρατευματων. Ῥωμ.

§. 385.

Imp. IOANNE *Duca.*

Imp. IOANNE *Duca.*

a. C. 1221.

296. ALTER Sitziſchanis filius Telepugas — Tanais fontibus ſuperatis, impetu aduerſus Europaeas gentes deſcendit: quae multae ac variae fuerunt. Nam quae — Maeotidis confinia et Ponti oram accolebant, Zinchi et Abaſgi, Gotthi et Hamaxobii, Tauroſcythae et Boryſthenitae erant: et Myſiae, quae eſt ad Iſtri oſtia, habitatores.

§. 386.

297. SCYTHAE qui ante Boſphorum et Tauricam inſulam, quae dirimit Maeotim paludem et Euxinum Pontum, accolunt, imperio Atziceriis reguntur. Subegerunt Gotthos et Ianuenſes vrbem Capham inhabitantes, vt cogerentur tributum pendere.

§. 387.

Imp. EMANVELE II. *Pal.*

Imp. EMANVELE II. *Palaeol.*

a. C. 1421.

298. [AMVRATES] in Colchidem imperiumque Trapezunticum triremes miſit —. Triremes illae etiam in Gotthiam curſum flexerunt, eamque regionem populati ſunt. Triremes igitur iſtae in Colchida properarunt: et ad Gotthos appellentes, regionem haud modicam vaſtabant, plurimis inde mancipiis abductis.

296. NICEPHORVS GREGORAS T. I. L. II. c. 5. p. 20, 21. locum integrum vid. in *Tataricis*.

297. CHALCOCONDYLAS. L. III. p. 69. cfr. *Tatarica*.
298. id. L. V. p. 138.

VANDALICA

VANDALICA

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS

SVMMARIVM DE VANDALIS.

Nomen et genus Vandalorum.

Vandalorum nomen ſcriptores Byzantini non vno modo efferunt. alii enim eos Vandilos (Βανδίλους), vt Procopius, alii Vandelos (Ουανδήλους, l. Βανδήλους), vt Theophanes, alii denique Vandalos (Ουανδάλους), vt Chronici Paſchalis auctor, vocant. Sub hoc nomine vero non ſoli Vandali, ſed, qui vna cum iis emigrarant, *Alani* etiam, reliquique, qui ſe ipſis adiunxerant, barbari, praeter Mauros, omnes comprehendebantur.

Communem eorum cum Gothis originem Procopii adhuc temporibus linguae, formae corporis, et aliarum rerum omnium ſimilitudo prodidit. Et haec generis coniunctio forte cauſa fuit, cur Theodericus Triarii F. Oſtrogothorum princeps ab armorum ſocietate, quam aduerſus hoſtes omnes Leoni Aug. promiſerat, ſolos Vandalos exceperit.

Hiſtoria Vandalorum.

Loca Maeoticae paludi vicina, et quae inde ad Iſtrum vsque extenduntur, olim habuerunt cum reliquis gentibus Gothicis Vandali. Inde iam Aureliani Aug. temporibus (circa a. C. 270-275.) in imperii Romani prouincias, Iſtro finitimas, irruperunt. Sed acri tunc victi a Romanis proelio, pacem fecerunt, et duo illorum millia imperatorem, ex foedere cum eo percuſſo, ad bellum contra Iuthungos, qui in Italiam irruperant, ſecuti ſunt.

Quod vero inter Aureliani et Honorii imperia interceſſit tempus, nulla Vandalorum memoria nobilitatur. Honorio demum imperante, antiquis ſedibus relictis vna cum Alanis in occidentem, paucis in patria remanentibus, immigrarunt. Acceſſerunt ad Germanos et Rhenum fluuium, quo traiecto (per Gallias) in Hiſpaniam, duce Godigiſclo, penetrarunt. ibique in regionibus maritimis, Africae obuerſis, concedente Honorio, ſedes fixerunt.

Hic aliquamdiu habitarant Vandali, cum orta ſunt funeſta illa inter Aetium et Bonifacium, duces Romanos, diſſidia. Bonifacius, qui tunc Africam Comes regebat, Aetii calumnia in odium incurrerat Placidiae, et cum, Romam venire iuſſus, parere, Aetii dolo, nollet, armis ad officium reducendus erat. Quo ille ſibi imminente periculo ad Vandalos in Hiſpaniam ſocia rogatum arma legatos miſit. Huius itaque gentis principes Gontharis et Gizericus, ille legitimus, hic nothus, Godigiſcli filii, hac lege cum ſuis in Africam traiecerunt, vt illam aequali ſorte cum Bonifacio, tertiam puta quisque partem, obtinerent, nullo alio quam foederis et amicitiae vinculo inter ſe coniuncti. Potiti hoc modo Africa Vandali, poſtea neque Bonifacii, qui detecta Aetii fraude cum Placidia in gratiam redierat, precibus adduci, neque coniunctis orientis et occidentis viribus, inde vt decederent, cogi potuerunt, ſtante ab ipſorum parte victoria. Ita, quae antea ex parte tantum, nunc demum tota, quae Romanis paruerat, ex pace cum Valentiniano facta, Vandalorum poteſtati ceſſit Africa: hac tamen lege, vt annuum inde Romanorum imperatori a Vandalis penderetur tributum. Sed his foederibus Gizericus, qui poſt Gontharis obitum Vandalis ſolus imperabat, non diu ſtetiſſe videtur. Non multis enim interpoſitis annis, plures etiam inſulas, Romanis antea ſubiectas; ſuae ditioni adiunxit, et ſplendidum ſumſit terrae marisque Regis titulum.

Hunc ita viribus auctum Gizericum regem, idoneum iudicauit Valentiniani Aug. vidua Eudoxia, qui mariti ſui caedem in Maximo tyranno vlciſceretur, eumque cum Vandalis in Italiam euocauit. Venit cum ingenti claſſe Gizericus, et Romam, nemine prohibente, ingreſſus, vrbem diripuit, immenſisque potitus theſauris cum Eudoxia et filiabus illius Eudocia et Placidia captiuis in Africam reuertit. Filiarum Valentiniani alteram Eudociam filio ſuo Honorico deſpondit, et hoc nomine poſtea Valentiniani et Aetii bona ſibi tradi poſtulauit. quod bellorum, quibus quotannis fere Italiam et Siciliam petiit, cauſa fuit. Vt vero has, ita et Orientalis imperii prouincias, inſulas puta et oras maritimas, iteratis vicibus vaſtauit. Ingentem, quam Leo I. Aug. Baſiliſco duce contra ipſum miſerat, claſſem, attamen proditione magis quam virtute, corrupit. Sed diuturna iſta cum Vandalis bella pace tandem Zenonem inter et Gizericum iuncta reſederunt. Et foedus, tunc temporis ictum, ſub ſequentibus etiam imperatoribus Anaſtaſio et Iuſtino I. inuiolatum

latum manſit. Hic praeterea Gizericus vrbium Africae, praeter Carthaginem, omnium muros diruit, agros filiis ſuis reliquisque Vandalis diſtribuit, eosque immunes eſſe iuſſit; illos vero, quos veteres domini adhuc retinuerunt, tributis ſupra modum onerauit. Condito demum teſtamento, quo inter alia ſanxit, vt ſenior ſemper e ſtirpe ſua in regno ſuccederet, magnus ille Gizericus, cum a capta Carthagine 39. annis Vandalis imperaſſet, grandaeuus obiit.

Gizerico ſucceſſit Honoricus filius. Hic, quam pater cum Romanis iunxerat, amicitiam, legatis ad Zenonem Aug. miſſis, confirmauit. non tam pacis ſtudio, quam quod ſtatim a Gizerici obitu res Vandalorum inclinari coeperunt. Mauri enim, quos Gizerici metus continuerat, eo mortuo, defectionem fecerunt, et occupato Auraſio monte, inde Vandalos infeſtarunt. Fato functus eſt octauo imperii anno Honoricus, relicto, quem ex Eudocia ſuſceperat, filio Ilderico.

Qui poſt illum imperio praefuit Gundamundus, Genzonis F. et nepos Gizerici, varia cum Mauris geſſit bella, et de vita deceſſit anno regni duodecimo, Traſamundo fratre ſucceſſore.

Hic, vt regnum optime ſtabiliret, cum Theoderico, Oſtrogothorum et Italorum rege, affinitatem iunxit, ducta in matrimonium ſorore eius Amalafrida; cui frater mille nobiles Gothos ſtipatores adiunxit, cum quinquies mille virorum bellicoſorum manu, et dotis praeterea nomine Lilybaeum, Siciliae promontorium, dedit. Qui ad id temporis Vandalis imperauerant, variis ſaeuierant in verae fidei cultores, cum ipſi Ariani eſſent, ſuppliciis, et crudeliſſime omnium Honoricus; Traſamundus vero, vt erat vir prudentia ſingulari, eosdem honoribus aliisque praemiis ad Ariana perducere ſacra anniſus eſt. Hic, vnus licet e potentiſſimis Vandalorum regibus, maxima a Mauris, quam Vandali vnquam ab illis acceperunt, clade affectus eſt; et cum 27. annis regnaſſet, obiit.

Qui eo mortuo imperium ſuſcepit Ildericus, Honorici et Eudociae filius, boni magis quam bellicoſi principis laudem meruit, Hoameri, ſuo ex fratre nepoti, bellicae virtutis gloria relicta. Eo regnante Vandali a Mauris Byzacenis victi ſunt proelio. Theodericus, Oſtrogothorum rex, ob illatam ſorori ſuae, quam in cuſtodia aſſeruabat Ildericus, iniuriam, et Gothorum caedem, amicitiam Vandalis renunciauit; Africam tamen, claſſe deſtitutus, bello petere non potuit. Cum Iuſtiniano Aug. vero, etiam priuato adhuc, arctiſſimo amicitiae vinculo coniunctus fuit Ildericus.

 Vir

Vir tunc erat e Gizerici ſtirpe nobiliſſimus, Gelimer, Gelaridis F. Genzonis nepos, quem poſt Ilderici obitum regnum manebat. Hic morae impatiens, Ildericum, cui ignauiae et proditionis crimen afferebat, fortiſſimorum Vandalorum ope regno deiectum cum Hoamere et Euagee, eius ex fratre nepotibus, in carcerem detruſit, atque ita ante diem regno potitus eſt. Hanc hoſpiti et amico factam indigniſſime ferens Iuſtinianus iniuriam, a Gelimere ſemel iterumque, vt Ildericum in regnum reſtitueret, vel ſaltim illum cum propinquis ad ſe Byzantium mitteret, poſtulauit. Gelimer vero, nullis neque precibus Iuſtiniani motus neque territus minis, Hoamerem adeo oculis priuauit, et Iuſtinianum ſua curare iuſſit. Quam additam iniuriae ſuperbiam armis vindicare decreuit Iuſtinianus.

Sub idem tempus Pudentius quidam Tripolin, cum procul abeſſent Vandali, imperatoris, a quo copias impetrauerat, poteſtati ſubiecit; Godas vero in Sardinia, quam inſulam ipſi Gelimer cum annui tributi onere commiſerat, tyrannidem affectauit. Hanc qui deſtrueret dum in Sardiniam Gelimer Tzazonem fratrem cum flore Vandalorum mittit, Romana claſſis, duce Beliſario, oris Africanis (a. C. 533.) allabitur. Romani, cum procul a mari Hermionae ageret Gelimer, nemine prohibente, exſcenſionem fecerunt. De his certior factus Gelimer, Ammatae fratri Carthaginem ſcripſit, Ildericum cum propinquis et amicis occideret, et ita ſe obuiam ferret cum exercitu Romanis. Qui mandata Gelimeris exſecutus cum ad Decimum vrbem in Romanos incidiſſet, proelio victus occubuit, eodemque tempore Gibamundus, Gelimeris ex fratre nepos, ab Hunnis Romanorum foederatis in Campo Salis victus atque occiſus eſt. Tandem Gelimer ipſe ad Decimum acceſſit, ibique ſuperatus proelio cum ſuis in Numidiam in Bullae planitiem confugit. His ita geſtis, Beliſarius Carthaginem maximamque Africae, quae Vandalis parebat, partem occupauit.

In hoc conſtitutus diſcrimine Gelimer, Tzazonem fratrem ex Sardinia, quam ille occiſo tyranno receperat, aduolare iuſſit. Qui ſimul aduenit, fratres ambo coniunctis viribus petiere Carthaginem. vnde cum exercitu profectus Beliſarius, eos ad Tricamarum caſtra metatos offendit. Hic acri commiſſo proelio, tandem Vandali victi et ad internecionem caeſi ſunt; occubuit ibi Tzazo, Gelimer vero cum paucis in montem Pappuam fuga euaſit. Hic cum

cum per tres menſes a Phara' Herulo obſeſſus et maximis aerumnis inter Mauros, quorum aſpera et inculta a molli et delicata Vandalorum vita plurimum abhorrebat, conflictatus eſſet, deditionem fecit.

Ita regnum Vandalorum, quod ſub Gizerico florentiſſimum fuit, ſub eius ſucceſſoribus ſenſim debilitatum eſt, donec tandem ſub Gelimere, cum annis 95. ſtetiſſet, a Beliſario ſemeſtri ſpatio funditus euerteretur. Gelimer captiuus Byzantium abductus triumphum Beliſarii, quem hic veteri more ſplendidiſſimum egit, ornauit, tandemque in Galatia, vbi ei fundos aſſignauit Iuſtinianus, fato conceſſit. Vandalorum reliqui partim in numeros equeſtres diſtributi Romanis in Aſia militarunt, partim in Africa aliquamdiu adhuc ſeditionis, quam ibi milites Romani fecerant, participes fuerunt, donec tandem, ſeditione compreſſa, Byzantium omnes deportati ſunt. et ita etiam nomen Vandalorum interiit.

GENEALOGIA
Regum Vandalicorum.

GODIGISCLVS, a. C. 395—424?

- GONTHARIS ✠ a. C. 428?
- GIZERICVS, nothus, a. C. 428—478.
  - HONORICVS, a. C. 47[illegible]—4[illegible]6. vxor, Eudocia, Valentiniani III. filia.
    - ILDERICVS, a. C. 524-526. ✠ a. C. 533.
      - N N N. filiae.
    - N N.
      - Hoamer, ✠ a. C. 533.
      - Euagees, ✠ a. C. 533.
  - Genzo, ✠ ante a. C. 478.
    - Gelaris.
      - GELIMER, a. C. 526-534.
      - Tzazo, ✠ a. C. 533.
      - Ammatas ✠ a. C. 533.
        - GIBAMVNDVS, ✠ a. C. 533.
      - NN. filia.
        - NN. filius
    - GVNDAMVNDVS, a. C. 486-497.
    - TRASAMVNDVS, a. C. 497-524 vxor 1. NN. 2. Amalafrida, Theoderici Oſtrog. regis ſoror.
  - Theodorus, ✠ ante a. C. 469.

Scriptores

Scriptores de Vandalis.

De rebus Vandalorum geſtis memoriae prodiderunt Dexippus, Olympiodorus, Priſcus, Malchus, Procopius, Agathias, Auctor Chronici Paſchalis, Conſtantinus Manaſſes, Theophanes, (Anaſtaſius), Conſtantinus Porphyrogenneta, Cedrenus, Zonaras et Glycas.

Antiquiſſima gentis memoria ſub Aureliano Aug. apud vnicum occurrit Dexippum. Ducentorum fere et triginta annorum, qui inter Aureliani et Honorii imperia interceſſere, ſpatio nullus ſcriptorum Byzantinorum Vandalorum meminit. Ab Honorii inde temporibus et gentis migratione, ſi paucas excipias lacunas, ſatis cohaerent omnia. Eaque inprimis Procopio, ex quo ſua deſumſere Theophanes, Conſtantinus Porphyrogenneta et Zonaras, debemus. Sparſa quaedam et pauca de Vandalis habent Conſtantinus Manaſſes, Glycas, Cedrenus, Auctor Chronici Paſchalis et Olympiodorus, Res Gizerici et Honorici geſtas Priſcus et Malchus attingunt. Agathias denique, Procopium hiſtoriam Vandalorum concinnaſſe, in praefatione meminit.

INDEX

INDEX

Capitum et Paragraphorum.

CAPVT I. *Antiquiſſima Vandalorum memoria; a. C.* 270-275.

§. 1. Vandali a Romanis victi de pace legatos mittunt; milites ab Aureliano in conſilium adhibiti, pacem iungendam cenſent.

§. 2. Reges Vandalorum iuſſi veniunt; dant filios et propinquos obſides; conditiones pacis.

§. 3. Vandali praedatores caeſi; reliqui domum abeunt.

§. 4. Vandalorum auxilia Aurelianum in Italiam ſequuntur.

CAPVT II. *Vandalorum migrationes, resque, ducibus Godigiſclo et Gonthari, geſtae; ab a. C.* 395-427.

§. 5. Vandali natio Gothica.

§. 6. Vandali cum Alanis a Maeotica palude ad Germanos et Rhenum, inde in Hiſpaniam abeunt, ibique ſedes ponunt, pactis cum Honorio initis.

§. 7. Ioannes tyrannus nihil contra Vandalos moliri poteſt.

§. 8. Res Bonifacii et Aetii, ducum Romanorum.

§. 9. Bonifacius Vandalos, Gontharis et Gizerici ductu, in Africam euocat; conditiones foederis; Vandalorum in Africam migratio.

CAPVT III. *Res a Vandalis et Gizerico, vsque ad pacem hunc inter et Theodoſium Iun. iunctam, geſtae; ab a. C* 427-449.

§. 10. Bonifacius, Placidiae conciliatus, Vandalis, vt ex Africa diſcedant, perſuadere conatur.

§. 11. Bonifacius, proelio a Vandalis victus, Hippone Regio obſidetur; Vandali obſidionem ſoluunt; diuerſae de morte Gontharis ſententiae.

§. 12. *Iterum a Vandalis proelio vincuntur Romani, Bonifacius Romam, Aſpar Byzantium, redeunt.*

§. 13. *Africa a Vandalis ſubacta; Marcianus a Gizerico e captiuitate dimittitur.*

§. 14. *Gizericus cum Valentiniano pacem facit, imperatori tributarius.*

§. 15. *Gizericus Regis titulum ſumit, plures inſulas ditioni Rom. ſubiectas capit; claſſe a Theodoſio Iun. ad Siciliam miſſa, de pace legatos mittit.*

§. 16. *Theodoſius, ob Attilae irruptionem, pacem cum Gizerico facit.*

CAPVT IV. *Vandalorum Gizerico duce in Italiam, Siciliam et Graeciam factae irruptiones; ab a. C. 454-468.*

§. 17. *Eudoxia per legatos Gizericum rogat, vt Valentiniani caedem in Maximo tyranno vlciſcatur.*

§. 18. *Gizericus Romam capit, ea direpta, Eudoxia et filiabus abductis, in Africam redit.*

§. 19. *Marcianus imp. pro Italis ad Gizericum ſemel iterumque legatos mittit; Valentiniani vxorem et filias repetit, fruſtra.*

§. 20. *Auitus imp. foedera Gizericum obſeruare iubet; ni faciat, bellum minatur.*

§. 21. *Gizericus Vandalos et Mauros Italiam vaſtaturos mittit; Ricimer et Marcianus illum per legatos, vt ab Italia et Sicilia abſtineat, rogant; fruſtra.*

§. 22. *Gizericus Eudocia filio ſuo Honorico deſponſa, Eudoxiam cum filiarum altera Placidia remittit.*

§. 23. *Maiorianus expeditionem in Africam parat, Gizericus de pace legatos mittit, fruſtra; Maurorum terram Hiſpaniae obuerſam vaſtat, aquas inficit.*

§. 24. *Maiorianus exercitum in Liguria cogit, eum contra Vandalos ducturus.*

§. 25. *Maiorianus ſub legati ſpecie Gizericum adit.*

§. 26. *Dum in Africam parat traiicere, moritur.*

§. 27. *Romani occidentales CPltanos auxilia aduerſus Marcellinum et Vandalos rogant, Gizericus bona Valentiniani et Aetii pretium pacis poſcit.*

§. 28. *Gizericus Italiam et Siciliam vaſtat.*

§. 29. *Muros vrbium Africae diruit, imprudenti conſilio.*

§. 30. *Agros Romanorum filiis ſuis et Vandalis reliquis diſtribuit.*

§. 31. *Agri filiis Gizerici et Vandalis aſſignati, immunes; priſcis poſſeſſoribus relicti vectigalibus immenſis obruti.*

§. 32. *Numerus Vandalorum; Alani ſub Vandalorum nomine comprehenſi.*

§. 33. *Gizericus Italiam, Siciliam, Illyricum, Peloponneſum, Graeciam vaſtat.*

CAPVT V. *Bellum Vandalis a Leone I. illatum, et reliqua Gizerici geſta, vsque ad eius obitum; ab a. C. 468-478.*

§. 34. *Exercitum numeroſiſſimum et inſtructiſſimam claſſem duce Baſiliſco aduerſus Gizericum mittit Leo Aug.*

§. 35. *Anthemius et Marcellianus a Leone in Gizericum concitati, Marcellianus Vandalis Sardiniam eripit; Heraclius dux Vandalos ad Tripolin ſundit, vrbes capit.*

§. 36. *Baſiliſcus, claſſe ad Africam appulſa, cunctatur.*

§. 37. *Gizericus dierum 5. inducias a Baſiliſco impetrat.*

§. 38. *Vandali Romanam claſſem exurunt.*

§. 39. *Bellum contra Gizericum varia fortuna geritur.*

§. 40. *Theuderichus Triarii F. Leoni contra hoſtes omnes, exceptis Vandalis, auxilia promittit.*

§. 41. *Zeno legatum de pace ad Gizericum mittit, hic interim cum claſſe traiiciens Nicopolim capit.*

§. 42. *Seuerus legatus Gizerico mire placet; Romanos captiuos alios ſine pretio recipit, alios redimit.*

§. 43. *Pax Zenonem Aug. inter et Gizericum iuncta, ſub Anaſtaſio et Iuſtino I. perdurat.*

§. 44. *Gizerici obitus, teſtamentum, anni imperii.*

CAPVT VI. *Res Vandalorum ſub eorum regibus Honorico, Gundamundo, Traſamundo et Ilderico; ab a. C. 478-527.*

§. 45. Honoricus rex de foedere cum Zenone iungendo legatos mittit; res Vandalorum poſt Gizerici obitum inclinatae; Zeno legatos benigne exceptos dimittit.

§. 46. Honoricus orthodoxos crudeliſſime vexat; Mauri defectione facta montem Auraſium occupant.

§. 47. Gundamundus rex in orthodoxos ſaeuit, cum Mauris bellum gerit.

§. 48. Traſamundus rex, orthodoxos ad Arianiſmum perducere nititur, praemiis eos alliciens.

§ 49. Theoderici Italiae regis ſororem Amalafridam in matrimonium accipit; Theodericus ſorori mille nobiles Gothos ſtipatores adiungit, Lilybaeum promontorium dotis nomine donat.

§. 50. Cabao, Maurorum dux, ſe ad bellum, quod Vandali parturiebant, propulſandum accingens, ſuos ſibi ab iniuriis temperare iubet.

§. 51. Maurorum acies. Vandalorum exercitus ad internecionem fere caeditur.

§. 52. Theodericus Ital. rex Vandalos quietem agere coegit, et in multis ſubiectos fecit.

§. 53. Ildericus rex, vir probis moribus, ſed imbellis, eius frater Hoamer Vandalorum Achilles.

§. 54. Vandali a Mauris Byzacenis victi; Theodericus ob illatas ſorori et Gothis iniurias a Vandalis alienatus.

§. 55. Ildericus Iuſtiniano, adhuc priuato, arctiſſimo amicitiae vinculo iunctus.

§. 56. Gelimeris genus, mores.

§. 57. Gelimer coniuratione cum Vandalorum fortiſſimis facta, regno potitur, Ildericum cum cognatis in cuſtodiam dat.

CAPVT VII. *Res Vandalorum ſub Gelimere rege vsque ad expeditionem contra Godam, Sardiniae tyrannum, ſuſceptam; ab a. C. 527-533.*

§. 58. Iuſtinianus Gelimerem, vt iniuriis contra Ildericum abſtineat hortatur, fruſtra.

§. 59.

§. 59. *Iterum miſſis legatis, Ildericum eiusque ex fratre nepotes Hoamerem et Euageem ad ſe mitti poſtulat; ni faciat, bellum minatur, Gelimer Iuſtinianum ſua curare iubet.*

§. 60. *Bello cum Perſis diremto, arma in Africam mouere decernit Iuſtinianus.*

§. 61. *Deliberatione inſtituta, bellum diſſuadetur, epiſcopo auctore decernitur.*

§. 62. *Pudentius Iuſtiniano Tripolin ſubiicit.*

§. 63. *Godas defectione a Vandalis facta, Sardiniam ſibi vindicat, Iuſtinianum per litteras auxilia rogat.*

§. 64 *Iuſtinianus copias ſe cum duce miſſurum reſcribit; Godas regio titulo ſumto, legatum remittit.*

§. 65. *Copiae in Sardiniam et Africam miſſae. Foederati qui?*

§. 66. *Duces, auxilia, claſſis.*

§. 67. *Gelimer Tzazonem fratrem cum flore Vandalorum ad Sardiniam recuperandam mittit.*

CAPVT VIII. *Res belli Vandalici vsque ad proelium ad Decimum commiſſum; a. C. 533.*

§. 68. *Beliſarius cum claſſe ad Siciliam venit.*

§. 69. *Procopius a Beliſario Syracuſas miſſus de rebus Vandalorum cognoſcit.*

§. 70. *Beliſarius cum claſſe oras Africanas tenet.*

§. 71. *De exſcenſu deliberatur.*

§. 72. *Exſcenſum faciunt Romani, caſtra muniunt.*

§. 73. *Vrbs Syllectus deditione capitur; litterae Iuſtiniani ad principes Vandalorum veredario perferendae dantur.*

§. 74. *Beliſarius Carthaginem petit, Ioanne cum ſcutatorum manu et Hunnis praemiſſo.*

§. 75. *Beliſarius Afros ſibi conciliat, Graſſen, vbi Vandalorum regia erat, venit.*

§. 76. *Ammatas Gelimeris iuſſu Ildericum cum propinquis occidit, Vandalos Decimum ducit, veniente a tergo Gelimere.*

§. 77. *Ammatas, Gibamundus et Gelimer e diuerſis partibus Decimam petunt; Ammatas cum Ioanne proelio congreſſus occiditur, Gibamundus cum ſuis ab Hunnis ad internecionem caeditur.*

§. 78. *Exercitus Vandalorum duce Gelimere Decimum venit, partem Romanorum adorti in fugam vertunt Vandali.*

§. 79. *Gelimer fratrem caeſum lugens, opportunitatem victoriam proſequendi amittit, cum Beliſario congreſſus vincitur, ad Bullae planitiem cum ſuis fugit.*

CAPVT IX. *Res belli Vandalici vsque ad Tricamarenſe proelium; a. C.* 533.

§. 80. *Beliſarius ad Carthaginem accedit, claſſis Romana portum Mandracium attingit.*

§. 81. *Mercatores orientales e carcere dimiſſi ab imminente mortis periculo liberantur.*

§. 82. *Beliſarius Carthaginem ingreſſus, in palatio Gelimeris dapibus pro eo apparatis conuiuatur.*

§. 83. *Vandalis fidem publicam dat Beliſarius, muros Carthaginis inſtaurat; vetus vaticinium.*

§. 84. *Quae circa D. Cypriani templum mira contigerunt.*

§. 85. *Vetus dictum tunc, cum relicti in antiquis ſedibus Vandali regionis illius poſſeſſionem propriam ſibi dari peterent a Gizerico, editum.*

§. 86. *Vandalorum, qui in auitis remanſerant ſedibus, extincta iam tempore Procopii memoria; facinora olim a Gizerico in Zacynthios edita.*

§. 87. *Gelimer ruſticos, vt Romanos, per agros vagantes, occidant, pecunia inducit.*

§. 88. *Tzazo, Goda occiſo, Sardiniam recipit, cum hoc nuncio ad Gelimerem miſſi Carthagine in Romanorum manus veniunt.*

§. 89. *Legati a Gelimere ad Theudin in Hiſpaniam auxilia rogatum miſſi, in Africam reuerſi a Romanis capiuntur.*

§. 90. *Gelimer in planitie Bullae Vandalos et Mauros inſtruit, horum aliis Rom. partes ſequentibus.*

§. 91. *Tzazo a Gelimere e Sardinia aduocatur.*

§. 92. *Tzazo cum ſuis e Sardinia reuerſus, ſe Gelimeri adiungit.*

CAPVT

Caput X. *Proelium Tricamarenſe; Gelimeris in montem Pappuam fuga; a. C. 533.*

§. 93. Gelimer vias Carthaginem ducentes inſidet; Hunnos a Romanis abalienare nititur.

§. 94. Beliſarius exercitum educit, Vandalos ad Tricamarum caſtrametatos offendit.

§. 95. Gelimer et Tzazo ſuos ad ſtrenue pugnandum hortantur.

§. 96. Exercitum educunt, Romana et Vandalica acies.

§. 97. Proelium committitur, cadit Tzazo, Gelimer cum paucis fugit; fugiunt Vandali.

§. 98. Romani caſtris direptis fugientes perſequuntur; praeda immenſa.

§. 99. Beliſarius Ioannem Gelimeri inſtare iubet, ipſe cum exercitu ſequitur; Ioanne caſu occiſo, Gelimer euadit.

§. 100. Gelimer in montem Pappuam fugit, obſidio eius Pharas Herulo demandatur.

Caput XI. *Res Vandalorum poſt Gelimeris fugam; gens debellata; a. C. 534.*

§. 101. Beliſario gaza regia a Bonifacio traditur.

§. 102. Cyrillus cum abſciſſo Tzazonis capite in Sardiniam miſſus, inſulam hanc et Corſicam Rom. imperio vectigales facit, Ioannes caſtellum ad fretum Gaditanum, Apollinarius Ebuſam, Maioricam et Minoricam recipit, Apollinarii inter Vandalos fata.

§. 103. Lilybaeum Siciliae promontorium a Gothis repetit Beliſarius, fruſtra.

§. 104. Pharas aſcenſum Pappuae montis tentat, infelici ſucceſſu; eum obſidere ſatis habet.

§. 105. Delicata viuendi ratio Vandalorum, aſpera Maurorum.

§. 106. Pharas Gelimerem per litteras ad deditionem hortatur, fruſtra; Gelimer citharam, panem vnum et ſpongiam rogat.

§. 107. Cur haec petierit Gelimer? Pharas illa mittit, et Gelimerem arctius obſidet.

§. 108. Inter duos pueros, Vandalum et Maurum de placenta rixa oritur, ſpectante Gelimere.

§. 109. Hoc motus deditionis conſilium Pharae per litteras ſignificat Gelimer, Pharas Beliſario.

§. 110.

§. 110. *Gelimer, accepta a Beliſario de incolumitate fide, cum Pharâ Byzantium proficiſcitur.*

§. 111. *Beliſarius Gelimerem ridentem accipit; Gelimerem captum, Iuſtiniano ſignificat.*

§. 112. *Crimen affectatae tyrannidis Beliſario illatum.*

§. 113. *Mauri renunciata primum Vandalis ſocietate, foedus cum Romanis iungunt; tandem in Romanos arma mouent.*

§. 114. *Vectigalia a Gizerico olim ſuppreſſa, a Romanis rurſus deſcribuntur.*

§. 115. *Primus Beliſarii de Vandalis Byzantii actus triumphus.*

§. 116. *Ilderici filiae a Iuſtiniano et Theodora pecunia donantur; Gelimeri fundi in Galatia aſſignantur.*

§. 117. *Alter triumphus Beliſarii conſulis.*

§. 118. *Mauritania Vandalis olim a Mauris erepta.*

§. 119. *Vandali a Mauris Auraſio monte exacti.*

§. 120. *Mauri a Vandalis in Sardiniam deportati.*

CAPVT XII. *Noui Vandalorum motus; a. C.* 536.

§. 121. *Seditionem in Africa excitant milites Romani, inſtigantibus vxoribus et ſacerdotibus Vandalis.*

§. 122. *Vandali in 5. equeſtres numeros a Iuſtiniano diuiſi; 400. in Europam deportandi nautas curſum in Africam reflectere cogunt; in montem Auraſium et Mauritaniam euadunt, cum ſeditioſis conſpirantes.*

§. 123. *Stotzas ſeditioſorum princeps Vandalos ſibi adiungit.*

§. 124. *Proelio victis ſeditioſis multi Vandalorum cadunt.*

§. 125. *Stotzas cum Vandalis in Numidiam concedit.*

§. 126. *Salomon Africae praefectus Vandalos inde exterminare cogitat.*

§. 127. *Salomon iunior ſe Vandalum ſimulans a Mauris dimittitur.*

§. 128. *Antalas Maurorum princeps et Stotzas cum Vandalis ſuis ſocietatem ineunt.*

§. 129. *Stotziani milites, Vandali &c. ſe Gontharidi tyranno adiungunt.*

§. 130. *Gontharis Vandalorum proceres conuiuio excipit.*

§. 131. *Gontharis occiditur et qui cum eo erant Vandali plurimi, reliqui Byzantium mittuntur.*

VANDA-

VANDALICORVM
CAPVT I.
Antiquiſſima Vandalorum memoria.

a. C. 270—275.

§. 1.

Imp. AVRELIANO.

a. C. 270-275. a)

Imp. AVRELIANO.

SVB Aureliano Vandali b) omnibus copiis c) ſunt a Romanis ſuperati. Itaque legationem ad Romanos decreuerunt, quae de bello pacificatione finiendo ageret. Et cum multa inter ſe imperator et barbari diſſeruiſſent, ſolutum eſt colloquium. 1.

Poſtridie multitudo militum Romanorum rurſus conuenit: et cum eos imperator interrogaſſet, quid illis videretur de populis, qui copiam ſui illis faciebant d), cum ſtatuerent praeſentem proſperitatem tueri, et rerum, quibus potiebantur, fruitioni proſpici oportere e), ſuam de ea re voluntatem voce ſignificarunt, et in ſententiam finiendi belli iuerunt, eoque vno conſenſu ſunt delati.

§. 2.

1. DEXIPPVS in Excerptis de legationibus p. 12.

a) Sunt anni imperii Aureliani.

b) ὁι Βανδηλοι. Cantoclarus, vt in reliquis parum religioſus interpres, ita nomina propria fere ſemper mutat, aliorum potius, quam textus graeci, quem interpretatur, auctoritatem ſecutus.

c) Κατα κρατος.

d) Περι των παροντων λαων.

e) Την ἐυτυχιαν την ὑπαρχουσαν, προμηθειας της ὑπερ των οντων ἀσφαλειας διασωσασθαι.

Imp. AVRELIANO.

a. C. 270-275.

§. 2.

¹. Itaque barbarorum reges et principes venerunt, et, vt illis erat praeceptum, ex ſuis obſides, qui non in ſecundis partibus fortunae et dignitatis haerebant, dederunt, ᶜ vtrique enim reges et proximi dignitate vna cum ipſis ſine mora filios ſuos pro obſidibus tradiderunt f).

Poſthaec ad pacta et conuentiones ventum eſt, et foedera ſunt inita: ᶜ Vandali Romanis duo mille equites auxiliarios ex foedere ſuppeditabant g), quorum nonnulli ex tota exercitus multitudine delecti, et in belli ſocietatem adſcripti, alii ſpontaneam militiam ſubeuntes nomina dederunt. Reliquus Vandalorum exercitus ſaluus et incolumis conſeruatus, ᶜ Romanorum imperatore mercatum ad Iſtrum praebente h) domum eſt reportatus.

§. 3.

Sed quicunque ab exercitu, violatis foederibus, ad praedandum et rapinas faciendas longius exceſſerunt, omnes a duce exterarum copiarum (erant autem non minus quam quingenti) ſunt caeſi et perempti. ᶜ Hi enim ſpecie amicitiae, fiducia pacis cum Romanis factae elati, nullo ſeruato ordine, venia a ſuo duce impetrata, in repentinas quasdam incurſiones eruperant, et non pauca regionum loca, qua iter habuerant, vaſtauerant et damnis affecerant i). At ille, qui tantum facinus admiſit, eſt ab eorum rege k) iacu-

f) Οἵ τε γαρ βασιλεις τους παιδας ἑκάτεροι διδοασιν ἐς τὴν ὁμηρειαν, ἐνδυασαντες [l. ἐνδιασαντες] οὐδεν, και ἕτεροι ἁμα αὐτοις οὐ μαλα πορρω ἀξιωσεως.

g) συνεμαχουν δε απο της δε Ρωμαιοις Βανδηλων ἱππεις ἐις διχιλιους.

h) παρεχοντος των Ρωμαιων ἀρχοντος ἀγοραν ἐς τε ἐπι τον Ιςρον.

i) οἱ [forte ὡς] γαρ δια φιλιας της χωρας πορευομενοι και θαρσει της γενομενης προς Ρωμαιους ἐιρηνης ἐπαρθεντες, της πασης ταξεως προεξαιροντες, κατα τινας αἰφνιδιους ἐπιδρομας προσεβαλλον, γνωμη του ἀρχοντος, και οὐκ ὀλιγα της χωρας ἐκακουργουν.

k) Παρα τω βασιλει. eorum, addit interpres.

 Imp. AVRELIANO.

iaculis confectus. Reliqui Vandalorum ab inuicem ſeparati, domos ſuas repetierunt.

§. 4.

Romanorum vero imperator, praemiſſa maiore parte ſuarum copiarum, ſiue pedeſtrium, ſiue equeſtrium, non longo poſt eas ſubſecutus interuallo, et ſecum cohortem auxiliariorum retinens, omnes haſtatos, qui eius cuſtodiam agebant, vna cum Vandalis, quotquot illi auxiliarii aderant, et nobilibus, qui illi obſides dati erant, magna celeritate in Italiam, contendit, in quam *Iuthungi* denuo irruperant.

Sub
Tacito et reliquis vsque ad Theodoſium M. imperatoribus
nulla fit Vandalorum mentio.

CAPVT II.

Vandalorum migrationes; resque, ducibus Godigiſclo et Gonthari, geſtae.

ab a. C. 395 — 427.

§. 5.

Imp. ARCADIO.

a. C. 395-410. [a]

Imp. ARCADIO.

b) IMPERIVM occidentale tenente Honorio, ditionem eius inuaſere 2.
barbari: quinam ii fuerint, et qua illud via perfecerint, mox de-

2. PROCOPIVS de B. V. L. I. c. 2. p. 178. Theophanes p. 81. Anaſtaſius Biblioth. p. 39. Conſtantinus de Adm. imp. c. 25. p. 78, 79. Cedrenus T. I. p. 342.

a) Sunt anni ab initio imperii Honorii vsque ad Romam ab Alarico captam. Theophanes ea ſub a. 91. Theodoſii iun. a. M. 5931. a. C. 431. habet.

b) Procopius ad bellum Vandalicum enarrandum accedens p. 175. haec praemittit; *Illum quidem exitum belli Perſici Iuſtinianus Aug. habuit: ego vero quaecumque idem aduerſus Vandalos* [Βανδίλους] *ac Mauros geſſit, ea iam narrare aggredior, dicturus primo vnde Vandalicus exercitus in oras Rom. eruperit* —.

Impp. ARCADIO. THEODOSIO II.

a. C. 395 - 410.

declarabo. Plurimae quidem ſuperioribus fuere temporibus, hodieque ſunt *nationes Gotthicae;* ſed inter illas *Gotthi, Vandali, Viſigotthi* et *Gepaedes* cum numero tum dignitate praeſtant. c) —

§. 6.

a. C. 395-424.

3. α) Vandali Maeotidis paludis accolae, fame preſſi, ad Germanos, quos hodie Francos nominant, et flumen Rhenum ſe receperunt, tractis in ſocietatem *Alanis, natione Gotthica.*

Inde

α) THEOPHANES, ANASTASIVS, CONSTANTINVS: *Vandali* [Οὐάνδηλοι] *demum Alanis, et Germanis ſibi aſcitis, Rheno* [*Nimum* Anaſt.] *flumine traiecto, duce Modigiſclo* [*Gogidiſclo* Conſt.] *in Hiſpania, quae ab Heſperio Oceano Europae prima regio eſt, ſedem poſuerunt.* reliqua vide ad §. 9. THEOPHANES, ANASTASIVS: *Vandali quippe, prout annis ſuperioribus manifeſtatum, Hiſpania ſub Arcadio et Honorio impp. occupata, ex ea poſtmodum vna cum Gondiciſclo* [Γογδικισκλε. *Godigiſclo* Anaſt.] *rege ſuo in Libyam traiicientes, eam temere prouinciam. Gondiciſclo* [vt ſupra] *autem defuncto,* [*Gogdaris* Γογδαρις. deeſt apud Anaſt.] *et Gizerichus* [*eius filii*, deſunt apud A.] *in principatu ſucceſſerunt.* reliqua vide ad §. 44. ZONARAS: *Honorio quondam Romae veteri imperante, gens Vandalica* [Οὐανδήλων] *relictis ſedibus in Hiſpaniam ſe contulerat, atque inde freto traiecto cum rege Gondigiſclo in Africa conſederat;* reliqua vide ad §. 9.

τ) Quae hic ſequuntur, vt et narrationis varietatem vid. in *Gothic.* §. 30. coll. §. 376.

3. PROCOPIVS de B. V. L. I. c. 3. p. 182. Theophanes p. 81. 158, 159. Anaſtaſius p. 39. 58. Conſtantinus de Adm. Imp. c. 25. p. 79. Zonaras T. II. L. 14. p. 64. Hic bellum Vandalicum, imp. Iuſtiniano I. geſtum, enarraturus, antiquiorem gentis illius hiſtoriam ſummatim repetit. Alarichum Gothorum et Vandalorum ducem vocant Cedrenus et Zonaras. cfr. *Gothica* §. 31. in varietate narrationis. Breuem, quam ad citatum Zonarae locum illuſtrandum contexuit Du Cange Not. p. 57. ſq. Vandalorum hiſtoriam accipe: „— Theodoſius M. liberis, quoad adoleſcerent tutores reliquit Ruffinum et Stiliconem, qui vtramque aulam regerent. Hi commiſſa ſibi tutela et adminiſtratione praue vtentes, alius ſibi, alius filio ſuo affectans regale faſtigium, vt rebus repente turbatis neceſſitas reip. ſcelus ambitus tege-

Inde Godigiscli ductu in ea parte Hiſpaniae, quae oram habet imperii Romani primam ab oceano, ſedes fixerunt, ea conditione, de qua tunc inter Honorium et Godigiſclum conuenerat, vt illis partibus nihil nocerent. Cum autem haec eſſet Romana lex, ſi qui ſua non poſſiderent, ſpatiumque efflueret annorum triginta, illis non eſſe amplius actionem aduerſus malae fidei poſſeſſores, at praeſcriptione deſuiſſe ius adeundi iudicem, lege cauit Honorius, ne tempus, quo Vandali in Rom. imperio commorarentur, ad eam triginta annorum praeſcriptionem euaderet. Occidente in hunc ſtatum redacto Honorium morbus extinxit. —

ret, gentes barbaras in Romani imperii ditiones ille immiſit, hic fouit. Has inter Vandali et Alani pridie Kal. Ianuarias a. C. CDVI. traiecto Rheno Gallias intrauerunt. quibus ferro flammaque vaſtatis, tandem perfractis Pyrenaei clauſtris, quae diu Didymus et Veninianus, fortiſſimi Romanorum duces, tutati erant, Hiſpanias IV. Kal. ſeu, vt alii volunt, III. Id. Octobr. irrumpunt anno CDIX. aera CDXLVII. Exhinc Hiſpanicis inter ſe diuiſis prouinciis; Gallaecia Vandalis et Sueuis, Luſitania et Carthaginenſis prouincia Alanis obuenere: at Vandali cognomine Silingi relicta Gallaecia, Baeticam prouinciam ſortiuntur. Quis tum iſtius in Gallias et Hiſpanias irruptionis tempore Vandalis imperauerit, vix conſtat. *Crocum* quidam, qui tot mala Galliae intulit, ab Hiſtoricis noſtris paſſim recenſita, ſeu vt ab aliis vocatur, *Croſcum* Vandalorum regem fuiſſe opinantur. Et ſane ita inſcribitur in vita S. Antidii Veſuntini Epiſcopi, et apud Sigebertum a. CDXI. Alii non Vandalorum, ſed Alemannorum regem extitiſſe volunt. Id porro conſtat, Crocum a Mario praeſide verſus Arelatenſem vrbem interceptum, poſt varia cruciatuum tormenta, tandem neci datum. Renatus Frigeridus apud Gregorium Turonenſem ſcribit, Vandalos a Francis deuictos acie, xx. ferme millibus ferro interemtis, *Godegiſilo*, (ſeu vti a Procopio et Theophane appellatur, Godegiſclo, ſeu Modigiſilo, vt a Roderico Sanctio et Abbate Vſpergenſe) rege eorum abſumpto, cunctis, inquit idem Frigeridus, Vandalorum ad internecionem delendis, ni Alanorum vis in tempore ſubueniſſet: quam quidem cladem intra ipſas Gallias accidiſſe idem teſtatur, proindeque ante Vandalorum in Hiſpanias aduentum, ita vt dubium videatur, an Godegiſilus in Hiſpania conſederit, quod volunt Procopius et Zonaras. Memoratur praeterea ab Idatio gentis Vandalorum rex alter *Fredibaldus*, quem circa a CDXVII. Conſtantius, Placidiae maritus, ſine vllo certamine ingenioſe captum ad imp. Honorium deſtinauit: is porro, ni fallor, Vandalis, qui in Galliis remanſerant, imperauit.„

Imp. THEODOSIO II.

§. 7.

a. C. 425. d)

[IOANNES praetorianus miles post Honorii obitum imperator creatus] per annos quinque, quos in tyrannide exegit — nihil in barbaros agere potuit, bello diſtrictus, quod e Byzantio inferebatur. —

a 20. Theodoſii II. e)

§. 8.

a. C. 427.

4. [VALENTINIANVS imperator, a matre Placidia voluptaria educatione inſtitutus] adeo non eorum quidquam, quae prius ablata fuerant, imperio recuperauit; vt inſuper Africam, immo vero vitam amiſerit, eoque mortuo in manus hoſtium venerit capta cum filiabus vxor: ſic demum, vt dicam, Africae calamitas contigit.

Duces erant Romani duo, Aëtius et Bonifacius, eo virtutis cumulo praediti —, vt vere dici poſſit vterque vir ſummus Romanorum. [Quorum Aëtius, cum Bonifacium Africae comitem a Placidia declaratum moleſte ferret, ad Placidiam detulit, Africam omnem ipſi et imperatori ab illo iam tyranno ereptam, idque verum eſſe vt oſtenderet, nunquam eum, ſi Romam acciretur, venturum, affirmauit. Simul Bonifacio per litteras ſignificauit, ne, cum imperatrix vitae ipſius inſidiaretur, Romam veniret. Quibus fidem habens Bonifacius, mandato Auguſtae, quae Romam ipſum euocabat, parere abnuit f).]

§. 9.

5. Certior de his facta Placidia, ſibi perſuaſit res imperatoris maxime cordi eſſe Aetio, quidque in Bonifacium oporteret ſuſcipi inquiſiuit.

Boni-

d) Hoc anno occiſum eſſe Ioannem, docent alii.

4. PROCOP. de B. V. L. I. c. 3. p. 183.

e) Hoc anno Vandalos in Africam veniſſe docet auctor Chronici Paſchalis, vid. locum infra citatum.

f) Ita quae de cauſa irruptionis Vandalicae Procopius habet, excerpta dediſſe ſufficiet, ſimulque annotaſſe, iisdem fere verbis ea referre Theophanem, Anaſtaſium et Conſtantinum Porph.

5. PROCOP. de B. V. L. I. c. 3. p. 184. Theophanes, p. 81. Anaſtaſius p. 39, 40. Conſtantinus de Adm. Imp. c. 25. p. 79. Zonaras. T. II. p. 64. Chronic. Paſch. p. 314.

a. C. 427.

β) Bonifacius vero, cum nec reſiſtere ſe poſſe imperatori videret, nec, ſi Romam peteret, ſalutis vlla ſpes oboriretur, ſtatuit omni ope eniti, vt ſocietatem coiret cum Vandalis, quos ſupra dixi in Hiſpania prope Africam ſedes fixiſſe: vbi iam mortuo Godigiſclo, dominatum ſuſceperunt eius filii GONTHARIS ex iuſta ipſi vxore natus, et GIZERICHVS nothus: verum ille adhuc puer et natura parum induſtrius; hic in armis optime exercitatus, ac mortalium omnium ſolertiſſimus. Igitur [Bonifacius] nonnullos ex intimis in Hiſpaniam miſit, ſibique ambos Godigiſcli filios adiunxit aequali conditione, et his legibus, vt Africae tertiam quisque partem.

β) THEOPHANES, ANASTASIVS, CONSTANTINVS: *Bonifacius autem ab imperatoribus Romanis ſibi metuens, e Libya traiiciens in Hiſpaniam ad Vandalos ſe recepit. Mortuo iam Modigiſclo* [*Gogidiſclo* Conſt.], *Gontharim* [*Gonzarim* A. *Gottharum* C.] *et Gezerichum* [*Gizerichum* C.] *eius filios regnum adminiſtrantes offendit: ipſos pluribus hortatus Libyam occidentalem in tres partes ſe diuiſurum promiſit, vt vnusquisque ſecum tertiam partem obtineret; cunctique ſimul aduerſarium omnem, quisquis ille foret, vlciſcerentur. His conditionibus firmatis, Vandali enauigato freto Libyam ab oceano ad Tripolim, quae eſt iuxta Cyrenem, incoluerunt. Wiſigotthi* [Υπογόϑοι. Ισιγόϑοι Conſt.] *quoque e Gallia migrantes occupauerunt Hiſpaniam.* ZONARAS: *Eo* [*Gondigiſclo*] *mortuo, duobus filiis Gondari g*) *et Gizericho relictis, imperium vniuerſum poſt alterius obitum ad Gizerichum rediit. Is et Carthaginem et ipſam Romam occupauit, cumque Vandalis annos XXXIX. imperaſſet, naturae debitum perſoluit.* [reliqua vide ad §. 46.] CHRONICON PASCHALE: *Olymp. 302. a. 4. a C. 428. a. 20. imp. Theodoſii Felice et Tauro coſſ. Vandali Africam ingreſſi ſunt.*

g) Ad hunc locum Du Cange Not. p. 57, 58., Gundaris — ſeu Gundericus, vt ab aliis appellatur, Godegiſili filius, primus in Hiſpania Vandalis praefuit, qui rupto foedere pacis, Sueuos perυaſis montibus obſedit anno CDXIX. ac tandem relicta Gallaecia cum omnibus Vandalis in Baeticam tranſiit, a. CDXX. captaque Hiſpali, cum irreuerenter in Baſilicam S. Vincentii Matyris manus extendiſſet, mox Dei iudicio daemone in ipſis templi foribus correptus interiit anno Theodoſii Iunioris IV. Chr. CDXXVII. vel XXVI. vt alii volunt, cum imperaſſet annos XVIII. Procopius a fratre interemtum ſcribit.

partem obtineret, ac ſeorſum praeeſſet ſuis: quod ſi quis ipſorum bello peteretur, aggreſſorem coniuncte repellerent. Ad eam pactionem acceſſere Vandali, transmiſſoque freto Gaditano, pedem in Africa h) poſuere. Poſtea *Viſigotthi* Hiſpaniam tenuerunt. i).

h) Goar in Notis in Theophanem p. 571. „Irruptionem, inquit, Vandalorum in Africam Chronicon Alexandrium [vide ſupra], Proſper et alii ad annum Theodoſii 20. aſſignant. eapropter quae hic ex Procopio ſummatim collecta, hiſtorice non chronice referri facile quisque perſpiciet.„

i) Alia quaedam de Vandalis accipe: *Vandali Gotthos appellant Trulos: propterea quod hi aliquando enecti fame, tritici trulam a Vandalis aureo vno redimerent. Trula vero nondum tertiam ſextarii partem capit. Dum Vandali Hiſpanias vaſtaſſent, qui in muratas ſe vrbes Romani receperant, eo inediae adacti ſunt, ut inuicem ſe laniando edere cogerentur. Ibi mulier vna, quatuor liberorum mater; omnes deuorauit, ad ſingulos praetexens, reliquos ſe alere, ac ſaluare velle, donec omnibus illis abſumptis, lapidibus a plebe obruta eſt.* Olympiodorus Eclog. Hiſt. p. 10, 11. *Anno 33. Theodoſii ind. 9. Olymp. 305. a. 1. a. C. 441. Cyro ſolo coſ. caeſus eſt Ioannes Vandalus in Thracia.* Chronic. Paſch. p. 315. *Hoc anno* [38. Theodoſii Iun.] *Ioannes, Vandalus* [Οὐανδαλος] *cognomine, tyrannidem in Valentinianum Romae ſuſcitare molitus eſt: Theodoſius Aſpare et Artahurio Rom. copiarum ducibus miſſis proelio commiſſo Ioanneni ſuperauit, qui etiam fide accepta viuum ſe in eorum manus dedit. Hi virum ad imp. Theodoſium adducunt, et, ut honores aſſequatur, operam adhibent. Porro Chryſaphius Eunuchus — dolis ei mortem intulit.* Theophan. p. 83, 84.

CAPVT

CAPVT III.

Res a Vandalis et Gizerico

vſque ad

pacem hunc inter et Theodoſium Iuniorem iunctam geſtae.

ab a. C. 427—449.

§. 10.

a. C. 427-439. α)

[PLACIDIA tandem falſo Bonifacium ab Aetio accuſatum intelligens, illius amicos obſecrauit,] vt, ſi quo modo poſſent, ei reditum in patriam perſuaderent, atque inſtarent, ne a barbaris imperium Rom. proculcari ſineret. Quibus auditis, Bonifacius facti poenitens et pactionis cum barbaris initae, illos, vt ex Africa demigrarent, et precibus et promiſſis ampliſſimis inducere contendit. 6.

§. 11.

α) Qui cum dicta reſpuerent, haberi ſe ludibrio rati, acie decernere coactus eſt, victusque Hipponem Regium ſe recepit, Numi-

α) THEOPHANES, ANASTASIVS, CONSTANTINVS: *Gonthari* [*Gotthario.* Conſt.] *vero e viuis ſublato, Vandalorum imperium ſuſcepit Gizerichus* [*Gezerichus* C.] *Bonifacius ex aduerſo data fide confirmatus, copioſo exercitu Roma Byzantioque ſub Aſpare duce transmiſſo—. Ita Bonifacius cum Aſpare Romam ingreſſus, rei veritate probata, conceptam de ſe ſuſpicionem diluit: Africa vero ſub Vandalorum poteſtate remanſit. Tum etiam Marcia-*

6. PROCOP. de B. V. L. I. c. 3. p. 184, 185. Theophanes p. 82. Anaſtaſ. p. 40. Conſtantinus de Adm. imp. c. 25. p. 79.

a) Vide locum infra ex Chronico Paſch. allatum.

α) Chronicon Paſchale p. 315. reliqui ll. cc.

Numidiae munitam ac maritimam vrbem, quam barbari caſtris poſitis obſederunt, duce Gizericho b). Iam enim Gontharis diem obierat, fratre authore mortis, vt fama eſt: cui refragantes Vandali, in Hiſpania a Germanis captum in proelio, crucique affixum Gontharim, et Vandalos a Gizericho, cum ſolus regnaret, ductos in Africam fuiſſe ferunt; *ſic a Vandalis ipſis accepi.* Demum multo ela-

nus miles, Aſparis domeſticus, viuus a Gizericho captus eſt: ac poſtmodum ſucceſſit imperio. CHRONICON PASCHALE: *Anno XXXI. Theodoſii, indict. VII. Theodoſio Auguſto XVII. & Feſto Coſſ. Olymp. 304. a 3. a. C. 439. Genſericus* [Ζινζιεηχος] *Vandalorum rex Carthaginem ingreſſus eſt menſe Hyperberaeteo; eodemque anno Siciliam vaſtare anniſus eſt.*

b) Quae de illo Du Cange in Notis ad Zonaram ex aliis affert, haec ſunt. „ Gaiſericus ſeu Geiſericus, Gotharis frater nothus, eidem in regnum ſucceſſit: qui ex Catholico Arianus factus, de Baeticae prouinciae littore cum Vandalis omnibus, quos ad octoginta millia fuiſſe ſcribit Victor Vitenſis, eorumque familiis ad Mauritaniam et Africam relictis tranſiit Hiſpaniis anno CDXXVII. menſe Maio, Hierio et Ardaburio coſſ. — Geiſericus violato foedere, quod cum Valentiniano imp. pepigerat, Carthaginem metropolim poſt XIV. menſium obſidionem occupat & Kal. Nov. a. C. CDXXXIX. Hanc vero captiuitatem Carthago ſubiit anno poſtquam Romana eſſe coeperat DLXXXV. Poſthaec mediterranei maris inſulas inuadit, Siciliamque tributario iure Odoacro Italiae regi concedit: inde ab Eudoxia, Valentiniani iam defuncti vxore, inuitatus Romam ingreditur, rebus omnibus per XIV. dies ſpoliat; ſecumque inde Eudoxiam cum duabus filiabus abducit a. C. CDLV. Tandem poſt multarum prouinciarum clades, et Chriſtiani apud Africam populi ſpolia et neces moritur a. CDLVI. cum imperaſſet annos XL. iuxta Victorem Tununenſem: quanquam Victor alter Vitenſis annos regni XXVII. menſes III. dumtaxat putet. Ita enim legendum, non vt libri editi praeferunt, XXXVI. nam Geiſerici regni annos Victor auſpicatur a capta Carthagine Africae metropoli, quod ex tempore captae Romae liquet, quam captam ſcribit anno Geiſerici XV. h. e. a capta, vt dixi, Carthagine, vt recte obſeruatur a Franc. Balduino. Quatuor illi fuere filii, Hunnericus, Genzo ſeu Gentho, cui regni partem reliquit pater, Thedericus et Theodatus, qui patre ſuperſtite obiit, Porro quantas calamitates Africae intulerit, dum Catholicam fidem Ariana impietate intra regni ſui fines ſubuertere nititur, pluribus proſecuti ſunt idem Victor Vitenſis, Poſſidius Calamenſis, Proſper Aquitanus, Iuſtinianus imp. et alii eiuſce aeui ſcriptores. „

elapſo tempore, poſtquam nec vi Hipponem Regium, nec conuentione in ſuam poteſtatem redigere valuerunt, illos ab obſidione fames abſtraxit.

§. 12.

Aliquanto poſt Bonifacius, et qui erant in Africa Romani, aucti copiis, quae Roma et Byzantio magno numero venerant cum Aſpare magiſtro militum, pugnam depopoſcerunt: qua fortiter edita, ab hoſtibus affecti inſigni clade, in fugam, prout erat cuique copia, ſe coniecerunt. Tum Aſpar domum rediit, et Bonifacius cum ad Placidiam ſe retuliſſet, ſuſpicionem in ſe falſo collatam diluit.

§. 13.

Ita quidem, vt dictum eſt, Vandali erepta Romanis Africa 7. potiti ſunt: hoſtibus autem, quos viuos ceperant, ſeruitute iniuncta, illos cuſtodiis aſſeruarunt. In eo forte numero Marcianus erat, is, qui deinde, Theodoſio mortuo, imperium adeptus eſt. Adeſſe tum in aula regia captiuos iuſſit Gizerichus, vt perſpiceret, cui quisque hero infra dignitatem ſuam ſeruiret. Illi ſub dium coacti, circiter meridiem, cum a ſole, quippe aeſtiuo, langueſcerent, ſederant: inter quos Marcianus, nullo habito delectu loci, negligenter ſtratus ducebat ſomnum, quadam interim, vt perhibent, aquila ſuperuolante, quae paſſis alis ita ſe librabat, eundemque in aere locum inſiſtebat, vt vmbra blandiretur vni Marciano. Rem Gizericus e ſuperiori contemplatus aedium parte, atque, vt erat ſagaciſſimo vir ingenio, diuinum oſtentum interpretatus, hominem ad ſe accitum, quis tandem ſit, rogat. Hic ſe Aſpari ab arcanis eſſe reſpondit (domeſticum ſua lingua Romani vocant). Quo Gizericus audito, auis omen coniectura pendens — iureiurando eum obſtringit, vt, ſi quando ſui iuris et mancipii fuerit, nunquam bello Vandalos petat. Itaque dimiſſus Marcianus Byzantium venit, vitaque functo poſt Theodoſio, cum imperium ſuſcepiſſet, — res Africae omnino neglexit.—

7. PROCOPIVS de B. V. L. I. c. 4. p. 185, 186. De Marciano ſimilia omnia habent Theophanes p. 90. Cedrenus T. I. p. 344. Zonaras T. II. p. 46. Glycas P. IV. p. 262, 263.

Imp. THEODOSIO II.

a. C. 427—439.

§. 14.

Tum autem acie victis Aſpare et Bonifacio, ſibi felicitatem e memorabili prouidentia Gizericus aſſeruit. Etenim veritus, ne, ſi alter contra ipſum exercitus Roma ac Byzantio mitteretur, non iisdem viribus, nec pari vterentur Vandali fortuna; cum ea ſit rerum humanarum conditio, vt, opem Deo ſubtrahente, ruant, et pariter cum corporibus ſeneſcant ac debilitentur: idcirco non elatus ſucceſſu, ſed metu prouido animum ad moderationem componens, pacem cum Valentiniano Aug. hac lege pepigit, vt ex Africa tributum annuum imperatori mitteret: cuius pacti conuenti obſidem e ſuis vnum liberis tradidit, Honoricum. Igitur Gizerichus re fortiter geſta in proelio victoriam firmiſſime retinuit, itaque creuit amicitia, vt Honoricum filium receperit.

a. 41. Theodoſii Iun.

§. 15.

a. C. 448.

8. β) Hoc eodem anno c) Gizerichus auctus Vandalorum copiis potentior factus, terrae marisque, et plurium inſularum Romanis prius ſubiectarum principatu arrepto, Regem ſe ipſum renunciauit: ex quo moeror animi Theodoſio incuſſus d): qui mille et centum onerarias naues cum ingenti Romanorum exercitu, Areo-

β) ANASTASIVS: *Eodem anno Gezerichus Wandalica multitudine opimus factus, et ſe regem vocans terrae ac maris inſularumque multarum Theodoſium contriſtabat.*

8. THEOPHANES p. 87. Anaſtaſius p. 41.

c) Vid. marg.

d) Τῳ Ουανδαλικῳ πληθει πολυς γενομενος, και Ρηγα καλεσας ἑαυτον γης τε και θαλασσης, και νησων πολλων τοις Ρωμαιοις ὑποτελων κατεχων, ἐλυπει τον Θεοδοσιον. Goar ad h. l. in Notis p. 573. „ Theodoſii expeditionem ante ſeptem annos, Cyro ſolo coſ. ſuſceptam refert Proſper in chron. *Theodoſius imp. bellum contra Vandalos mouet, Areobindo et Anaxilla atque Germano ducibus cum magna claſſe directis: qui longis cunctationibus negotium differentes, Siciliae magis oneri, quam Africae praeſidio fuerunt.* Et anno ſuccedente; *Exercitus, qui in Sicilia morabatur, ad defenſionem orient. partium reuertitur. Cum Geiſericho autem ab Aug. Valentiniano pax confirmata et certis ſpatiis Africa inter vtrumque diuiſa eſt.*„

Imp. THEODOSIO II.

a. C. 448.

Areobindo, Aſylae, Innobindo, Arintheo, et Germano ducibus commiſit. Tam valida igitur claſſe ad Siciliae oras appellente, Gizerichus exterritus de foederibus cum Theodoſio ineundis legationem miſit.

§. 16.

a. C. 449.

a. 42. Theodoſii Iun.

γ) Dum, vt ſupra praefatum, legatorum Gizerichi aduentum et imperatoris mandata claſſis Romana praeſtolatur in Sicilia, interea Omnudii filius Attila — in Thraciam excurrit: quo maxime motus Theodoſius, pacem iniit cum Gizericho, et ex Sicilia claſſem reuocat. 9.

γ) PRISCVS: *A bello contra eum* [Attilam] *ſuſcipiendo, eorum* [Romanorum] *rationes abhorrebant. Sed et Parthos, qui bellum apparabant, et Vandalos, qui maritimas oras vexabant — metuebant.*

9. THEOPHANES p. 88. Priſcus *nica* §. 81. in Excerpt. de legatt. 73. cfr. *Hun-*

CAPVT

CAPVT IV.

Vandalorum Gizerico duce in Italiam, Siciliam et Graeciam factae irruptiones; Africa a Gizerico inter Vandalos diuiſa.

ab a. C. 455 — 469.

§. 17.

Imp. MARCIANO. a. M. 5947. a. C. 447. a. 5. Marciani.

Imp. MARCIANO.

a. C. 455.

10. α) [EVDOXIA ſe et Valentiniani Aug. prioris ſui coniugis caedem in Maximo tyranno vlciſci iam ante ardens] cum ſui cauſa allatum marito interitum ex ore Maximi [aliquando in toro] didicit; vt illuxit, ſtatim mittit Carthaginem, rogatque Gizericum,

α) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Hoc anno* [vid. marg.]— *Eudoxia, cum, Theodoſio patre et Pulcheria iam extinctis, nullum ſibi CP. affuturum auxilium expectaret, Gizerichum, ex Maximi tyrannide eximi ſe deprecata, Romam aduocat. Eo cum ingenti claſſe Romam adnauigante, deterritus Maximus fugae ſe committit: et a ſuis, cum vix annum imperaſſet, interimitur. Gizerichus, nullo reſiſtente, tertio a caede Maximi die Romam ingreditur, direptisque omnibus vrbis diuitiis, et cunctis eius ornamentis ſpectatu dignioribus in naues impoſitis, in quibus etiam fuit copioſa Eccleſiae ſupellex ex auro ſolido et gemmis conflata, et Hebraica vaſa a Veſpaſiani filio Tito poſt Hieroſolymorum excidium Romam allata, et inſuper Eudoxia imperatrice, eiusque filiabus vna ſecum abductis, in Africam nauibus remeat: ibi demum Eudociam Honoricho filio ſuo maiori*

10. PROCOPIVS de B. V. L. I. c. 4. p. 189. Theophanes p. 93. Anaſtaſius p. 43. Cedrenus T. I. p. 345, 346. Chronicon Paſch. p. 320. Conſtantinus Manaſſes p. 52.

zericum, ne Valentinianum, contra ſuam et imperii dignitatem ab homine impio peremtum, iacere inultum ſinat; ipſamque infandis modis a tyranno habitam vindicet: neque omittit amicitiae et ſocietatis nomine vrgere, religionem incutiens, ſi commiſſum in Auguſti domum tale facinus punire nolit. Nec vero vltorem quemquam expectabat illa Byzantio: vbi iam deceſſerat Theodoſius et imperii gubernacula Marcianus ſuſceperat.

§. 18.

Gizericus, non officio, ſed ſpe diuite inductus, cum claſſe II.
ingenti Italiam petiit, ac Romam ingreſſus, obſtante nemine regiam occupat. Romani fugientem Maximum lapidum ictibus conficiunt, abſciſſumque illius caput et diſſecta membra inter ſe partiuntur. Eudoxia cum Eudocia ac Placidia, quas Valentinianus ex ipſa procreauerat, captiua in Gizerici poteſtatem venit: qui magna auri argentique vi et imperatoria ſupellectili in naues impoſita, Carthaginem vela fecit; cum in aula nec ahenis, nec re demum vlla manum abſtinuiſſet. Iouis quoque Capitolini templum diripuit, ac mediam partem abſtulit tecti, quod ex aere optimo ductum erat, multoque auro illito magnificentiſſimum et ſingulari dignum admiratione videbatur. E nauibus Gizerici vnam, qua ſimulacra vehebantur, periſſe ferunt; cum reliquis Vandali in portum Carthaginis delati ſunt. — a)

§. 19.

coniugio copulat, Placidiam vero cum Olybrium patricium virum habere comperiſſet, vna cum matre Eudoxia ſub cuſtodia tenuit. CEDRENVS: *Maximus-Valentinianum necauit, Eudoxiam ſtuprauit, imperioque potitus eſt.-At Eudoxia grauiter eam ferens iniuriam Gizerichum — Maximus in fuga a ſuis trucidatur: Gizerichus — remeat. Ita ſecundo capta eſt Roma, prius ab Alarico occupata.* [reliqua vt Theophanes.] CHRONICON PASCHALE: *Olymp. 309. a. 3. a. 5. Marciani ind. 8. Valentiniano Aug 8vo et Anthemio coſſ. a. C. 455. Romam ingreſſus eſt Genſericus* [Ζινζιριχος] *Afrorum rex, vxoremque Valentiniani Eudoxiam, et filias illius duas, Placidiam et Ho-*

II. PROCOPIVS de B. V. L. I. c. 5. p. 189. reliqui ll. cc.

a) Reliqua vide infra §. 22. in var. narrat.

Imp. MARCIANO.

§. 19.

a. C. $45\frac{6}{7}$.[c]

12. MARCIANVS Romanorum orientalium imperator, ad Genſerichum[d] poſt Romam ab eo, Auito imperante, dirutam legatos miſit, qui iuberent ab Italiae vaſtitate abſtinere, et[e] vxorem Valentiniani, et eius filias in captiuitatem abductas libertati reſtituere. Sed legati re infecta in orientem reuerſi ſunt, neque quicquam eorum, quae a Marciano imperata fuerant, facere, aut liberare mulieres voluit.

Quamobrem Marcianus iterum litteras ad Gezerichum ſcripſit, per Bledam legatum. Erat autem Bleda epiſcopus haereſeos Gezerichi. Vandali enim Chriſtianorum cultum et religionem amplexi fuerant[f]. Hic vbi ad Gezerichum acceſſit, atque alienum a ſua legatione perſpexit, in verba ſuperbiora erupit. Non bene ceſſurum, licet illi ſecundae res animos facerent, ſi bellum cum Romanorum imperatore contraheret. Sed neque vlla verborum lenitas, quantumuis a legato vſurpata, neque incuſſus timor illum ad vllam animi aequitatem aut moderationem, vt mulieres redderet, pertrahere potuerunt. Bledam enim irrita legatione dimiſit, et rurſus in Siciliam et proxima Italiae loca exercitum immittens, omnem regionem vaſtauit.

§. 20.

noriam b), *ſecum abduxit, quas paulo poſt Leo imp. ex captiuitate redemit. Honoriam vero retinuit Zinzirichus pro filio ſuo Honoricho.* CONSTANTINVS MANASSES: *Maximus* [Valentiniano occiſo] *Eudoxiam ſtuprat, iniuriam hanc aegerrimo ferens animo, ſuos ad Gizerichum* [Γεζεριχον] *Vandalorum* [Οὐανδηλων] *regem mittit, oratum, vt Romam cum copiis inuaderet. Fecit hoc Gezerichus, Romam occupauit, eaque miſerum in modum ſpoliata, imperatricem cum filiabus captiuas abduxit.*

b) Adnotat ad h. l. in Notis ad Chronicon P. p. 578. Du Cange: „Solus Auctor chronici Honoriam vocat, quam alii Eudociam vel Eudoxiam: adeo vt binominem fuiſſe liceat exiſtimare. vide Famil. Byzant. p. 74."

12. PRISCVS in Excerptis de Legatt. p. 73.

c) Sunt anni imperii Auiti, cfr. Theophan. p. 93, 94.

d) Γεζεριχον τον των Βανδηλων ἀρχοντα. omiſit interpres.

e) Τας βασιλειους-γυναικας omiſit interpres.

f) Της γαρ των χριστιανων θρησκειας και τους Βανδηλους ἐιναι συμβαινει.

a. C. 45$^{6}_{7}$.

§. 20.

Auitus quoque, Romanorum occidentalium imperator, ad eum legatos miſit, qui monerent, vt foederum pridem cum illo initorum meminiſſet, et vt ea ſibi obſeruanda ſtatueret; ſin minus, ſe, et domeſtico exercitu, et auxiliariis copiis fretum, bellum apparaturum g).

§. 21.

GEZERICHVS cum non amplius foederibus cum Maioriano pactis ſtare conſtituiſſet, Vandalorum h) et Mauruſiorum multitudinem ad vaſtationem Italiae et Siciliae immiſit. Marcellinus enim iam ante inſula ceſſerat, propterea quod maiorem exercitus ſui partem ei Richimerus abduxerat, et militibus eius pecunias largiri, (erant autem fere omnes *Scythae*) quo illis perſuaderet a Marcellino deficere, in animo habebat. Itaque Marcellinus Sicilia exceſſerat, veritus tum inſidias, tum ne, ſi cum Richimero certandum illi foret, ſaluis ſibi inſulae opibus, minime ſe recipere poſſet i). Miſſa eſt igitur ad Gezerichum legatio; tum a Richimero, ne foedera violaret; tum ab eo, qui apud Romanos in oriente rerum potiebatur, vt ab Italia et Sicilia abſtineret, et regias mulieres redderet. 13.

§. 22.

β) Gezerichus vero multis ad eum ex diuerſis partibus k) legatis miſſis, non ante mulieres liberauit, quam maiorem natu ſoro-

β) PROCOPIVS: *Eudóciam Gizericus matrimonio iunxit — alteram Valentiniani filiam Olybrio ſenatorum Romae ſpectatiſſimo nuptam,*

g) ἐπεμπε δε και [παρα redundare videtur] τὸν Ρεκιμερ ἐς την Σικελιαν συν ςρατῳ omiſit interpres.

13. Id p. 74.

h) Βανδιλων.

i) Μαρκελλινȣ ἤδη προτερον της νησȣ ἀναχωρησαντος, δια το Ρεκιμερα παρελεσθαι αυτον της δυναμεως ἐθελησαντα, τȣς παρεπομενȣς αὐτῳ Σκυθας, ἦσαν δε ἐν πλειςοις ἀνδρασι, παραπειθειν χρημασιν, ὡςε ἐκεινον μεν ἀπολιπειν, ἀφικεσθαι [δε παρ' αὐτον.] ἐυλαβηθεντα [lege ἐυλαβηθεις δε] την ἐπιβȣλην, ὀυ γαρ ἀντιφιλοτιμεισθαι τῳ Ρεκιμερος ἐδυνατο πλȣτῳ, της Σικελιας ὑπονοςησαι [leg. ὑπενοςησε]

k) Κατα διαφορους — χρονων.

Imp. MARCIANO.

a. C. 45$\frac{6}{7}$.

ſororum Valentiniani, Eudociam nomine, Honoricho filio deſponderet. Tunc enim Eudoxiam, Theodoſii ſororem, remiſit cum Placidia, altera eius ſorore l), quam duxit Olibrius. Neque eo ſecius Italiam et Siciliam Gezerichus vaſtare deſtitit, ſed multo magis poſt mortem Maioriani, cum Olibrium ad imperium occidentis prouehere propter affinitatem ex nuptiis cogitaret.

Imp. LEONE I.

§. 23.

Imp. LEONE I.

a. C. 457-461. m)

14. γ) MAIORIANUS etiam in Libyam trecentis fere nauibus ſibi coactis, cum magno exercitu penetrare cogitauit. Sed Vandalorum

Byzantium cum matre Eudoxia imperatoris poſtulatu miſit. Tunc penes Leonem erat imperium orientis, factione Aſparis ipſi traditum poſt obitum Marciani. THEOPHANES: *Hoc eodem* [Septimo imperii Marciani] *anno Eudoxia Theodoſii imp. filia, Valentiniani vero tertii coniux, cum Placidia, filiarum altera, Olibrii vxore, ex Africa remeauit: Eudocia ſiquidem Honoricho Gizerichi filio matrimonio iuncta non rediit.*

γ) THEOPHANES: *Maiorinus deuaſtatis a Gizericho vrbibus conſpectis, in Lianem irruit, et occupata Liguria, Vandalis ſe formidabilem praebuit: iamque victoriis coronandus, interea dyſenteriae morbo correptus, diem vltimum obiit. Dux vero belli, facto diſceſſu, fretoque traiecto, Patmum* n) *ſe recepit. Por-*

β) Procopius de B. V. L. I. c. 5. p. 189. Theophanes p. 94. Haec iis, quae §. 18. habes, ſubiungit Procopius, quae ſequuntur, vid. §. 29.

l) Omnia hic miſcet interpres, Graeca ſic habent: Πριν ἢ την πρεσβυτεραν των Βαλεντινιανȣ θυγατερων — κατενεγγυησε — την Θεοδοσιȣ θυγατερα — συν Πλακιδιᾳ τῃ ἑτερᾳ αὐτης θυγατρι &c.

14. PRISCVS p. 42. Theophanes p. 102. Anaſtaſius p. 45.

m) Anni imperii Maioriani. Alieno loco, ſub a. 15. imperii Leonis haec narrat Theophanes, at ipſe p. 97. ſexto iam Leonis anno Maiorianum obiiſſe docet, vide et Goarem in Notis ad Theophanem p. 577.

n) Goar l. c. „Ita, ait, codices cuncti: quibus licet aduerſis lege πορθμον vice πατμον. vt ſit ſenſus, ducem exercitus ſub Maioriano, eo mortuo, fretum Gaditanum traieciſſe, et exercitum in Africam transmiſſum in Hiſpaniam reuocaſſe. Quis enim alius huius loci ſenſus, niſi forte de Liguria loquuto non πατμον, ſed παδον Padum fluuium ſcribere propoſitum fuerit Authori.„

dalorum dux prius legatos miſit, qui illum, ſi quae eſſent inter eos controverſa, amice tranſigere paratum eſſe dicerent. Quod vbi obtinere non potuit, Mauruſiorum terram, in quam ex Iberia Maioriani nauales copiae appulſurae erant, omnem igni ferroque vaſtauit, et quacumque ratione potuit, afflixit et aquas infecit.

§. 24.

Maiorinvs—Romanis imperatoribus, quotquot vnquam fuerunt, antecellens virtute, cuius numeros omnes continebat, Africae cladem non remiſſo animo tulit; ſed in Liguria florentiſſimum exercitum aduerſus Vandalos conflauit, vtque vir erat ad labores quosuis et diſcrimina belli impiger, eum ipſe conſtituit in hoſtes ducere. 15.

§. 25.

Ratus autem operae pretium eſſe, prius explorare et Vandalorum vires et ingenium Gizerici; item quam bene vel male animati in eos eſſent tum Mauri, tum Afri; hanc prouinciam ſibi ſumpſit. Itaque legati Caeſarei induta perſona cum ficititio quodam nomine, iter intendit ad Gizericum, ac veritus, ne, ſi forte agnoſceretur, infortunio multaretur aliquo, et incepta turbaret; artem huiusmodi excogitauit. Quoniam fama nota caeſaries eius vbique erat, quippe adeo flaua, vt ſpeciem auri mundiſſimi redderet, pigmentum quoddam, hos in vſus inuentum, capillis tam

ro [Haec etiam Anaſtaſius] *dum Gizerichi familiares et exercitus in his detinentur, iunior Eudocia Theodoſii neptis, annis iam ſexdecim cum Honoricho coniuge in Africa exactis, et puero Ildericho* [*Gilderico* Anaſt.] *ex eius amplexibus ſuſcepto, virum ceu Arianum auerſata, occaſione ſeſe vltro offerente, fugam arripit, et Hieroſolyma dirigit iter: tum venerandis locis* [breuius haec Anaſtaſius] *Chriſtiano ritu adoratis, ſalutato etiam auiae ſepulchro, cum paucos dies in ſancta vrbe moram feciſſet, bonis ſuis omnibus ſanctae Reſurrectionis aedi teſtamento relictis, Curco inſuper, cuius opera et auxiliis, velut ſibi fidiſſimi, dum Honorichum coniugem fugeret, vſa fuerat, cum liberis archiepiſcopo Hieroſolymorum commendato, in pace animam efflauit.*

15. Procopivs de B. V. L. I. c. 7. p. 194.

Imp. LEONE I.

a. C. 457—461.

ſcite illeuit, vt ex tempore eos plane fuſcauerit. Vbi ipſum Gizericus accepit, cum alia, tum hoc etiam egit, quo tacite ei metum offerret. Per ſpeciem amicitiae deduxit in armamentarium, vbi arma cuiusque modi et plurima et egregia diſpoſita erant. Hic illa ſpontaneo impulſu colliſa non mediocrem ſtrepitum edidiſſe ferunt. Ac tum quidem tremuiſſe terram Gizericus putauit: egreſſus vero, deque terrae motu ſcitatus, eum omnes cum factum negarent, obſtupuit, ignarus, quem caſum illud portentum ferret.

§. 26.

Ergo Maiorinus propoſitum executus, in Liguriam reuertitur; inde terreſtri itinere copias ducens, ad Columnas Herculeas contendit, fretum, quod illas interfluit, traiicere, et recta Carthaginem petere in animo habens. Poſtquam haec geri Gizericus, ſeque a Maiorino in legatione circumſcriptum cognouit, graui metu correptus, quae ad bellum opus erant expediit. Romanis perſpecta Maiorini virtus iam ſpem optimam fecerat, fore, vt Africam imperio recuperaret; verum dyſenteria, ac ſubinde morte interceptus eſt, vir ſubditis commodus, hoſtibus formidabilis.

§. 27.

a. C. 464?

16. ROMANIS occidentalibus in ſuſpicionem venit Marcellinus o), ne, ſi copiis augeretur, in eos bellum transferret. Erant enim tunc temporis Romanorum res variis modis afflictae et perturbatae, hinc Vandalis, illinc Nigidio p) imminente.— q)

Haec in cauſa fuerunt, vt Romani Heſperii legatos ad Orientales mitterent, vt ſe a Marcellino et Vandalis liberarent. Et ad Marcellinum quidem Phylarchus miſſus, ei perſuaſit, ne in Romanos

16. PRISCVS p. 42.

o) De hoc in ſelectis ad Illuſtrationem Chronici Paſch. p. 450. *Olybrio coſ. a. C. 464. Aduerſum Vandalos grandis exercitus cum Marcellino duce dirigitur.*

p) „ Scribendum eſt (ait Henr. Valeſius Nott. p. 20?.) Αιγιδιϛ, vt iamdudum alii monuerunt. De quo vide libros rerum Francicarum Hadr. Valeſii.„

q) Reliqua vide in *Gothicis* §. 55.

Imp. LEONE I.

a. C. 464.

nos mouerct arma. δ) Hinc ad Vandalos deflectens, nihil quicquam profecit, et rediit. Gizerichus enim non ante bellum poſiturum minatus eſt, niſi ſibi Valentiniani et Aetii bona traderentur. Etenim ab Orientalibus partem bonorum Valentiniani obtinuerat, Honoriae nomine, quae Honoricho eius filio nupſerat. Atque hanc belli renouandi occaſionem ſingulis annis vſurpabat.

§. 28.

Itaque ſimul atque ver appetiit, infeſto exercitu Siciliam et Italias inuaſit. et vrbes quidem Italorum praeſidiis firmatas non facile oppugnauit, ſed oppida militibus, qui reſiſterent, deſtituta circumueniens euertit, et diripuit. Nec enim ad omnia, quae Vandalorum incurſioni patebant, tuenda ſufficere poterant, propterea quod hoſtium multitudine opprimebantur. Denique copiis naualibus carebant, quas cum a Romanis orientalibus petiiſſent, non impetrarunt, quia foedus cum Gizerico r) fecerant.

§. 29.

a. C. 457-468.

DEHINC placuit Gizerico vrbium Africae, praeterquam Carthaginis, muros diruere, vt nec Afri, ſtudioſi Romanae partis, e 17.

 muni-

δ) PRISCVS: *Sub Leone, Rom. imperatore, legatus pro Italis ad Vandalos profectus eſt Tatianus, in patriciorum numerum conſcriptus. — Et Tatianus quidem a Vandalis intra breue tempus, re infecta, reuerſus iſt.* Idem: *Leo imperator Genſericum barbararum gentium ducem* [ϛελλει προς τον Γεζεριζον φυλαρχον.] *per nuntium de Anthemii imperio certiorem fecit, eique bellum indixit, niſi Italias, et Reginas liberas dimitteret. Rediit autem nuntius et retulit, nolle ipſum denuntiationi parere, imo eo magis bellum apparare, quod iuuenes Romani foedera transgreſſi eſſent* [ὡς ὑπο των νεων Ρωμαιων παρασπονδευομενον].

δ) Id. p. 43. 74. 76.

r) Γεζερικον h. l. ſcribitur.

17. PROCOPIVS de B. V. L. I. c. 5. p. 189. Haec iis quae ad §. 22. adtuli ſubdit Procopius.

immunito loco erumpere, nouaque moliri poſſent, nec iis, quos imperator mitteret, reliqua ſpes vlla eſſet, obtinendae vrbis cuiusquam, et impoſito praeſidio Vandalos infeſtandi. Sapienter tum ille quidem decernere, ac ſecundam fortunam optime Vandalis aſſerere viſus eſt: at poſtea cum Beliſarius nuda moenibus oppida facilius atque expeditius caperet, multum ſane tum riſum debuit Gizericus et prudens viſum olim conſilium, amens tandem habitum eſt; ſic ferente hominum more, vt conceptae de conſiliis quondam initis opiniones pariter cum euentis mutentur.

§. 30.

28. Si qui inter Afros nobilitate et opibus florebant, eos ipſorumque latifundia ac rem omnem familiarem cum onere ſeruitutis addixit filiis ſuis *Honorico* atque *Genzoni:* quorum frater natu minimus *Theodorus* iam ante obierat, nulla nec virili, nec ſequioris ſexus relicta prole. Agros caeteris ademit Afris, plurimos ſane et optimos, ac Vandalis diuiſit; vnde *Vandalorum ſortes* etiamnum vocantur. Redactis ad ſummam inopiam veteribus praediorum dominis, retenta libertate, integrum erat, quo luberet concedere.

§. 31.

Quoscunque Gizericus fundos filiis ſuis ac Vandalis aſſignauerat, immunes omnino omnes eſſe iuſſit: quidquid ſoli non adeo frugibus commodum iudicauit, id priſtinis poſſeſſoribus reliquit, tantis vectigalibus obrutum, vt ſua quamuis praedia obtinerent, inde tamen ad eos nihil rediret. Complures exilio, non pauci morte multabantur, multis grauibusque criminibus accerſiti: quorum maximum ducebatur, ſi quis ſuas pecunias abdidiſſet. Sic Afros omnia calamitatum genera circumuenerant.

§. 32.

Contributis in cohortes Vandalis et *Alanis*, duces Gizericus non minus LXXX. praefecit, quos Chiliarchos ſeu mille virum tribunos ideo nominauit, vt habere ſub ſignis LXXX. bellatorum millia crederetur. Ac ſuperiori quidem tempore Vandali atque Alani non

28. Id. ibid. p. 190.

non excedere dicebantur L. millia: deinde tamen, qua liberorum procreatione, qua ſocietatis coitione cum aliis barbaris, eorum numerus maxime creuit. Porro in vnum Vandalorum nomen Alani caeterique barbari ſua vocabula confuderunt, exceptis Mauris, quorum adeptus obſequia Gizericus a morte Valentiniani, in Siciliam atque Italiam quotannis vere nouo ſe inuehebat.

§. 33.

Ibi vrbibus partim miſſis in ſeruitutem, partim ſolo aequatis, cum et omnia rapuiſſet, ac regiones non modo pecuniis exhauſiſſet, verum etiam incolis; in ditionem imperatoris orientis irrupit. Illyricum, Peloponneſi item et Graeciae partem maximam, necnon adiacentes inſulas populatus, in Siciliam denuo atque Italiam exſcenſu facto, omnes in orbem oras incurſans, agebat omnia ferebatque. Aliquando in portu Carthaginis cum nauem conſcendiſſet, ac vela iam panderentur, quarenti gubernatori, quam ad gentem iuberet curſum intendere; reſpondiſſe memorant: Ad eam, cui Deus iratus eſt. Ita nulla ex cauſa in quoscunque ſors ferret, inuadebat.

CAPVT V.

Bellum Vandalis a Leone I. illatum, et reliqua Gizerici geſta vsque ad eius obitum.

ab a. C. 468—478.

§. 34.

a. C. 468.

a. 12. Leonis I.

a) HORVM poenas facinorum a Vandalis recipere cum vellet imperator Leo, exercitum in eos conſcripſit, ad centum, vt 19.

a) THEOPHANES: *Hoc anno* [vid. marg.] *Leo imp. ingentem claſſem et valide inſtructam exercitum aduerſus Gizerichum, qui Afri-*

19. PROCOP. de B. V. L. I. c. 6. T. I. p. 349. 350. Conſtantinus Manaſſes p. 59. 60. Zonaras T. II. p. 50.
p. 191. Theophanes p. 99. Cedrenus

Imp. LEONE I.

a. C. 468.

a. 12. Leonis. vt tradunt, virorum millia, collectaque ex omnibus orientis maribus claſſe, militibus ac nautis munificentiam ſingularem exhibuit, veritus, ne quid obicis ſibi, caſtigare barbaros peroptanti, e parſimoniae ſordibus naſceretur. Centenaria MCCC. ſiue auri pondo CXXX. millia impendiſſe fertur; ſed ſine vllo operae pretio. Nimirum quia Deo fixum erat claſſe iſta Vandalos non exſcindere, factum eſt, vt Leo bellum dederit Baſiliſco, vxoris ſuae fratri, incerdibiliter affectanti imperium. [Huius amicum] Aſparem perhibent tunc temporis, veritum ne clades Vandalica Leoni imperium firmiſſime ſtabiliret, Baſiliſco Vandalos ac Gizericum enixius commendaſſe.

§. 35.

Anthemium ſenatorem, diuitiis et ſplendore generis inclytum, vt arma aduerſus Vandalos coniuncte moueret, iam Leo praemiſerat in occidentem, cuius etiam imperatorem ipſum creauerat, praeterito Olybrio, cui Gizericus, vtpote Placidiae, Valentiniani filiae, marito et propter affinitatem amico, imperium petiuerat maximopere. Repulſa irritatus, ditionem omnem imperatoris vaſtauit. [Marcellianum quoque, olim Aetii amicum et poſt eius obitum Dalmatia

20. potitum] Leo blanditiis conciliatum perpulit, vt Sardiniam, tum ſubditam Vandalis, aggrederetur. Is, haud aegre exactis Vandalis, inſula potitus eſt. Tum quoque miſſus Byzantio Heraclius, ad Tripolin Africae fuſis acie Vandalis, vrbes facile cepit, atque ibi relictis nauibus, copias terreſtri itinere Carthaginem verſus duxit. Ita ſe habebant belli praeludia.

§. 36.

Baſiliſcus vero vniuerſam claſſem ad oppidulum appulit, ſtadiis non minus 280. Carthagine diſſitum; cui ex vetuſto fano Mercurii

cam obtinebat, emiſit. Gizerichus quippe defuncto Marciano multa mala intulit in prouincias Romanae ditioni ſubiectas, praedis abactis, plerisque in captiuitatem miſſis, et euerſis paſſim ciuitatibus. Quibus excandeſcens imperator naues ex toto oriente centies mille [ἑκατον χιλιαδας. f. ἑκατον και χιλιους.]

20. PROCOP. de B. V. L. I. c. 6. p. 192. reliqui ll. cc.

-carii nomen. Ac ſi tempus non duxiſſet, compoſito ceſſans; ſed recta Carthaginem perrexiſſet, ipſam primo cepiſſet aditu, et Vandalos ſubegiſſet, quorum animi ad vim minime ſpectabant: adeo Gizericum Leo terruerat, viſus illi imperator inuictus, ex quo nuntius de Sardinia et Tripoli receptis venerat, et apparuerat eam eſſe Baſiliſci claſſem, cui parem nullam habuiſſe vnquam Romani dicerentur. At ſucceſſum impediit ducis cunctatio, quam vel ignauia vel proditio peperit.

§. 37.

contraxit, ipſasque militibus et armis plene munitas [πληρωσας] *aduerſus Gizerichum deſtinauit. In eam claſſem mille et trecenta auri centenaria expendiſſe narrant. Itaque ducem ac praefectum inſtituit Baſiliſcum Verinae Auguſtae fratrem, conſulis munere iam perfunctum, et frequentibus in Scythas per Thraciam victoriis clarum. Is confluente in auxilium ex occiduo mari nauium non poenitenda manu, cum Gizerichi claſſe frequentiores conflictus exercuit, plerasque naues in profundum demerſit, et ipſam tandem Carthaginem potentia ſuperauit* [ειτα και αυτην ηδυνηθη Καρχηδονα κρατησαι]. *Demum donorum illecebris et vi pecuniarum ineſcatus, priorem impetum remiſit, et ſpontaneus denique, prouti Hiſtoriae Thrax Perſicus* [forte, Priſcus Thrax.] *commiſit, profligatur.* [Vt vero referunt alii, Aſpar et Ardaburius, ſpem ſibi a Leone priuato adhuc factam vanam fuiſſe videntes,] *Baſiliſco imperium ſe pollicebantur tradere, ſi modo claſſem cum toto exercitu Gizericho, qui vna cum ipſis Arianas opiniones ſequebatur, proderet: qua de cauſa Baſiliſcum ad exercitum prodendum inclinaſſe dicunt. Tum Gizerichus dolos meditatus, naues hoſtilibus ſimiles materia ad ignem facili repleuit, remque noctu molitus, dum Romani dormirent incuſtoditi, ipſas e terra vento exinde aſpirante, in Romanam claſſem emiſit, adeo vt multa quidem nauigia igne conſumpta defecerint; alia vero periculo ſubducta in Siciliam reuerterentur: atque ita demum Baſiliſci dolus, cum ne vllum amplius in toto exercitu lateret, manifeſte deprehenſus.* CEDRENVS: *Duodecimo anno* [Leo] *contra Gizerichum, qui Africam obtinebat, et ab exitu Marciani Romanos maiorem in modum depraedatus erat, magnam claſſem emiſit, collectis* cıɔcxııı. *nauibus, viris in ſingulas* c. *in eam impenſa ſunt aurei ſex centies quinquagies mille* [ϛ′ϛ′ζ′ε′] *argentei nummi ſeptingenties mille* [ϛ′ϛ′ο′]

a. C. 468.

§. 37.

Gizericus, opportunitate, quam oſcitatio Baſiliſci praebebat, apposite vtens, hoc egit. Cum ſubditos, quoad eius facere poterat, omnes armaſſet, illis maiores naues impleuit; vacuas ac celeres cymbas praeſio iuſſit eſſe: tum per caduceatores Baſiliſcum rogauit, vt proelium in diem ab illo quintum reiiceret: hoc interim-

demptis quae ex aerario ſumpta, et a Roma ſuppeditata ſunt. Ea tamen tanta claſſis, re infectâ, ne ſemiſſe quidem militum ſuperſtite, rediit, ductoris ob imprudentiam.* CONSTANTINVS MANASSES: *Quum-Leo imperator maximos theſauros nactus eſſet, bellum Africanis indixit, tantumque non infinitam claſſem aduerſus eos et Gizerichum regem miſit: praefecto copiis imperatore Baſiliſco, Verinae coniugis fratre. Haec claſſis etiam longiſſime diſſitis terrori fuit, quippe quae nauigiis ipſum mare cooperiret, arctumque redderet. Et continebat ſagittarios, cetratos, claſſiarios milites, pedites arenam multitudine ſuperantes, audacia belluas. Verum enimuero violentiſſima vis auri eſt. - Huius ope Gizerichus Libyae rex vtens, tantam claſſem demergere ac abolere potuit. Quippe multo Baſiliſcus auro corruptus, primus (vti conuenerat) fugam arripuit: vnde factum, vt res Romana ſubuerteretur.* — ZONARAS: [Baſiliſcus] *cum magna claſſe contra Genzerichum* [Γιζεριχȣ] *in Africam profectus, turpiſſme victus eſt, ſiue ex temeritate atque inſcitia rei bellicae, ſiue per proditionem, accepta ab hoſte maxima pecunia. Fertur enim commiſſo proelio, naue praetoria conuerſa paulatim fugiſſe, itaque animis hoſtium auctis, ſuorum imminutis, cum paucis turpiter rediiſſe domum, caeteris nauali pugna interfectis.* Quae ſupra §. 35. de Heraclio contra Vandalos miſſo ex Procopio attuli, ſub a. 14. Leonis ita narrat THEOPHANES: *Hoc anno Leo imp. Heraclium Edeſſenum, Flori exconſulis filium, et Marſum Iſaurum, viros armis ſtrenuos, cum exercitibus ex Aegypto, Thebaïde et eremo collectis, aduerſus Gizerichum miſit. Iſti ex improuiſo Vandalos aggreſſi, Tripolim, et alias Libyae ciuitates plurimas receperunt, et grauius multo, quam antehac nauali proelio Baſiliſcus, Gizerichi vires attriuerunt; adeo vt de pace cum imp. Leone ſancienda legationem mittere pararet, eamque demum ab Leone obtinuit, cum nimirum Baſiliſci, Heraclii et Marſi opera ad ſtruendas Aſpari inſidias indigeret.*

rim ſpatio re deliberata, ſe confecturum promiſit, quae maxime e ſententia forent imperatoris. Fertur etiam grandem auri ſummam miſiſſe, inſciente exercitu Baſiliſci, itaque has inducias emiſſe. Quae quidem praeſtitit ea ſpe inductus, fore, vt, quod et contigit, ſecundus ventus hoc temporis interuallo oriretur. Baſiliſcus, ſiue, vti receperat, Aſpari gratificaretur, ſiue tempus rei bene gerendae pecunia venderet, ſiue vt ſatius id ſibi eſſe exiſtimaret, poſtulatis annuit, ſeque continuit in caſtris, commodum hoſti tempus opperiens.

§. 38.

Vandali, ſimul ventus ſurrexit, quem auide expectando nondum ſe loco mouerant, ſtatim vela attollere, et nauigia vacua, quae, vt ſupra monui, habebant in expedito, trahentes, ad hoſtem contendere. Prouecti propius, ignem ſcaphis remulco actis iniiciunt, veliſque ſinuatis, eas in caſtra naualia Romanorum dimittunt: vbi quoniam denſae rates erant, quocunque ſcaphae illae inciderent, flammam facile communicabant, et cum iis pariter, 21. quibus erant permiſtae, protinus corrumpebantur. Ita graſſante incendio, Romana claſſis tumultu, vt res ferebat, miſceri, et confremere clamore inſano; qui vento murmuranti ac crepitantibus flammis reſpondebat: ſcilicet hortatibus mutuis accendebant ſe milites et nautae inter ſe confuſi, et cum ſcaphas incendiarias, tum ſuas etiam naues, quae in ſumma perturbatione ſibi inuicem erant exitio, contis trudebant. Iam etiam ingruere Vandali, tela mittere, merſare vndis, et cum armis fugientem Romanum militem ſpoliare. Quanquam inter Romanos non defuere, qui ſe in hoc proelio viros animoſos praeſtiterint. Primas tulit Ioannes, Baſiliſci legatus, proditionis illius minime conſors. ſiquidem magno hoſtium numero circumuadente eius nauim, ipſe in orbem diſcurſans, multos e foris cecidit, vtque illam teneri vidit, cum armis omnibus praecipitem ſe in aequor egit e tabulatis. Precibus quidem talem virum Genzo Gizerici filius reuocabat, dans ipſi fidem ac ſalutem offerens: nihilo is minus ſe in profundum demerſit, hoc vnum effatus, nunquam venturum Ioannem in manus canum. Hic illius belli exitus fuit.

 §. 39.

21. Id. ibid. p. 193.

Imp. LEONE I.

§. 39.

a. C. $47\frac{2}{3}$.

22. ANNO XVI. et XVII. [imperii Leonis I.] bellum contra Gizerichum varia fortuna geſtum eſt.

§. 40.

a. C. 473.

23. [THEVDERICHVS Triarii filius, Gothorum princeps, pace cum Leone facta, inter alia promiſit] contra quemcunque voluerit imperator, exceptis Vandalis, a parte imperatoris pugnare.

§. 41.

Imp. ZENONE.

Imp. ZENONE.

a. C. 474-478.[b]

24. CVM multi vndique tumultus exorti eſſent, Zenoni, homini admodum ignauo et imbelli, venit in mentem ad Vandalum legationem Carthaginem mittere, et Seuerum ex ſenatu legatum deligit, virum qui modeſtia et temperantia et iuſtitia praeſtare exiſtimabatur: itaque, quo dignationem legationi adderet, et eam auguſtiorem redderet, patricium creauit. Et ille quidem nauigauit. Sed Vandalus, vbi didicit, legationem ad ſe venire, praeoccupauit cum claſſe traiicere, et Nicopolim[c] cepit.

§. 42.

Seuerus autem legatus, ſoluens a Sicilia Carthaginem venit, et magnopere queſtus eſt cum Vandalo, quod claſſe tranſmiſiſſet. Ille vero dixit, ſe haec vt hoſtem feciſſe. Nunc, cum de pace ad eum legatus miſſus ſit, ſermonem excipere[d]. Seueri autem vitam

22. CEDRENVS T. I. p. 350.

23. MALCH. in Excerptis de Legatt. p. 93. vid. *Gothica*, §. 80. 82.

24. id. p. 87.

b) ſunt anni ab initio imperii Zenonis vsque ad Gizerichi obitum coll. §. 11. var. narrat, et §. 44.

c) Nicopolin Epiri.

d) ὡς πολεμιος πραξειν [f. -ξαι.] τον [f. τους] δε περι της ειρηνης ἐπειδη πρεσβευοιτο, νυν ἐφη λογους προσδεχεσθαι.

vitam frugi et modeſtam admiratus, eius conſuetudine et colloquio delectabatur, quippe qui eius iuſtitiae quotidie periculum faceret, ex quo omnia exequi, quae proponebat, paratus erat. Maxime illi viſus eſt iuſtus eſſe, in eo quod, cum ei barbarus pecunias largiretur et munera legato digna daturus eſſet, omnia reiecit: dicens, nullum donum viro legato dignius et conuenientius, quam captiuos in libertatem vindicare. At barbarus homine macte iſta pia cogitatione eſſe iuſſo et collaudato, omnes, inquit, captiuos, qui mihi et filiis meis ſorte obtigerunt, tuae poteſtati permitto; reliquos vero, inter exercitum ſorte diuiſos, per me tibi licet, vt lubet, ab his, qui eos poſſident, ſi modo conſenſerint, redimere: nec enim poſſem eos, quorum dominio ceſſerunt, ad id inuitos cogere. Itaque Seuerus eos, quos Vandalus poſſidebat, ſine pretio in libertatem reſtituit, et quascumque habebat pecunias, et veſtes, et vtenſilia, ea publice per praeconem vaenum expoſuit, et captiuos, quoscumque potuit, redemit.

§. 43.

Tvnc vero Gizericus, qua dolo circumuentis, qua vi depulſis, vt ante dictum, hoſtibus, nihilominus, quin etiam importunius, per oras Rom. ferebat omnia ac rapiebat: donec Zeno Aug. cum eo transegit, et perpetuam compoſuit pacem; cautum enim diſerte fuit, ne vnquam Vandali in Romanos hoſtile quidquam patrarent, neque ab his viciſſim illi paterentur. Atque haec pacta conuenta cum Zeno ipſe ſeruauit, tum eius ſucceſſor Anaſtaſius: nec Iuſtinus diſſoluit: cuius ex ſorore nepos Iuſtinianus ad imperii clauum ſucceſſit. Hoc principe, bellum Vandalicum ita commiſſum eſt, vt in temporum inferiorum hiſtoria deſcribetur. 25. 26.

25. Procopivs de B. V. L. I. c. 7. p. 195. Poſt longam digreſſionem de Aſparis et Ardaburii, Anthemii et Olybrii caede, Leonis vtriusque obitu, Maioriani apparatu contra Vandalos [haec quidem vid. ſupra §. 24-26.] Glycerio et Auguſtulo, Baſiliſco tyranno &c. ad res Vandalorum reuertitur Procopius.

26. Id. ibid. p. 196.

Imp. ZENONE.

§. 44.

a. C. 478. e)

α) Haud diu ſuperſtes Gizericus, grandaeuus deceſſit, condito teſtamento; quo, praeter alia multa, illud Vandalis mandauit, vt regnum Vandalicum ei ſemper obueniret, qui per virilem ſtirpem recta ſerie propinquitatis Gizericum ipſum attingens, cognatos ſuos aetate praecurreret. Igitur Gizericus, cum a capta Carthagine annos XXXIX. Vandalis imperaſſet, fato, vt diximus, functus eſt.

CAPVT VI.

Res Vandalorum

Sub

eorum regibus Honorico, Gundamundo, Traſamundo et Ilderico;

ab a. C. 478—527.

§. 45.

a. C. 478-486. a)

REGNVM Gizericus filiorum natu maximo HONORICO reliquit, Genzone iam mortuo. b)

Legati

α) THEOPHANES p. 159. *Gogdari autem* [vid. §. 6. var. narrat.] *ſublato, Vandalorum rex Gizerichus declaratur, et Carthagine ciuitate ſub iugum miſſa, Romaque pariter capta, triginta et nouem annis regnauit.*

e) Carthaginem cepit Gizericus a. C. 439. vid. §. 11. var. narrat.

a) Sunt anni imperii Honorici, vid. §. 46. coll. §. 44. et 11.

b) Quae his ſubiungit Procopius vid. §. 46.

a. C. 478-486.

LEGATI a Carthagine Byzantium venerunt, quos Alexander, vxoris Alliarii [c]) procurator ducebat, qui iam olim a Zenone, Placidia conſentiente, eo miſſus fuerat. Dicebant vero legati, Honorichum velle cum imperatore ſine fraude amicitiam contrahere. Quae antea repetebat, de reditibus et pecuniis vxoris ſuae, et Leo acceperat; omnia a mercatoribus per bellum, quod nuper fuerat, rapta et ablata, et in vniuerſum ea, de quibuscunque pater eius Romanis faciebat controuerſiam, remittere et condonare [d]). Firmam et ſtabilem pacem petere; ' neque quicquam ſuſpicionis Romanis deinceps relinquere ſtatuiſſe, ſe non ſincere et ſine fuco fidem ſuam ad ea, quae propoſuit obſeruanda, obſtringere [e]). Multam quoque gratiam habere imperatori, quod Olybrii vxorem honore affecerit. quae quia intellexit, adduci, vt omnia, quae imperator voluerit, facere paratus ſit. 27.

' Neque vero iſta, quae in ſpeciem videbantur dici, quia magnam belli ſuſpicionem dederat, a veriſimilitudine abhorrebant [f]). Etenim a morte Ginzirichi in omnem mollitiem deuenerant, ' neque

27. MALCH. p. 95, 96. qui, cum a p. 94. varia, a. 2. poſt Zenonis in imperium reſtitutionem geſta; narraſſet, pergit, *Eodem quoque anno legati* &c.

c) Valeſius in Nott. ad h. l. „Scribe, inquit, meo periculo ὁ τῆς Ὀλυβρίου γυναικος &c. Haec Placidia *nobiliſſima* dicebatur. Hanc Genſericus rogatu Leonis Aug. — CP. remiſit. [vid. ſupra §. 22.] De Alexandro autem procuratore Placidiae loquitur Victor Vticenſis in lib. 2. e perſecutione Wandalorum, qui anc hiſtoriam valde illuſtrat.

d) Και ἀφιησι παντα ἁ ἐμπροσθεν ἐνεκαλει περι τε των προσοδων, και των ἀλλων χρηματων, ἁ της αὐτου γυναικος προειληφει ὁ Λεων, και ὁσα των ἐμπορων, των ἐκ της Καρχηδονος, ἀρτι καθισαμενου του πολεμου ἐληφθη

e) Και μηδεν εἰναι λοιπον τοις Ῥωμαιοις ὑποπτος τῳ μη οὐχι γνησιως τας σπονδας ἐκπεδωσειν [Valeſ. lege ἐμπεδωσειν] και ὁσα ἠδη συνεκειτο.

f) ἠν δε τουτο προσχημα εὐπρεπει τῳ λογῳ, ἐπει τογε ἀληθες πασαν ἐδεδοικεσαν ὑποψιαν πολεμου. Valeſius: lego; ἠν δε τουτο προσχημα εὐπρεπες, et locum ſic interpretor, *Et haec quidem in ſpeciem dicebantur. Nam reuera omnem belli ſuſpicionem Wandali formidabant.*

Imp. ZENONE.

a. C. 478-486.

que amplius ſollicitudini aut timori Romae erant g), neque exercitus alere continuarant, quos ille ad omnes occaſiones inſtructos habebat, 'vt ſemper celeritate exequendi aliorum conſilia praeuerteret h). Legatos Zeno liberaliter excepit, et honore debito eſt proſecutus, et muneribus pro merito ornatos dimiſit.

§. 46.

28. β) QVAMDIV Vandalis praefuit Honoricus cum nulla gente bellum geſſerat, exceptis Mauris: qui quidem antea Gizerici metu coer-

β) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Eum* [Gizerichum, vid. ad §. 44. allata] *fatis raptum Honorichus filius excepit in regno, mul-*

g) Οὔτε τὴν αὐτὴν Ρωμην [leg. ῥομην] ἐς πραγματα ἐχον, et verte: *neque iisdem ad res gerendas* [bellum] *pollebant viribus.*

h) ὡς θαττον, ἀει πραττειν, ἢ ὡς ἀν ἀλλοις βȣλευσαιντο. Valeſius in notis ad h. l. „ Scribe, ait, ἀλλοι. Senſum horum verborum non eſt aſſecutus interpres, hoc enim ſibi vult Malchus, Genſericum regem claſſem ſemper ad omnes caſus paratam habuiſſe, adeo vt celerius conſilia ſua executioni dare ſolitus eſſet, quam alii conſultare ſolent. „

28. PROCOPIVS de B. V. L. I. c. 8. p. 196. Theophan. p. 159. Anaſtaſ. p. 58, 59. Zonar. T. II. p. 64. Honorichi hiſtoriam ex aliis ita illuſtrat Du Cange in Notis ad Zonaram p. 58, 59. „ Hunnericus, maior Geiſerici filius, Vandalorum et Alanorum rex, Ariano pariter ſuſcitatus furore, Catholicos per totam Africam atrocior patre perſecutus eſt. Nec in eos ſolos ſaeuitiam exercuit, ſed etiam in propinquos: nam deſiderans poſt obitum ſuum (verba ſunt Victoris Vitenſis) quod non contigit, regnum ſuum ſtatuere, Theodericum fratrem, filiosque eius, Gentonisque, fratris nihilominus, filios crudeliter coepit inſequi, quorum nullum dimitteret, niſi ei mors deſiderii ſui voluntatem auferret. Primo ſciens Theoderici fratris vxorem aſtutam, credo ne forte maritum aut maiorem filium, qui prudens et ſapiens videbatur, conſiliis acrioribus aduerſus tyrannum armaſſet, crimine appoſito eum interfici iubet. Poſt occiditur et ille filius magnis litteris inſtitutus, cui ſecundum conſtitutionem Geiſerici, eo quod maior omnibus eſſet, regnum inter nepotes potiſſimum debebatnr. Et paulo poſt tunc et Gentonis maiorem filium, nomine Godegiſum, cum vxore, absque ſolatio ſeruili aut ancillae, crudeli exilio delegauit. Fratrem vero Theodoricum, poſt occiſionem vxoris & filii, nudum atque deſtitutum ſimiliter exulauit. Poſt cuius mortem filium, qui ſupererat, infantulum, duasque filias eius adultas, impoſitas aſinis longius affligendo proiecit. Sed et comites quampluri-

exercitū nihil mouerant; at ſtatim vt ille exceſſit, detrimenta plurima attulere Vandalis, et ab his rurſus excepere. Chriſtianos Africae tam crudeliter, tamque iniuſte nemo vexauit, quam Honoricus. Cum enim illos ad ſectam Arianam compelleret, quoscunqua parum ad obſequendum promptos deprehenderat, igne aliisque ſuppliciis excruciatos necabat. Multis linguam faucium tenus abſcidit, qui noſtra etiam aetate ſuperſtites Byzantii, explanate loquebantur, nullum capientes ſenſum illius poenae. — Annos demum octo Vandalis dominatus, morbo oppetiit, cum iam Mauri, occupato monte Auraſio, a Vandalis defeciſſent, ſuumque ad arbitrium viuerent. Eſt vero Auraſius in Numidia, et ab vrbe Carthagine

taque deinceps mala Chriſtianis per Libyam intulit, iis in Arianas partes transire coactis, plurimosque tum caedibus, tum linguis ex imo gutture abſciſſis, vexauit. Qui diuina tamen opitulante gratia loquendi facultatem poſtea receperunt. [deſunt reliqua apud Anaſtaſium]. *Mauruſii porro, Vandalorum deſpecta potentia, ſuſceptoque aduerſus eos bello, plurimarum cladium illis extiterunt authores. Honorichus, amiſſa Numidia et Abuſio monte, quorum dominium apud Vandalos nondum adhuc erat* (ἀπολέσας Νεμιδίαν καὶ Αὐράσιον ὄρος, οἳ οὐκ ἔτι ὑπὸ Οὐανδήλους ἐγένοντο) *exactis in regno annis octo, diem extremum obiit.* ZONARAS: *Huic* [Gizericho, vid. §. 11. var. narrat.] *ſucceſſit Honorichus filius, qui cum octo annis, quibus regnauit, orthodoxos plurimis malis, vt Arianiſmum amplecterentur, affeciſſet, Gundamundo filio ſucceſſore, moritur.* [reliqua v. ad §. 47.].

mos et nobiles gentis ſuae obiectionibus falſis inſectans, ob hoc quod germano fauerent, alios incendit, alios iugulauit, imitator. Geiſerici patris, qui ſui fratris vxorem demerſit, et poſt necem fratris filios eius interfecit. Et haec quidem, licet prolixiora, ex Victore depromere libuit, vt Geiſerici familia innoteſceret. Caeterum Hunnericus, cum prius a Zenone pacem per legatos impetraſſet, inter innumerabiles ſuarum impietatum ſtrages, quas in Catholicos exercuit, interioribus cunctis effuſis, vt Arius, pater eius, miſere finiuit vitam octauo regni ſui anno, ſeu, vt habet Iſidorus, ſeptimo, menſe v. vt Victor Vitenſis menſe x. a. C. CDLXXIV. Vxorem viuente patre duxit Eudociam, Valentiniani III. Aug. filiam, ex qua natus Hildericus, qui poſt Traſimundum Vandalis imperauit,,.

Imp. ZENONE.

a. C. 478-486.

thagine dierum itinere fere XIII. diſtat. Mauros illos Vandali nunquam ad obſequium reduxerunt, iniquiſſima accliuitate montis prohibiti, quominus bellum ipſis inferrent.

§. 47.

a. C. 486-497.

29. γ) EXTINCTO Honorico, in manus GVNDAMVNDI, cuius pater Genzo, Gizerici filius, fuerat, ſceptrum Vandalicum deuenit, aetatis iure, quae in Gizerici ſtirpe locum ei principem dabat.

Saepius

η) THEOPHANES: *Gondabunus* [Γουδαβουν] *autem Geeſonis filius, Gizerichi nepos, auitum regnum adiit, et ingentioribus in Chriſtianos exercitis ſuppliciis vita functus eſt poſt annum regni duodecimum. Imperii factus eſt haeres Traſimundus* [Τρισαμουνδος], *vir forma — Hic Chriſtianos impellebat; verum non irrogatis in eos poenis: at eos tantummodo auerſatus, quos dictis non obſequentes comperiſſet. Coniuge — optimum init conſilium: et ad Theuderichum Gotthorum regem in Hiſpaniam miſſa legatione — Malafridam viduam — et bis mille inſuper Gotthos lectiſſimos — Lyſium. — Hic Anaſtaſio — fuit, et regnum annis viginti ſeptem adminiſtrauit.* [reliqua v. ad §. 62.] ZONARAS: *Qui* [Gunthamundus i)] *et ipſe orthodoxis infeſtus XII regni anno moritur. Poſt hunc Traſamundus* k) *Vandalorum dux eſt factus, Arianus et ipſe, qui tamen orthodoxos tantum auerſatus eſt, non etiam ſuppliciis inſectatus. Regnauit annos* XXVII. [reliqua v. ad § 62.]

29. PROCOP. de B. V. L. I. c. 8. p. 197. Theophanes p. 159. Zonaras T. II. p. 64.

i) „ Gunthamundus [verba ſunt Cangii in Nott. in Zonaram p. 59.] Genzonis filius. vt produnt Procopius, Theophanes, Hermannus Contractus et alii, non vero Hunnerici, vt Zonaras, Conradus, Abbas Vſpergenſis et Nicephorus Calliſti, (quibusdam etiam Hunnerici frater,) adepto Vandalorum regno, pacem Eccleſiae reſtituit, catholicis ab exilio reuocatis. Foedere dein cum Romanis facto, Carthagine moritur a. C. CDXCVI. regni XII. vt habent Procopius, Theophanes & Zonaras, non vero XIV. vt alii. „

k) „ Traſamundus [idem Du Cange l. c.] Gunthamundi frater, vt ſcribit Procopius, non vero Hunnerici, vt quidam volunt, Gunthamundo ſucceſſit, fratris et patris perfidiam ſecutus, et Ariana inſania plenus, Catholicos inſectatus, eorum Eccleſias clauſit, et in Sardiniam exilio ex omni Eccleſia Africana CXX. Epiſcopos miſit: in quibus fuit Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus, cuius praeclara extant monumenta. Tan-

a. C. 486 - 497.

Saepius cum Mauris Gundamundus armis decreuit, et Chriſtianos excarnificauit atrocius. Prouecto ad medium anno regni duodecimo, implicitus morbo, e vita diſceſſit.

Impp. ZENONE. ANASTASIO.

§. 48.

a. C. 497-524.

Impp. ANASTASIO. IVSTINO I.

HABENAS rerum capeſſiit TRASAMVNDVS, ipſius frater, vir oris dignitate, prudentia atque animi magnitudine ſingulari. Hic quoque Chriſtianos ad auitam religionem eiurandam impellebat, non eorum, qui praeceſſerant, more, corporum ſcilicet laniena; ſed mandatis honoribus ac magiſtratibus, effuſaque largitione ſollicitabat, minime ſe noſſe ſimulans in propoſito obfirmatos, quicunque eſſent. Si quos magnis criminibus vel voluntate vel caſu obnoxios teneret; his delictorum impunitatem in religionis mutatae praemium proponebat.

§. 49.

Coniuge, nec marem vnquam, nec foeminam enixa, viduatus, vt regnum optime ſtabiliret, miſſa ad Theodoricum Gotthorum regem legatione, ſibi vxorem popoſcit ſororem eius Amalafridam, a recenti viri funere viduam. Sororem ille miſit cum comitatu Gotthorum mille nobilium, qui ſtipatorum munus obirent: hos ſecuta ſunt miniſteria e viris bellicoſis collecta ad quina circiter millia. Vnum item e Siciliae promontoriis (Lilybaeum appellant) ſorori Theodoricus donauit. Quamobrem regum omnium Vandalorum praeſtantiſſimus audiit ac potentiſſimus Traſamundus: Anaſtaſio quoque Auguſto charus in paucis fuit.

§. 50.

Hoc regnante, Vandali clade omnium maxima, quas vnquam pertulerant, a Mauris affecti ſunt. Mauris Tripolim circumcolentibus

dem Carthagine moritur, a. C. DXVII, aera DLV. cum imperaſſet annos XXVII. Huius vxor Amalafrida, Theoderici regis Italiae ſoror, quam, priore vxore extincta, duxit, poſt coniugis mortem fugiens ad barbaros, congreſſione facta, Capſae iuxta Eremum capitur, et in cuſtodia priuata moritur.

Impp. ANASTASIO. IVSTINO I.

a. C. 497-524.

tibus Cabao quidam, vir vſu bellorum exercitus ac ſolertiſſimus, praeerat: qui ſuſceptae contra ſe a Vandalis expeditionis certior factus, ita ſe geſſit. Principio ſubditis edixit, vt non modo omni ſcelere, ſed cibis etiam mollitiem inducentibus, ac praeſertim foeminarum conſuetudine prorſus abſtinerent. Tum duplex molitus vallum, ſibi viriſque omnibus optauit in caſtra alterum; alteri foeminas commiſit, mortem interminatus, ſi quis pedem in hoc ſeptum inferret. Deinde miſſis Carthaginem exploratoribus mandauit, vt ſicubi Vandali, contra Maurorum exercitum venientes, ſacram aliquam Chriſtianorum aedem profanarent, ipſi, re inſpecta,
30. poſt Vandalorum ex eo loco diſceſſum, templo honores impenderent plane contrarios indignitati, qua illi admiſſa abiiſſent. Id etiam ſubieciſſe fertur, ſe quidem notionem Dei, quem Chriſtiani colerent, non habere; ſed, niſi fama de illius potentia mentiretur, qui ipſum contumelioſe laederent, ab eo plecti, qui cultu afficerent, protegi oportere. Vbi Carthaginem peruenerunt exploratores, ibi tamdiu ſubſtiterunt, apparatum Vandalicum inſpectantes, donec viam, quae fert Tripolim, ingreſſo exercitu, hunc ipſi, cultu ſuccincti tenui, ſecuti ſunt. Vandali, vel primis caſtris, cum equos caeteraſque pecudes in Chriſtianorum templis ſtabulaſſent, effuſa ad quiduis audendum licentia, nullum iniuriae foedae genus praetermiſerunt. Captis ſacerdotibus colaphos infringebant, et plagarum grandine tundentes dorſum, quae viliſſimis famulis miniſteria ſolebant iniungere, eadem illis imperabant. Simul autem inde mouerunt, mandata implent Cabaonis ſpeculatores. Confeſtim purgare templa; fimum et quaecumque loci religionem dedecebant, accuratiſſime eradere et exportare, lychnos omnes accendere, ſacerdotes reuerentiſſime adorare, et omni comitate complecti: denique mendicis, haec circum templa ſedentibus, argenteos dilargiti Vandalicum exercitum ſecuti ſunt. In reliqua deinceps via peccabant haec Vandali, et exploratores piabant.

§. 51.

Non longe aberant a Mauris Vandali, cum hos praegreſſi ſpeculatores, quae ab impiis et a ſe circa templa Criſtianorum acta

30. PROCOP. de B. V. L. I. c. 8. p. 198.

Impp. ANASTASIO, IVSTINO I.

a. C. 497-524.

acta varie fuerant, Cabaoni narrarunt, iamque hoſtem in propinquo eſſe dixerunt. Quo ille audito, ita ſe accinxit ad proelium. Facto orbe in campo, vbi vallum praeducere debebat, camelis tranſuerſis caſtra communiuit, acie fronte ita diſpoſita, vt altitudinis eius ordines ſinguli camelis duodenis fere conſtarent. Pueros, foeminas, omnemque imbellem turbam cum pecuniis in medio repoſuit: pugnae idoneos ad illorum pedes animalium, anteriores inter et poſteriores, locauit protectos clypeis.

In hunc modum inſtructa Maurorum acie, Vandali e re nata quid conſilii caperent neſciebant. Nam nec iaculatores nec ſagittarii periti erant, nec didicerant proeliari pedibus; ſed equites erant omnes, et haſtis maxime atque enſibus vtebantur: damno proinde nullo hoſtem eminus afficere poterant, at neque equos admouere, camelorum ſpecie territos. Cumque interea ab hoſtibus, denſa e tuto tela mittentibus, tum equi, tum ſeſſores ipſi facile conficerentur, quippe quia conferti erant; in fugam ſe coniecerunt. Egreſſi Mauri, interfecerunt multos, multos ceperunt: ita vt oppido pauci ex illo exercitu domum redierint. Haec illa eſt clades, quam a Mauris Traſamundus accepit: qui poſteaquam Vandalis annos XXVII. imperauit, diem ſupremum obiit. 31.

§. 52.

a. M. 5977. a. C. 477. a. II. Zenonis m).

a. C. 488-526.

[THEVDERICHVS Odoacrum] et pleroſque alios barbaros deuicit, et armis tantum aduerſis Vandalos non motis, quietem agere et in multis ſubiectos effecit l). Gizericho vero iam vita functo, priusquam ipſe Romam appelleret, vrbe tandem totoque ſimul occidente potitus eſt. 32.

31. Id. ibid. p. 199.

32. THEOPHANES p. 113.

l) μάλιςα καὶ τοὺς Οὐανδήλους ὑπηγάγετο, μηδὲ ὅπλα καθ' αὐτῶν κινῆσαι.

m) Sub hoc anno res pluribus annis geſtas complectitur Theophanes, cfr. *Gothica* §. 119.

Imp. IVSTINO I.

§. 53.

a. C. 524.-527.

33. δ) In regnum ſucceſſit ILDERICVS Honorici filius, ac Gizerici nepos, vir ſubditis affabilis, totus ad manſuetudinem natus, qui nullo vnquam modo Chriſtianos vexauit: at idem valde imbellis, res militares ne auribus quidem admittebat. Quamobrem fratris ipſius filius *Hoamer*, vir bello praeclarus, Vandalorum expeditionibus praeerat, ſic, vt eorum Achilles nominaretur.

§. 54.

Regnante Ilderico Mauri Byzaceni, qui parebant Antallae, proelio fudere Vandalos, hisque ſocietatem et amicitiam renuntiarunt Theodericus et Gotthi, ideo facti hoſtes, quod Amalafrida in cuſtodiis aſſeruaretur, caeſique ad internecionem Gotthi fuiſſent, impacto illis crimine coniurationis in Vandalos et Ildericum. Minime tamen vltum iuit Theodericus, ſuas opes intelligens non ſufficere comparandae ingenti claſſi, qua bellum in Africam portaret.

§. 55.

δ) THEOPHANES: *Eo* [Traſamundo] *deinde mortuo Ilderichus — admittebat. Amergus autem eius conſobrinus* [ἀδελφιδοῦς] — *Achilles nominaretur.* [reliqua ad §. 64. affero.] ZONARAS: *Eoque* [Traſamundo] *defuncto, principatus ad Hilderichum* n) *Gizerichi ex Honoricho filio nepotem recidit. Is neque Chriſtianos aſpere tractauit, et clementem ſe praebuit erga omnes; vir miti ingenio, et ad bella ſuſcipienda cunctantior.* [reliqua vide ad §. 64.]

33. PROCOP. de B. V. L. I. c. 9. p. 199. Theophanes p. 159. Zonaras T. II. p. 64. Glyc. p. 266. Conſt. Man. p. 64.

n) Du Cange ad h. l. „Hildericus, inquit, Gregorio Turonenſi & Paulo Diacono Childericus, Victori Tunnunenſi Hilderix dictus, Hunnerici ex Eudocia filius, Vandalorum regnum poſt Tranſamundum adipiſcitur, qui non patrem haereticum, ſed matris catholicae conſilia ſecutus, cultor rectae fidei enituit, Epiſcopos ab exilio reuocauit, et Eccleſias aperuit. Hunc Gilimer, aſſumpta tyrannide regno priuatum, cum filiis carceri mancipauit, ac in ipſo denique Beliſarii occurſu, prinsquam congreſſus fieret, interfecit. Regnauit annos VII. menſes III. Hilderici filios et nepotes Iuſtinianus, capto Gelimere, agris et opibus ſat amplis donauit.“

Imp. IVSTI-
NO I.

a. C. 524-527.

§. 55.

e) Erat Ildericus arctiſſimo amicitiae vinculo atque hoſpitio iunctus Iuſtiniano, nondum quidem adepto imperium, id tamen ad arbitrium moderanti: quoniam Iuſtinus imperator eius auunculus ſenio

ε) THEOPHANES: *Porro Ildericus amicus fuit Iuſtiniano, cum priuatus adhuc ſub Iuſtino auunculo mereretur, et amicitiae ad inuicem confirmandae miſſis et acceptis muneribus ſeſe frequentius prouocabant. Fuit autem ex Gizerichi genere quidam originem ducens, cui Gelimer nomen, vir nequam et prauis moribus inſtructus, rerum innouandarum ſtudioſus, et facultatibus alienis inhiare ſolitus. Hic aduerſus Ilderichum ſeptennio iam regno potitum, ac proprium ſuum dominum tyrannide excitata, rege capto, et in carcerem cum vxore Malaphrida coniecto, Gotthos omnes interfecit, et Amerem, et fratrem eius Eugeem ſub cuſtodia ſeruauit.* reliqua ad §. 67. adfero. ZONARAS: *Contraxerat autem cum Iuſtiniano priuato adhuc familiaritatem. Caeterum* d) *Gelimer, cognatus eius, homo improbus ille quidem, ſed ſtrenuus et nouarum rerum ſolertiſſimus machinator, regnum inuadit, domino ſuo, et omnibus eius familiaribus in*

d) De Gelimere haec habet l. c. Du Çange. „Gelimer, Hermanno Contracto Geylamer dictus, Geloridis filius, Gentonis, Genſirici filii, nepos, Vandalorum regnum occupat a. C. DXXVI. multos nobilium Africae prouinciae crudeliter perimit, multorumque ſubſtantias tollit. Aduerſus Gelimerem Iuſtinianus nocturna viſione Laeti Epiſcopi, qui ſub Hunnerico martyrium pertulerat, expeditionem ſuſcipit, et Beliſario exercitus ducatum committit, qui ſub exitum a. DXXXIII. Africam ingreſſus, hanc intra III. menſes Romano ſubdidit imperio, hoc eſt a Kal. Sept. ad Kal. Decemb. cum in exercitu V. dundaxat militum millia haberet, Gundimero, Gebamundo, et Tzezone ſeu Zatinone, Gelimeris fratribus, primum ſuperatis et caeſis, mox ipſo Gelimere fugato, et expugnata Carthagine. Inſequenti vero anno Beliſarius Gelimerum tota obſeſſum hyeme in poteſtatem recepit, et CP. traduxit ad Iuſtinianum, IV. eius conſulatu, quo facto ſparſam de ſe in Africa tyrannidis calumniam abſterſit. Tum ingens decus conſecutus eſt, repraeſentata longo interuallo veterum triumphorum ſpecie, quorum ille ritu et apparatu, niſi quod pedes ambulabat, captiuis ante ſe traductis, inque his Gelimero ipſo, cum illud identidem clamaret, Vanitas vanitatum, &c. Poſt triumphum agro in Galatia donatus eſt Gelimerus, neque, quod Arianam eiurare nollet haereſim, Patricius eſt factus. Exhinc receptae inſulae, Sicilia, Baleares, Corſica, Sardinia et aliae„.

ſenio confectus erat, ac reip. tractandae haud peritus omnino. Mutuis etiam pecuniae donis Iuſtinianus et Ildericus liberaliſſime certabant.

§. 56.

Qvidam erat e Gizerici ſtirpe *Gelimer*, *Gelaridis* filius, *Genzonis* nepos, pronepos Gizerici, iam grandis natu, vno praecedente aetate Ilderico; ideoque ad regnum, vt exiſtimabatur, propediem peruenturus. Is quidem aetatis ſuae bellicoſiſſimus habebatur; at idem vafro inprimis ac maligno vir ingenio, mouere noua, et in alienas opes inuolare callebat.

§. 57.

34. Cum autem nimium differri ſibi regnum videret; ſe intra legem ac praeſcriptum tenere non poterat; verum ſibi munia regis

vincula coniectis. Glycas: *Iuſtinianus etiam ante quam regnaret, amore complectebatur Hinderichum* [Ἰνδέριχον] *Vandalorum* [Οὐανδάλων] *regem. Quapropter imperium adeptus, quum litteras accepiſſet, quibus ſignificaretur, Gelimerem aduerſus illum ſeditionem concitaſſe, comprehenſumque cum vxore ac liberis in carcerem concluſiſſe, Vandalis bellum intulit, aduerſus Gelimerem ipſorum regem infinitis hominum copiis cum claſſe miſſis* [στόλον μυριάνδρον]*; quibus praeſtantiſſimum ducem Beliſarium praefecit. Is profectus in Aphricam, Libyam vniuerſam ſubegit, et in ſublime ceruices attollentes Vandalos admodum demiſſos effecit. Nam ipſa quoque Carthaginienſis vrbs ei portas aperuit —: magnis in regia Gelimeris opibus repertis, eas liberaliſſime militibus diſtribuit. Quumque Gelimerem, et vxorem eius et liberos ſuam in poteſtatem redegiſſet; ſexcentis victoriis inſignis ad imperatorem eſt reuerſus. Quo factum, vt imperator eum meritis praemiis honeſtaus, propriis in nummis, tam aureis quam argenteis, virum armatum inſculperet, cum gladio ſtricto. Quin etiam triumphum ei ſplendidum apparauit, in quo Gelimer ante ipſum captiuus incedebat.* Constantinvs Manasses: *Iuſtinianus ſtatim ſub initium imperii bellum aduerſus Vandalos, et regem eorum Gelimerem, longe crudeliſſimum, mouit. Nam quum magno, eoque candido, amore Vandalorum regem Hinderichum* [Ἡνδέριχον] *etiam antea complecteretur, quam imperium nactus fuiſſet* etc. [reliqua fere vt Glycas omnia].

34. Procop. de B. V. L. I. c. 9. II. p. 64. p. 200. Theophan. p. 160. Zonar. T.

gis arrogans, honorem ante diem vſurpabat, et Ilderico facili indulgentique vtens, impotentia animi efferebatur. Tandem Vandalorum fortiſſimis quibusque in ſuas partes pertractis, ſuaſit, vt regnum Vandalicum ſibi traderent, deiecto a gubernaculis Ilderico, tum ob ignauiam et illatam a Mauris cladem, tum quod Iuſtino Aug. Vandalorum opes eo proderet animo, ne ipſe, ex alio gentis regiae ramo editus regnum obtineret, eo ſpectare calumnians miſſam Byzantium legationem. His illi inducti, rem exequuntur.

Ita dominatum occupat Gelimer, et Ildericum VII. annos regno potitum cum Hoamere eiusque fratre *Euages* in cuſtodiam tradit.

CAPVT VII.

Res Vandalorum

Sub

Gelimere rege, vsque ad expeditionem contra Godam, Sardiniae tyrannum, ſuſceptam;

ab a. C. 527—533.

§. 58.

a. C. 527-533. *Imp.* IVSTINIANO I.

a) De his certior factus Iuſtinianus, iam imperator, legatos in Africam ad Gelimerem cum hisce litteris miſit.

„Con-

a) THEOPHANES: *Caeterum noua tyrannide elatus* [Gelimer] *non potuit praeſenti rerum ſtatu contentus diutius viuere. Quamobrem defenſionem pro ſe ad imp. Iuſtinianum ſcripſit, nimirum ad ſe regnum iure pertinere, cum Ilderichus ipſum adminiſtrare minime poſſet. Ea de re certior factus Iuſtinianus, Gelimero reſcripſit, ſe iſtam eius tyrannidem nullatenus probare. At ille,*

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 527-533.

„Contra ius et reuerentiam, quam Gizerici teſtamento debes, in eo peccas, quod ſenem, eumque propinquum tuum, ac, ſi quid Gizerici decreta valent, Vandalorum regem habes in vinculis, et per vim regno ſpolias, cum prope adſit, vt legitime id aſſequaris. Abſiſte iniuria, nec iuſto regis nomine praeopta tyranni appellationem tantulo praeuiam interuallo: ſed viro huic propediem morituro per te liceat regiae dignitatis ſpeciem titulo tenus ſuſtinere: tu partes regis imple, et expecta dum temporis beneficio et Gizerici lege, quod vnum tibi deeſt, rei nomen accipias. Quae ſi feceris, Deum propitium, noſque amicos habebis„. Haec quidem ſignificabat epiſtola: Gelimer vero legatos remiſit, fruſtratus eorum operam. Immo vero Hoamerem luminibus orbauit: Ildericum atque Euageem arctiori cuſtodia ſepſit, peccati inſimulans, quod Byzantium aufugere meditarentur.

§. 59.

His quoque auditis, Iuſtinianus legationem alteram miſit, et litteras in hanc ſententiam ſcriptas.

„Priorem ad te epiſtolam ſcripſimus, id perſuaſum habentes, te nunquam conſilio noſtro aduerſaturum. Nunc, quando libet ita regnum tenere, vt tenes; cape ſis quidquid inde fortuna tibi dederit. Ad nos tantum Ildericum et Hoamerem coecum cum fratre mitte, ſolatio leuandos, quod admittere poſſint, qui vel regnum, vel oculos amiſere. Ac niſi ſponte petitioni conceſſeris, rem arbitrio tuo non permittemus. Mouet enim nos fiducia, quae illis in noſtra amicitia fuit. Nec nobis obſtabit pax cum Gizerico compo-

neglectis hisce reſponſis, Amerem excaecauit, Ilderichum vero et Eugeem diligentius cuſtoditos in carcerem incluſit. Quod vbi reſciuit Iuſtinianus, continuo expeditionem in Libyam decreuit, bello, quod in Media tum gerebat, dirempto, et reuocato ex oriente Belliſario, ſenatum ea de re conſuluit. ZONARAS: *Et vt crimen tyrannidis a ſe amoueret, ad Iuſtinianum ſcribit, ſe non regnandi cupiditate imperium inuaſiſſe, ſed quod Hilderichum ad id adminiſtrandum natura minus aptum eſſe viderit. At imperator Gelimero reſcribit, ſe non conquieturum, niſi et iniuſta vi oppreſſum vindicarit, et tyrannum vltus fuerit.*

compoſita: nam eius legitimo ſucceſſori non inferemus bellum; ſed illatam iniuriam vlciſcemur„. His lectis Gelimer ita reſcripſit. 35.

„Rex Gelimer Iuſtiniano imperatori.

„Nec per vim ſceptrum obtinui, nec propinquis meis vlla iniuria facta eſt. Etenim Vandali Ildericum, in Gizerici domum noua cudentem, de dignitatis gradu dimouerunt: me vero ad regnum aetas vocauit, praerogatiuam mihi iure concedens. Porro is pulchre facit, qui ſuo imperio adminiſtrando intentus, alieni curas non ſuſcipit. Tibi igitur, cum ſis imperator, nefas eſt alio diſtrahi curioſitate: foedifrago autem, nosque adorienti pro viribus obſiſtemus, teſtantes iusiurandum Zenonis, a quo imperium ad te deuenit„.

§. 60.

Iratus iam ſatis Gelimeri Iuſtinianus Aug. cum has litteras accepiſſet, ad vltionis cupiditatem exarſit acrius, cenſuitque, vt conſilia acute inueniebat, et impigre exequebatur, bellum ſine mora cum Perſis dirimendum eſſe, et in Africam transferendum. Aderat Beliſarius magiſter militum orientis, quem reuocauerat, cum, illum expeditionis Africanae ducem futurum, nec ipſi, nec alii cuiquam ante dixiſſet. Eidem, in ſpeciem ſcilicet, magiſtratum, quem habebat, abrogauit: ſubinde pax cum Perſis — compoſita eſt.

§. 61.

β) Postqvam res domeſticas Iuſtinianus Aug. et quas cum Perſis ſuſceptas habebat, optime conſtituit; Libycas in deliberatio- 36.

 nem

β) Theophanes: *Senatus rem difficilem et periculoſam cenſuit, reuocans in memoriam infeliciſſimam Leonis imperatoris aduerſus Vandalos naualem expeditionem: quantusque in ea Baſiliſco duce militum numerus periiſſet, et quanta pecuniarum vis in ea fruſtra inſumpta. Quare perpenſa periculi magnitudine, ne ipſum* [Beliſarium] *naualis iſtiusmodi exercitus ducem elige-*

35. Procop. de B. V. L. I. c. 9. p. 201.

36. Id. ibid. c. 10. p. 201. Theophanes p. 160, 161. Zonaras T. II. p. 65.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 527-533.

nem adduxit. Vbi vero proceribus declarauit, ſe exercitum aduerſus Vandalos ac Gelimerem conflare, plerosque angor inuaſit, memoria repetentes Leonis Aug. claſſem cladem que Baſiliſci, et numerum referentes 'tum militum, qui perierant, tum pecuniae,
37. quam aerarium debebat, 'haec et alia eiusmodi ſecum reputantes bellum iſtud diſſuaſerunt maxime. Ioannes praeterea praetorio praefectus, nullum, quamuis victoria potiantur Romani, inde, cum Italia et Sicilia in alienis ſint manibus, ad ipſos redundaturum commodum oſtendit.' Cui aſſenſus imperator ſtudium ingens belli remiſit. 'Epiſcopus vero quidam cum ex nocturna viſione imperatorem, quod ſe vano timore a Chriſtianis in libertatem vindicandis deterreri pateretur, incuſaret, et Dei ipſi ſponderet auxilium;' continere ſe Auguſtus non potuit, quin milites ac naues cogeret, arma et commeatus pararet, ac praeciperet Beliſario, vti ſe accingeret ad exercitum primo quoque die ducendum in Africam.

§. 62.

INTEREA Tripolin Africae quidam e ciuibus (Pudentio nomen erat) a Vandalis defectione ſeiunxit, et per nuntios ab Auguſto copias petiit, ſpondens, ſe in eius ditionem nullo negotio prouinciam reducturum.

Ille ducem Tattimuth eo miſit cum paruo exercitu, quo inſtructus Pudentius prouinciam, abſentibus Vandalis, occupauit, ſubdiditque

ret imperator, metuebant. Ioannes autem — in Africam. Porro Pudentius tum rebellans, Tripolim per tyrannidem occupavit, ac Iuſtiniano reſcripſit, vt ad eam recipiendam exercitum mitteret. ANASTASIVS: *Epiſcopus autem quidam Orientalis — in Africam* - [ſimilia omnia]. ZONARAS: *Itaque patricium Beliſarium ex oriente, vbi cum Perſis bellum gerebat, accerſitum, cum manu validiſſima et magna claſſe, omnibus copiis cum ſummo imperio praefectum in Libyem mittit, etiam Caeſarienſi Procopio comitante, qui bella illic geſta copioſe perſecutus eſt.*

37. PROCOPIVS de B. V. L. I. c. 10. p. 202, 203. cfr. et L. II. c. 21. p. 287. vbi huius rei in tranſitu meminit Procopius. Theophanes, Zonaras ll. cc. Anaſtaſius p. 59.

diditque imperatori. Quominus autem Gelimer poenas, vti deſtinauerat, e Pudentio ſumeret, nouus iſte caſus impediit.

§. 63.

γ) QVIDAM erat inter ſubditos Gelimeris *Godas*, natione Gotthus; animoſus vir, ſtrenuus, et ſingulari robore praeditus: qui rebus domini impenſe ſtudere videbatur. Propterea Gelimer Sardiniam ei commiſerat cum annui tributi onere. Is vero — in tyrannidem incubuit, nec ſolum tributo, ſed ipſa etiam inſula Vandalos ſpoliauit: atque vbi Iuſtinianum Aug. belli in Africam et Gelimerem mouendi cupidine teneri ſenſit, has ad ipſum litteras dedit. „A domino meo deſciui, quamuis ab eo nunquam indigne vel acerbe habitus: ſed poſtquam illum in propinquos ſubditosque ſuos crudeliſſimum animaduerti, committere nolui, vt inhumanitatis particeps viderer eſſe. Certe praeſtat imperatori iuſto, quam tyranno iniqua iubenti ſeruire. Tu vide, vt in hac re enitenti mihi opituleris, et militem mittas, quo poſſim aggreſſores repellere„. 38.

§. 64.

His laetus litteris Auguſtus legauit Eulogium, ſcriptaque epiſtola, Godae prudentiam et erectum ad iuſtitiam tuendam animum laudauit; armorum etiam ſocietatem promiſit, et cum copiis ducem, qui coniuncte cuſtodire inſulam poſſet; demum ita ſe ſubuenturum, vt nihil Vandali interpellaturi ipſum eſſent. In Sardiniam peruectus Eulogius Godam offendit regio iam nomine habituque inſignem et ſatellitio ſtipatum: qui lectis Auguſti litteris, mi-

γ) THEOPHANES: *Pariter Gogdas Gotthus, tyrannide aduerſus Gelimerem dominum mota, Sardiniam inſulam occupauit, deditque litteras ad Iuſtinianum, vt armato milite et duce miſſis, inſulam recuperaret: imperator vero Cyrillum cum trecentis militibus, qui viro ſuppetias ferrent, ſummiſit. Verum Gelimer fratrem praemittens cum inſtructiſſima claſſe, et lectiſſimo Vandalorum exercitu, inſulam cepit, ipſumque Gogdam occidit.*

38. PROCOPIVS de B. V. L. I. c. 10 p. 203, 204. Theophanes p. 161.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 527-533.

lites quidem vt venirent ſocias vires iuncturi ſecum, cupere ſe dixit: ducem vero non adeo opus eſſe. In hanc rationem ſcriptis ad Auguſtum litteris, remiſit Eulogium.

§. 65.

a. C. 533.

39. Nondum haec Auguſtus acceperat, cum milites CD. expediuit, Sardiniam Cyrillo duce vna cum Goda cuſtodituros. Simul etiam exercitum ad Punicam expeditionem parauit, peditum millibus conſtantem x. equitum v. quos cum e Romanis militibus, tum e *Foederatis* collegit.

Olim in Foederatorum ordine ſoli barbari cenſebantur: qui cum a Romanis victi non fuiſſent, non inferiore, ſed aequali conditione ad remp. ſe adiunxerant. Et vero Romanum vocabulum *Foedera* iunctam cum hoſte amicitiam et ſocietatem ſignificat. Nunc licet omnibus nomen hoc ſibi arrogare, vt fit temporis lapſu, quo appellationes a rebus ſuis interea abeunt, dum ipſae res mutantur, prout placet hominibus, nihil penſi habentibus, rectene an ſecus priſtina nomina impleantur.

§. 66.

δ) Foederatis praeerant Dorotheus, numerorum militarium Armeniae dux, Salomon, quem Beliſarius magiſterii militiae adminiſtrum habebat—, Cyprianus, Valentinianus, Martinus, Althius, Ioannes, Marcellus et — Cyrillus. Romanorum militum ductores erant, equitum quidem Rufinus et Aigan, domeſtici Beliſarii, Barbatus item et Pappus; peditum vero Theodorus, cognomento Ctenatus, Terentius, Zaidus, Marcianus et Sarapis. Peditatus ducibus impe-

δ) THEOPHANES: *Caeterum Belliſarius exercitum claſſemque accepit cum praefectis, Salomone duce: Dorotheo, Alphia, —. Ipſum vero mille Eluri —; et Maſſagetae equites ſagittarii, quibus Siſinnius, et Balas praefuere. Naues autem fuerunt omnino quingentae, cunctae vero modiorum L. M. capiebant: nautae vero XXX. M. numerati ſunt —. et dromones ad proelia naualia XC. Belliſarium ducem omnium, ſupremaque in alios omnes poteſtate inſtructum imperator conſtituit.*

39. PROCOPIVS de B. V. L. I. c. 11. p. 204, 205. Theophanes p. 161.

a. C. 533.

imperabat Ioannes, ex vrbe Epidamno — oriundus. — *Aigan* parentes habuit *Maſſagetas*, ſeu, vt *iam vocitant*, *Hunnos*: caeteri fere Thraces erant.

Eos ſequebantur CD, *Eruli*, duce Phara: ᵃet ſocii barbari ferme DC. Maſſagetae [a]), qui erant omnes equites ſagittarii, et *Sinnioni* ac *Balae*, generoſiſſimis fortiſſimisque viris parebant.

Naues quingentas agebat vniuerſus exercitus: quarum nulla amplius L. medimnum millia ferre poterat, nec minus III. M. Iis omnibus vehebantur nautae XX. M. — Longas naues ad maritimum proelium inſtructas habebant XCII. quae vno remorum ordine agebantur, tectis munitae —. In iis nauigabant Byzantii bis mille, et quidem ipſimet remiges ad vnum omnes. —

Archelaus quoque profectionem ſuſcipiebat, — creatus quaeſtor exercitus —. Denique Beliſarius, iam iterum magiſter militum orientis, ab Auguſto cum ſummo in omnes imperio mittebatur. — Caeterum per litteras poteſtatem ei fecit Auguſtus omnia adminiſtrandi, prout maxime in rem eſſe cenſeret; ea rata perinde haberi volens, ac ſi eſſent per ſe transacta: ei namque authoritatis Caeſareae pondus illae litterae tribuebant. —

§. 67.

ε) INTEREA Gelimer, cum ipſius ditioni Pudentius Tripolin, Godas Sardiniam ſubduxiſſent, Tripolin quidem vix ſe recepturum ſperabat, quippe quae diſtaret longius, ac iam Romani rebellibus ſubſidio veniſſent. Quamobrem optime ſe facturum putauit, ſi differret exercitum eo ducere, et feſtinanter inſulam prius inuadere, quam adeſſent imperatoris auxilia. Igitur delectis Vandalorum V. M. nauibusque celerrimis CXX. *Tzazonem* fratrem ſuum praefecit, et in Sardiniam miſit. Atque illi quidem Godam inſulamque magna contentione petebant, ira vehementi impulſi —. 40.

CAPVT

ε) THEOPHANES: *Porro Gelimer fratrem ſuum Tzatzonem cum nauibus centum et viginti, et milite lectiſſimo ad Sardiniam inſulam contra Gogdam miſit.*

a) και ξυμμαχοι βαρβαροι ἑξακοσιοι μαλιστα ἐκ των Μασσαγετων ἐθνους.

40. PROCOP. de B. V. L. I. c. 10. p. 205. Theophanes p. 161.

CAPVT VIII.

Res belli Vandalici

vſque ad

proelium ad Decimum commiſſum.

a. C. 533.

§. 68.

a. C. 533.

41\. α) IVSTINIANVS Aug. *anno imperii ſeptimo* circiter ſolſtitium aeſtiuum ᶜBeliſarium cum claſſe contra Vandalos emiſit ᵓ
42\. Vix Beliſarius in Siciliam excenſum fecerat, cum moerere angique animo coepit, ignarus quodnam genus hominum, et quales in armis eſſent Vandali, quos petebat; qua etiam ratione, et vnde bellum inchoaret. Maxime vero eum milites conturbabant, certamen nauale perhorreſcentes. —

§. 69.

α) THEOPHANES: *Septimus autem imperii Iuſtiniani erat annus, cum Belliſarius ad inſulam miſſus eſt.— Cum ad Siciliam applicaſſet, Procopium ſcriptorem Syracuſam deſtinauit quaeſitum, ſi qua ſorte viae ductores comperiret, qui claſſem ex improuiſo ad Libycae terrac oras admouerent, quo militares ſuas copias (regionis enim incolas hoſtibus auxilio fore verebatur,) facilius ad ſolum educeret. Interim ipſe Cauchana — appulit. Procopius Syracuſam ingreſſus, ab Amalaſuntha Theuderichi coniuge, Atalarichi vero Italiae regis matre (erant hi duo cum Iuſtiniano foedere coniuncti) cibos emit; et inopinato in virum a pueris amicitia ſibi deuinctum incidit, qui Libyae marisque loca cuncta frequentioribus experimentis habebat nota, qui tri-*

41\. PROCOPIVS de B. V. L. I. c. 12, 13. p. 207-210. Theophanes p. 161. Anaſtaſ. p. 59.

42\. PROCOP. de B. V. L. I. c. 14. p. 211, 212. Theophanes p. 161, 162. Anaſtaſ. l. c.

a. C. 533.

§. 69.

Hinc pendens animi Beliſarius, Procopium conſiliarium ſuum deſtinat Syracuſas, percontaturum, an hoſtes vel in inſula, vel in continenti inſidiis traiectum occupaſſent', ad quam oram appellere, et vnde Vandalos adoriri ſatius eſſet? Tum praecipit, vt, mandatis defunctus, ſe conueniat Caucanis: ad quod oppidum, ſtadia fere cc. Syracuſis diſſitum, claſſem applicare vniuerſam parabat. Eum autem miſit, per ſpeciem emendi cibaria, volentibus Gotthis fori copiam facere, ex pacto inito inter Iuſtinianum Aug. et Amalaſuntham matrem Atalarici, 'quae tunc' temporis annonae mercatum promiſerat exercitui, nec fidem fefellit a).

Syracuſas ingreſſus Procopius, praeter opinionem in ciuem incidit amicum ſibi a puero, eaque in vrbe commercii maritimi gratia habitantem; cuius ope, quidquid ſcire opus erat reſciuit. Is enim ipſi famulum protulit, tribus tantum abhinc diebus Carthagine reuerſum: qui nullas Vandalorum inſidias claſſi metuendas aſſeuerauit: illis a nemine ſignificatum, copias eo tempore contra ipſos venire: immo vero Vandalicae militiae robur in expeditionem aduerſus Godam nuper profectum: his de cauſis Gelimerem nihil hoſtile ſuſpicantem, Carthaginis caeterarumque vrbium maritimarum cura depoſita, commorari Hermionae, quae eſt in prouincia Byzacena, et a littore quatridui diſtat: itaque poſſe Romanos nauigare ſecuros impedimenti, et quocunque ferret ventus appellere.

§. 70.

'Procopius cum hoc homine, inuito licet domino eius, naue conſcenſa, Caucana properat. Vbi cum ex ipſo accurate omnia

co-

bus non amplius diebus Carthagine diſceſſerat. Is profundam tranquillitatem Vandalos agere, nullam aciem aduerſus ſe inſtructam ſuſpicari, ipſum Gelimerem quatuor a mari ſtationibus moram in praeſenti facere aſſerebat. Eum ſecum aſſumptum Cauchana ad Belliſarium adduxit. Belliſarius his auditis poſt tertium diem ad Libyae oras applicuit, ad locum, cui Caput breue [κεφαλην βραχυς] *nomen.* Similia omnia Anaſtaſius.

a) cfr. *Gothica* §. 149.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 533.

cognouiſſet Beliſarius ³, ſublatis confeſtim velis claſſem aduertunt ad Gaulum et Melitam inſulas, quibus mare Adriaticum a Tyrrheno dirimitur. Ibi exortus Eurus claſſem poſtridie ad illam Africae littoris partem tulit, vbi eſt Caputuada: ſic lingua Romani ſua locum appellant, vnde ad Carthaginem dierum v. iter eſt viro expedito.

§. 71.

43. Admota ad littus claſſe, ' ibique in ancoris ſtante, duces ac praefectos in nauem praetoriam conuocari Beliſarius iubet, de exſcenſu deliberaturos. Hic Archelaus, quaeſtor exercitus, cum a Carthagine ad Iucam [b]) littus importuoſum ſit, neque vrbis vllius, niſi Carthaginis muri a temporibus inde Gizerici reſtent, quibus tuto et claſſis et impedimenta committi poſſint, Carthaginem petendam eſſe cenſet, qua, cum hoſtis procul abſit, facile potituri ſint. Beliſarius vero in alia omnia diſcedit, ac, ſi quidem Carthaginem petant, a claſſe hoſtili non minus, quam a tempeſtate timendum eſſe; ſin autem exſcenſionem faciant, caſtra foſſa munita ſatis contra impetum hoſtium tuta fore, neque exercitui, ſtrenue rem gerenti commeatum defuturum eſſe oſtendit ³.

§. 72.

(β) ' Haec Beliſarii cum omnibus placuiſſet ſententia ³, ſtatim exſcenſionem fecerunt, tertio poſt menſe, quam Byzantio ſoluerant. ' Mox loco caſtris delecto cum foſſam iuſſi ducerent milites, praeter ſpem in loco alias perarido fons vber emicuit ³.

poſtri-

β) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Deſcenſu e nauibus facto, mox foſſa profunde ducta, valloque circum excitato, vno ſolo die caſtrametati ſunt — experturos.* [Similia omnia.] *Tum Belliſarius ad Syllectum vrbem* [nomen omittit Anaſtaſius] *exercitu miſſo, eam nullo labore comparauit. — Eodem die* [deſunt reliqua apud Anaſtaſium] — *Veredarius tum etiam captus eſt. Tunc Beliſarius:*

43. PROCOPIVS de B. V. L. I. c. 15. p. 212—215.

b) Εἰς Ιεκην ἐκ Καρχηδόνος. In margine adſcribitur, „ Legit Vo- laterranus Λεκην, legendum Ιτυκην παρεκ Καρχηδόνος. Vticam excepta Cartagine. „

Poſtridie cum milites quidam, in agros dilapſi, fructus tunc maturos carpſiſſent, ' acriter eos caſtigauit Beliſarius, ac ſe ipſos in terram expoſuiſſe ait, hoc vnico fretum, quod Afri in fide erga Vandalos claudicent; nunc vero his factis Afrorum beneuolentiam Vandalis, odium ſibimet ipſis conciliare, in aliena itaque nollent amplius inuolare, ſic demum Deum propitium, Afros amicos, Vandalos aditu faciles experturos. 44.

§. 73.

His ita geſtis Beliſarius, Moraide, ex haſtatis ſuis ſtipatoribus vno, ad vrbem Syllectum miſſo, eam, dedentibus Afris, capit'. Eodem die curſus publici procurator equos omnes publicos ſponte tradidit. Illorum etiam, qui reſcripta principis perferunt, (veredarios appellant) interceptum quemdam, Beliſarius benigne habuit, multa donauit pecunia, et accepta fide, Iuſtiniani ad Vandalos litteras, gentis ducibus ac praefectis reddendas ei credidit. in hanc porro ſententiam ſcriptae erant.

„Nec Vandalis bellum indicimus, nec pacem ſoluimus a Gizerico factam; ſed veſtrum tollere tyrannum aggredimur, qui teſtamento Gizerici ſpreto, regem veſtrum aſſeruat in vinculis, atque e propinquis, quos quidem maxime oderat, ipſo ſtatim initio interfecit: reliquos vero luminibus orbatos cuſtodia attinet, aerumnas letho finire vetans. Igitur iuuate nos, et coniuncta opera tam impiae tyrannidis iugum excutite, vt pace et libertate fruamini. Nos enim vobis haec praeſtituros, teſte Deo, pollicemur.„ Haec habebant Auguſti litterae: quas ille cum accepiſſet a Beliſario, non auſus eſt palam promere; ſed amicis tantum clam impertitus, nihil egit, quod operae pretium fuerit.

copiis in ordinem diſpoſitis, Carthaginem verſus iter direxit. Ioanni vero Armenio trecentos lectiſſimos viros commendans, pone ſequi, nec a ſe diuertere, aut ab exercitu longius diſcedere praecepit.

44. PROCOPIVS de B. V. L. I. 163. Anaſtaſ. p. 59. c. 16. p. 215—217. Theophanes p. 162.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 533.

§. 74.

45. Beliſarius inſtructa acie Carthaginem verſus iter inſtituit, et virorum fortium, qui inter ſcutatos merebant, delectu ad trecentos habito, adiunxit illos Ioanni 'Optioni, natione Armenio'. Sic autem ipſum exercitui praeire iuſſit, vt ſtadiorum non minus xx. interuallum ſeruaret: ſicubi videret hoſtem, actutum ſignificaret, ne imparati pugnam capeſſere cogerentur. Maſſagetis foederatis edixit, laeua procederent, eodem, quo illi, vel maiori etiam diuiſi ſpatio. Ipſe cum flore exercitus a tergo ibat, ſuſpicans venientem Hermione et ſequentem Gelimerem, breui facturum impetum. 'Claſſem vero a latere ſemper comitari exercitum iuſſit.'

§. 75.

γ) Vbi Syllectum attigit Beliſarius, milites continuit, violari neminem paſſus, 'itaque hic et alibi ſibi Afrorum animos conciliauit, tandemque per Leptin et Adrumetum vrbes Graſſen venit,' ſtadis CCCL. Carthagine diſſitam: vbi regis Vandalorum palatium erat, et horti, omnium, quos vnquam vidimus, amoeniſſimi. Nam et fontibus benigniſſime rigantur, et magnam habent copiam arborum, quarum nulla non foelix eſt, ac mitibus pomis exuberat: ita vt milites, cum inter arbores fructiferas caſulam ſibi quisque ſtruxiſſet, pomis tum maturis ſeſe cuncti expleuerint: vix tamen decerptum fuiſſe quidquam apparuerit.

§. 76.

δ) Apud Hermionem Gelimer, vt primum adeſſe hoſtes audiuit, Carthaginem ad fratrem ſuum Ammatan ſcripſit, vt Ilde-nicum

γ) THEOPHANES, ſimilia omnia.

δ) ZONARAS: *Beliſarius exercitu in Libya expoſito, vallum obducit. Quo Gelimerus cognito fratri Amatae mandat, vt Hilderichum cum cognatis, quos in cuſtodia tenebat, ſtatim e medio tollat. Sic illi interfecti ſunt.* [reliqua v. ad §. 170.] THEOPHANES: *Vbi Gelimer — inſtrueret: quae Amatas, prout erant iuſſa, fi-*

45. PROCOPIVS de B. V. L. I. c. 17. p. 217, 218. Theophanes. p. 163.

rioum ac caeteros propinquitate, vel quauis alia ratione illi coniunctos, quos habebat in vinculis, interficeret; Vandalos, et ſi qui alii in vrbe eſſent idonei bello, inſtrueret, vt, cum hoſtis in anguſtias Decimi, qui locus eſt in agro ſuburbano, ſe compegiſſet, eum interciperent, ac veluti ſeptum indagine profligarent. Dicto audiens Ammatas Ildericum, propinquum ſuum Euageemque, et Afrorum ipſis familiariſſimos occidit, Oamére iam ante mortuo. Vandalos, arma iuſſos induere, in procinctu habuit, opportune facturus impetum.

Veniebat a tergo Gelimer, nihil nobis praeſentientibus. Ea ſolum nocte, qua ſedem caſtris noſtris Graſſe praebuit, vtrimque miſſi exploratores ſe inuicem offenderunt, nec ſine conflictu ad ſua vtrique caſtra redierunt: ita demum imminere nobis hoſtem cognouimus. Inde digreſſis in conſpectu claſſis eſſe non poterat: propterea quod alti ſcopuli longe in mare procurrentes longo flexu nautas auertunt, ac prominet promontorium, citra quod eſt oppidum Mercurii. Quare Beliſarius Archelao exercitus quaeſtori iniungit, ne Carthaginem appellat; ſed abſit cc. circiter ſtadia, nec niſi mandato ſuo moueat.

§. 77.

Graſſe profecti, die quarto peruenimus Decimum, quod Carthagine ſtadiis LXX. diſtat.

Eo die Gelimer Gibamundum, ſuum ex fratre nepotem, cum his mille Vandalis reliquas copias praegredientem, ad laeuam ire 46.

S ſ 3 iuſſit:

deliter executus eſt. Tum Belliſarius Archelao praefecto et Calonymo nauarcho mandauit, vt ad Carthaginem propius claſſem admouerent, nec tamen impreſſionem in vrbem facerent, donec ipſe iuberet: ipſe vero Decimum — diſceſſit. Gelimer autem Gibamundum — concluderent. Caeterum Belliſarius Ioannem praecedere imperauit, et Maſſagetas aciei ſiniſtram tenere. Amatas autem — viderentur. Gibamundus — II. M. *dum ſuppetias sociis afferunt, in Vnnos incidentes, omnes deleti ſunt. Belliſarius cum ad Decimum ſubſtitiſſet, nihil horum reſciuit: ſed vallo circumducto caſtra metatus eſt, in quibus vxorem et pedeſtres copias reliquit. Ipſe equitibus ſtipatus, et ducibus ſecum ſumtis Carthaginem contendit.*

46. PROCOPIVS de B. V. L. I. c. 18. p. 219, 220. Theophanes p. 163, 164.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 533.

iuſſit: vt Ammatas a Carthagine, Gelimer ipſe a tergo, Gibamundus a ſiniſtra in vnum conuenientes, hoſtem facilius circumcluderent. — Profecto niſi Beliſarius ita aciem inſtruxiſſet, vt Ioannem praecedere, et Maſſagetas ad laeuam exercitus vadere iuſſiſſet; infeſtas Vandalorum manus nunquam potuiſſemus effugere. — Immo vero rebus ita, vt dixi, conſtitutis a Beliſario, ſi tempus idoneum obſeruaſſet Ammatas, neque illud quarta fere diei parte praeuertiſſet, nunquam ita Vandalorum res corruiſſent. Verum praefeſtinans Ammatas ᶜcirca meridiem cum Decimum veniſſet, maiore Vandalorum parte ſe ſubſequi iuſſa, Ioannem adortus eſt, ab eoque victus occubuit. Vandali itaque terga vertentes etiam reliquos tandem aduenientes Carthagine in fugae ſocietatem pertraxerunt. Et ita Ioannes et Romani ad ipſas vsque portas Carthaginis progreſſi ſunt: tanta in eo ſtadiorum LXX. ſpatio ſtrage Vandalorum edita, vt illam ſpectantibus geſſiſſe rem pugnatorum XX. M. viderentur.

Eodem tempore Gibamundus et, quos ducebat, bis mille, venerunt in Campum Salis, a Decimo ſtadiis XL. diſſitum, poſitumque ad laeuam euntis Carthaginem —. Hic illi in Hunnos cum incidiſſent, ad internecionem caeſi ſunt. —

§. 78.

46. *e*) 'Beliſarius et Romani horum omnium ignari cum non procul Decimo caſtra muniſſent; Beliſarius ſuos ad fortiter pugnandum hortatur, hoc inter alia vſus argumento, Romanos cum Perſis et Scythis ſemper rem habuiſſe, Vandalos, ex quo Africam obtinuerint, hoſtem praeter Mauros nudos nullum vidiſſe. Foederati itaque Decimum praemiſſi, cladem Vandalorum edocentur ab incolis.' 'Hic'

e) THEOPHANES: *Cum autem mortuos in via iacentes ipſumque Amatam vna cum Vandalis occiſum, omniaque prout geſta fuerant, percepiſſet, tumulum aſcendens, puluerem meridiem verſus excitatum magnumque Vandalorum equitum agmen, a Gelimere ductum, proſpexit: Cibamundi quippe cladem et Amatae caedem ignorabat adhuc Gelimer. Cum vtrique ad inuicem*

46. PROCOP. de B. V. L. I. c. 19. p. 220-223. Theophanes p. 164.

a. C. 533.

'Hic' dum ex editis tumulis omnem viciniam circumſpiciunt, apparet ad Auſtralem plagam pulueris nebula, mox et ingens Vandalorum equitum numerus. Nec mora: Beliſario mittunt, vt imminente iam hoſte aduolet. Ducum ſententiae bifariam ſciſſae erant: cum hi Vandalo occurrere aduentanti vellent; illi ſatis virium ſibi eſſe negarent. Inter has altercationes appropinquabant barbari, duce Gelimere, viam inſiſtente mediam inter Beliſarium et Maſſagetas, qui Gibamundum congreſſi fuderant. — Vt in proximo fuere geminae acies, certatim adſpirarunt ad collem, 'inde hoſtem impetituri'. Verum progreſſi Vandali faſtigium occupant, et aduerſarios trudendo in fugam vertunt. 'Fugientes Romani procul Decimo ſtadiis VII. in Vliarim et DCCC. quos ducebat, ſcutigeros inciderunt, eoque in fugae ſocietatem pertracto', recta omnes ad Beliſarium contenderunt.

§. 79.

'Haec inter Gelimer in planitiem degreſſus', conſpecto fratris cadauere, ſe ad lamenta conuertit, tempusque et curam ponens in eo tumulando, occaſionem excidere paſſus eſt, quam arripere numquam amplius potuit. Fugientibus [interim Romanis] factus obuiam Beliſarius, ſiſtere iubet, tum omnibus ordinatis, grauiterque increpitis, vbi caeſum Ammatam, et Ioannem barbaros inſecutum audiuit, deque locorum ſitu et rebus hoſtium quidquid ſcire auebat, comperit; in Gelimerem Vandalosque incurrit. Nec iam impetum ſuſtinuerunt, incompoſiti atque imparati barbari; ſed effuſe omnes fugerunt, et multa eorum edita caede, mox pugnam dire-

propius acceſſiſſent, praeuertentes Vandali tumulum occupant, et de ſe terrorem maximum hoſtibus incutiunt: quare Romani in fugam verſi, ſecedunt in vicum ſtadiis 7. a Decimo remotum. Deus autem praeter omnem opinionem Vandalos in metum coniecit: ſi enim fugientes continuo inſequuti fuiſſent, omnes penitus cum ipſo Belliſario deleuiſſent. Adeo quippe numeroſa erat Vandalorum multitudo, vt Ioannem Carthagine reuertentem, et in ſpoliis mortuorum diripiendis occupatum, nullo negotio potuiſſent comprehendere. Gelimer relicto tumulo — multis ſuorum amiſſs, deſertaque Carthagine, Mediam ſe recipiunt — pernoctarunt.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 533.

diremit. Caeterum Vandali non Carthaginem nec Byzacium verſus, vnde venerant, ſed ad planitiem Bulae et viam, quae in Numidiam ducit, fugam intenderunt. Sub noctem — Ioannes et Maſſagetae ad nos reuerſi, — nobiſcum apud Decimum pernoctarunt.

CAPVT IX.

Res belli Vandalici

vsque ad

proelium Tricamarenſe;

a. C. 533.

§. 80.

α) Postero die ᶜcum Beliſarius ad Carthaginem acceſſiſſetᵓ; 47 Carthaginienſes, reſeratis portis, vbique publice lychnos incenderant, totaque ea nocte vrbs ignibus colluxit: dum reſidui Vandali in templis ſupplices iacebant. Sed ingredi vetuit Beliſarius, veritus, ne quid inſidiarum ſubeſſet, neu militi expilandi licentiam nox praeberet, ipſum tegendo. Ea die naues ſecundo Euro promontorium attigere. Vbi illas proſpexere Carthaginienſes, portus, quem Mandracium vocant, ſublatis catenis ferreis, claſſi receptum offerebant.

§. 81.

β) Eſt in regia tenebricoſum ergaſtulum (Anconem Carthaginienſes appellant) quo tyrannus ſibi inuiſum quemque compingebat

α) Theophanes: *Poſtero die — offerebant.*

β) deſunt apud Theophanem.

47. Procopivs de B. V. L. I. c. 20. p. 223. Theophanes p. 164.

gebat. Ibi multi inſtitores orientales tunc temporis attinebantur: offenſo ipſis Gelimere, quod, vt aiebat, imperatorem ad bellum induxiſſent. Extremum illis ſupplicium impendebat, iam a Gelimere eo die decretum, quo Ammatas ad Decimum oppetierat. — At poſtquam res ad Decimum geſtas audiuit carceris cuſtos, et claſſem cis promontorium vidit, ingreſſus ergaſtulum eſt, ' et cum iureiurando promiſiſſent, ſi incolumes dimitterentur, ſe periclitanti ipſi pro virili parte affuturos', effuſo carcere cum iis abiit. —

§. 82.

Poſtero die Beliſarius exſcenſum claſſiariis imperat, et adornato vniuerſo exercitu, neque aliter quam ad pugnam diſpoſito, inſidiarum hoſtilium metu id ſuadente, γ) — Carthaginem ingreditur, ac nihil vsquam hoſtile nactus, Palatium aſcendit; vbi ſedit in Gelimeris ſolio. — Hora prandii iam appetente, id Beliſarius inſtrui ſibi iuſſit, vbi Gelimer conuiuio principes Vandalorum excipere conſueuerat. — Ac pridie quidem prandium apparatum Gelimeri fuerat; 48. nobis vero placuit iisdem ipſis dapibus conuiuari. Quin et miniſtri Gelimeris fercula apponebant, infundebant pocula, et in omnibus deſeruiebant. —

§. 83.

Poſt Vandalis, qui in templa confugerant, fidem publicam Beliſarius dedit, animumque ad vrbis muros inſtaurandos adiecit; cum adeo neglecti fuiſſent, vt paſſim peruii, aditum cuiuis facilem praeberent. Pars enim magna corruerat, eamque eſſe cauſam Carthaginienſes dicebant, cur Gelimer ſe vrbi non commiſiſſet, quod non putaret muros exiguo tempore ſic poſſe reſtitui, vt ſecuritatem afferrent.

Quoddam

γ) Quae hic ſequuntur vsque ad finem §. 92. ſimilia omnia, apud Theophanem, quaedam de iis etiam Anaſtaſius habet.

48. PROCOPIVS de B. V. L. I. c. 165. Anaſtaſius p. 59, 60. M. p. 225-227. Theophanes p. 164.

Imp. IVSTI-
NIANO I.

a. C. 533.

Quoddam etiam vetus vaticinium repetebant, a pueris olim Carthagine in haec verba prolatum: *G fugabit B. ac rurſus B fugabit G.* Ac tum quidem quod pueri ludentes iactabant, inter aenigmata perobſcura locum habuit; nunc autem omnibus liquet: nam antea Gizericus Bonifacium, iam Beliſarius Gelimerem exegit. Ita demum hoc cecidit, ſiue omen fuerit, ſiue vaticinium.

§. 84.

'TEMPLVM a Chriſtianis D. Cypriano olim ad littus maris poſitum' Vandali, regnante Honorico, Chriſtianis per vim eripuerunt, mox detruſis indigniſſime eorum ſacerdotibus, ipſi ſacra Ariano ritu deinceps curarunt. Moeſtis ea re et animi dubiis Afris Cyprianum ſaepe viſum in ſomnis dixiſſe, perhibent, ne ſua cauſa Chriſtianos haberet ſollicitos, futurum enim tempus, cum ipſe factam ſibi iniuriam vlciſceretur. Quam vocem peruagatam cum Afri omnes accepiſſent, poenam aliquam, ſacrorum eiusmodi vindicem, tandem Vandalis irrogandam, auide expectabant: at quo demum viſum illud euaſurum eſſet, coniectura aſſequi nequibant. Iam vero, poſtquam in Africam imperatoris claſſis appulſa eſt, pridie recurrentis feſti [in honorem Cypriani olim inſtituti], quamuis ad Decimum Ammatas Vandalos duxiſſet, Ariani tamen ſacerdotes templum perpurgarunt — 'clade vero Vandalorum ad Decimum intellecta, et' fuga elapſis ſacerdotibus Arianis, rectae fidei ac verae religionis cultores 'templum receperunt.'

§. 85.

49. AT Vandalorum ordines mirabantur, veteris dicti memores, iamque edocti nihil non in poſterum ab homine probabiliter ſperari, nihil certo poſſideri poſſe. Porro quodnam id verbum ſit, et quomodo prolatum, exponam. Initio, cum preſſi fame Vandali e patriis ſedibus demigrarent, relicti ſunt nonnulli, quibus obſtitit blandiens inertia, ne ſequi vellent Godigiſclum. Procedente tempore illi reſidui largam habere annonam viſi ſunt, et Gizericus cum ſuis Africam occupauit. Cuius rei nuntius laetitiam iis attulit, qui

49. PROCOP. d. B. V. l. I. c. 22. p. 227.

qui comites Godigiſclo ſe non addiderant: ad hoc enim res bene comparatas videbant, vt ſua ipſis regio ſatis praeberet, quo vitam deinceps tolerarent. Sed veriti, ne olim vel illi ipſi, qui Africam obtinuerant, vel eorum nepotes quoquo modo pulſi ex Africa, ad 50
natale ſolum redirent (neque enim illam Romanis neglectui fore ſemper putabant) legatos miſerunt: qui ad Gizerici conſpectum admiſſi, dixere, ſe res adeo laetas gratulari popularibus ſuis; ab ipſis ſeruari non poſſe amplius regionem, qua poſthabita, Africam colerent: propterea rogare, vt, quando patriam non curarent, iis, qui remanſerant, poſſeſſionem donarent, iam inutilem ſibi, vt regionis certum adepti dominium, ſi quis eo veniret infenſus, pro illa mori non dubitarent.

Aequa haec Gizerico caeteriſque Vandalis poſtulatio viſa eſt; iamque annuebant legatis, cum ſenex quidam nobilitate et prudentia clariſſimus interceſſit, nihil in rebus humanis ſtabile eſſe affirmans; ſed quaecunque quidem adeſſent, omnia fore ſemper incerta; quae vero nondum exiſterent, eorum nihil non poſſe fieri. His auditis aſſentiens Gizericus, legatos re infecta remiſit. Tum quidem ipſum ac ſuaſorem, tanquam impoſſibilium prouidos, Vandali omnes deriſerunt, ſed eorum nepotes, vbi, quae commemorauimus, acciderunt, rerum humanarum naturam edocti, dictum illud ſapientis viri fuiſſe confeſſi ſunt.

§. 86.

Caeterum extincta eſt hodie memoria, ac nomen Vandalorum illorum interiit, qui in patria reſtiterunt. Scilicet cum pauci eſſent, vel a conterminis barbaris exterminatos crediderim, vel ſponte ipſis permiſtos nomen amiſiſſe.

Nec tamen fuſis a Beliſario Vandalis reuiſere patriam conſilium fuit. Haud enim repente in Europam ex Africa migrare, maxime cum nauigia deeſſent, licebat: verum ibi poenas dedere facinorum omnium, quae in Romanos, ac praecipue in Zacyn-

50. Id. ibidem p. 228.

thios perpetrauerant. Nam aliquando Gizericus, conuerſa in Peloponneſum vi, cum Taenarum tentaſſet, confeſtim repulſus, non ſine graui ſuorum clade, turpiter, incompoſiteque abſceſſit. Hinc ira feruens ad Zacynthum appulit: caeſis obuiis quamplurimis, redactisque in ſeruitutem optimatibus quingentis, extemplo vela fecit. In medium prouectus Adriam, captiuos illos in fruſta conciſos coeca crudelitate ſparſit in fluctus. Sed haec ad ſuperiora tempora pertinent.

§. 87.

51\. δ) IAM vero Gelimer, cum et largitione et comitate bonam partem Afrorum agreſtium ſibi deuinxiſſet, vt Romanos per arua vagos occiderent, propoſita pro ſingulis caedibus certa auri ſumma, induxit. Atque illi multos e Rom. exercitu obtruncabant, non vtique milites; ſed ſeruos ac miniſtros: qui ad vicos amore praedae pertracti, in occulto capiebantur. Ruſticani allatis eorum capitibus ad Gelimerem, redibant, mercede aucti; cum ille milites hoſtilis exercitus interemptos putaret. —

§. 88.

52\. TZAZO autem Gelimeris frater, appulſa in Sardiniam claſſe, de qua dictum eſt ſupra, factaque in portu Calaritano exſcenſione, vrbem primo aditu cepit, et Godam tyrannum eiusque milites e medio ſuſtulit. Simul renuntiatum eſt Auguſti claſſem in Africam adueniſſe; rerum ibi geſtarum adhuc inſcius, haec Gelimeri ſcripſit.„ Godam tyrannum in poteſtatem noſtram redactum interiiſſe, et in ditionem tuam, Vandalorum Alanorumque rex, inſulam rediiſſe, pro certo habe, et feſto die victoriam celebra. Quod ad hoſtes attinet, qui in oras noſtras portare bellum auſi ſunt, ſpera fore

δ) THEOPHANES: *Gelimer porro, multis in Libyum agricolas profuſis pecuniis, eos ad ſe pellexit; eosque iuſſit, vt Romanos, qui remanſerant in vagis, occiderent.* —

51\. PROCOPIVS de B. V. L. I. c. 23. p. 229, 230. Theophanes, p. 165, 166.

52\. PROCOPIVS de B. V. L. I. c. 24. p. 230, 231.

fore, vt eandem fortunam experiantur, qua quondam vſi ſunt, qui in maiores noſtros expeditionem ſuſceperant." Qui has litteras deferebant, nihil hoſtile ſuſpicantes, ad Carthaginis portum applicuerunt: 'ibique a Romanis capti ſunt'.

§. 89.

SVB idem tempus res eiusmodi contigit. Paulo ante aduentum Caeſareae claſſis in Africam Gotthaeum et Phuſciam cum aliis legatos Gelimer in Hiſpaniam miſerat, vt Theudin, Viſigotthorum regem, ad ineundam cum Vandalis ſocietatem pellicerent. Illi transmiſſo freto Gaditano, factaque in continentem exſcenſione, Theudin mari procul degentem adeunt. 'Hic ex ſermonibus regis, qui de rebus Africanis iam edoctus erat [a],' ſibi in Africa turbatum eſſe aliquid intellexere: omnia tamen ſalua Carthagini arbitrantes, eo nauigarunt. Prope vrbem appulſi, in Romanos milites incidunt, ac ſe permittunt eorum arbitrio: inde ad magiſtrum militum adducti, ſerie legationis expoſita, innoxii dimittuntur. —

Cyrillus vero proxime Sardiniam vectus, ſimul de Godae caſu cognouit, curſum Carthaginem verſus intendit: vbi Beliſarium cum exercitu Romano victorem nactus, quieuit. Salomon rerum geſtarum nuntius ad imperatorem deſtinatus eſt.

§. 90.

[e]) HAVD procul a Numidiae finibus, in planitie Bullae, quo ab vrbe Carthagine quatridui iter eſt expedito, Vandalos omnes Gelimer et Mauros quoscumque amicitia comprehenderat, coegit. 53.

e) THEOPHANES: *Porro Gelimer in Numidiam profectus, Vandalos omnes et ex Maurisiis quos habuit amicos collegit, et ad bellum renouandum inſtruxit. Litteras inſuper in Sardiniam ad Tzazonem fratrem dedit, quibus, quae ſibi contigerant, ſignificaret. Ille confeſtim e Sardinia cum vniuerſo exercitu ad Libycas oras tertio itineris die applicuit, et mox occurrit Ge-*

a) Locum integrum vide in *Gothicis* §. 68.

53. PROCOPIVS de B. V. L. I. c. 25. p. 232-234. Theophanes p. 166.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 533.

Hi ſane perpauci erant ac ſine principe. Nam quotquot in Mauritania, Numidia, Byzacio Mauris imperabant, Beliſarium per legatos de ſuo in Auguſtum obſequio fecerant certiorem, ſociaque arma promiſerant. Quidam liberos obſides dederant, et principatus inſignia petierant, more antiquo. Haec enim vetus erat conſuetudo, vt nemo, quamuis Romanorum hoſtis, pro Maurorum rege ſe ante gereret, quam ab imperatore Rom. inſignia regia accepiſſet: quibus donati ſolum a Vandalis, male fundatam regni poſſeſſionem putabant. — Inſignia haec ad vnumquemque Beliſarius miſit, adiectis pecuniae donis ampliſſimis. Nec tamen arma ei iunxerunt, ſicuti nec Vandalis auſi ſunt ſuppetias ferre: verum ſeſe integros ſeruantes, belli exitum intentis animis expectabant. —

§. 91.

'Quidam Vandalus a Gelimere ad Tzazonem fratrem in Sardiniam eſt miſſus cum litteris, in haec verba ſcriptis'. „ Non Godas, meo quidem iudicio, inſulam a ditione noſtra abiunxerat; ſed vis quaedam malefica, coelitus in Vandalos ingruens: quae cum te floremque Vandalorum nobis eripuit, omnibus ſimul bonis Gizerici domum exhauſit. Neque enim hinc ſoluiſti, vt per te inſulam recuperaremus; ſed vt Iuſtinianus Africa potiretur. Enimuero quodnam fuerit fortunae conſilium, quae nobis iam acciderunt, demonſtrant. Modicas quidem copias aduerſum nos Beliſarius duxit: verum a Vandalis abſceſſit repente virtus, ſecum felicitatem abducens. Nam per Vandalorum ignauiam Ammatas ac Gibamundus occubuerunt: equos, naualia, omnem demum Africam cum ipſa Carthagine iam hoſtis habet. Illi interea torpent; quamuis haec ipſis deſidia magno conſtet, nempe liberorum et coniugum libertate fortunisque omnibus. Nobis nihil eſt reliqui, praeter campum Bullanum: vbi ſpe tenemur, quam in vobis poſuimus. Quin age, abolendae tyrannidis, ac Sardiniae recipiendae cura omni abiecta, huc cum vniuerſa claſſe aduola —„

§. 92.

limeri. Illi colla ſibi brachiis circumplectentes, nullum inuicem dedere colloquium, ſed ſalue tantum effati, et conſtrictos ſe tenentes collacrymabantur, omnisque pariter exercitus communem cladem deplorabat.

a. C. 533.

§. 92.

Haec poſtquam Tzazo a ſe lecta Vandalis impertiuit, tum lugere omnes ac lamentari, non tamen propalam; ſed, quoad eius fieri poterat, abdentes ſeſe, et incolarum inſulae conſpectum vitantes, rerum ſuarum conditionem ſecum tacite deplorabant. Quamprimum autem negotiis, quae tum tractabant, vtcunque compoſitis, nauibusque impletis, oram ſoluunt, et claſſem vniuerſam die tertio ad illud Africae littus applicant, vbi Numidiae et Mauritaniae limes eſt. Inde pedibus ad Bullae campeſtria progreſſi, permiſcent ſe reliquis copiis.

Hic multa Vandalis miſeratione ingenti digna contigerunt, quae verbis, vt par eſt, exequi nequeo; ac ſi vel ipſe ſpectaſſet hoſtis, fortaſſe Vandalos, vt opinor, atque hominum vicem miſeratus fuiſſet. Etenim Gelimer et Tzazo colla inuicem amplexi, diuelli nequibant: nec verbo alter alterum compellabat; ſed vincti manuum nexibus, mutuis ſeſe lachrymis perfundebant. Ita quoque Vandali, quos ſecum habebat Gelimer, in eos, qui aduenerant e Sardinia, ſe gerebant, cum ſinguli ſingulos complecterentur, ſic, vt inuicem quodammodo inſerti, manantem inde voluptatem perdiu ceperint. Et quoniam praeſenti calamitate attoniti, quae prius momenti eſſe maximi duxerant, ea iam habebant in poſtremis; nihil de Goda ſcitari Gelimeris comites, nec viciſſim, qui redierant e Sardinia, percontari volebant de Africae caſibus, quos vtique locus ipſe per ſe ſatis monſtrabat. Nulla de vxoribus aut liberis fiebat mentio: cum intelligerent, ſi quem ſuorum ibi deſiderarent, aut extinctum, aut captum ab hoſte eſſe.

CAPVT

CAPVT X.

Proelium Tricamarenſe; Gelimeris in montem Pappuam fuga.

a. C. 533.

§. 93.

54 α) VBI Gelimer Vandalos in vnum omnes coiſſe vidit, Carthaginem petiit cum exercitu. Proxime vrbem eius aquaeductum — interciderunt, et in caſtris aliquamdiu morati, cum hoſtium nemo erumperet, receſſere. Tum hac illac diuiſi, inſederunt itinera, ſatis id eſſe rati ad obſidionem Carthaginis. — Nec ſpes deerat proditionis, non ab ipſis modo Carthaginienſibus, ſed a Romanis etiam militibus Arianis conflandae. Hunnorum quoque ducibus multa polliciti, ad amicitiam ſecum et ſocietatem iungendam eos inuitauerant. 'Sed hi muneribus et promiſſis variis a Beliſario deliniti', ſe omni ope et ſtudio partes commilitum impleturos iurarunt.

§. 94.

β) Poſtquam omnia recte compoſita, ac muros plane re-
fectos vidit 'Beliſarius; exercitum vniuerſum conuocatum ad vir-
55. tutem hortatus eſt', eodemque die equitatum omnem, exceptis
quingentis

α) Theophanes: *Gelimer vtroque exercitu in vnum collecto, Carthaginem petit, et vrbem obſidione cingere molitur, ſecum reputans vrbem Romanorumque exercitum a Carthaginenſibus, quibus Arii ſententia colebatur, extemplo prodendum. Ad Vnnorum quoque praecipuos mittens, multa bona ſe eis donaturum pollicebatur, ſi Romanos in manus ſuas proditione traderent — iurarunt.*

β) Theophanes: *Ioanni Armenio, vt equitibus, praeter quingentos, vniuerſis ſecum aſſumptis, in Vandalos egreſſus, velitationibus pugnam laceſſeret, confeſtim imperauit. Ipſe poſtera*

54. Procopius de B. V. L. II. c. 4. p. 235-237. Theophanes p. 166.

55. Procopius de B. V. L. II. c. 2. p. 238-240. Theophanes p. 166.

quingentis, emiſit, ſcutariis cum vexillo, quod Bandum Romani vocant, commiſſis Ioanni Armenio: cui iniunxit, vt, ſi pugnae velitaris occaſio ſeſe daret, eam arriperet. Ipſe poſtridie cum peditatu et quingentis equitibus ſecutus eſt.

'Maſſagetae, habito inter ſe conſilio, cum victoribus inſtare victis decreuerunt'; Romanus autem exercitus Vandalos offendit, metatos in Tricamaro, vnde ſtadiis CXL. Carthago diſtat. Ibi vtrique, procul inuicem diſſiti, noctem egerunt —.

§. 95.

Poſtridie Vandalis edixit Gelimer, vt liberos, vxores, omnemque pecuniam in mediis caſtris, quamuis immunitis, reponerent, et aduocata concione, 'Vandalos ad ſtrenue pugnandum hortatur, cum iam non pro gloria et imperio, ſed pro vita ipſa, pro vxoribus ac liberis dimicandum ſit. Tzazo ſecum aduectos e Sardinia Vandalos ſeorſum cohortatur, ipſis victoriam de Goda breui ante in Sardinia reportatam in memoriam reuocans'.

§. 96.

'Ita ſuos cohortati' Gelimer ac Tzazo, Vandalos educunt, 56.
et circa horam prandii, Romanis nec opinantibus, ſed prandendo intentis prandio ſuperueniunt. Mox aciem inſtruunt non procul a ripa fluuii, qui ibi labitur, perennis quidem, ſed adeo tenuis, vt nullo ab indigenis donatus proprio nomine, riuus tantum dicatur.

Vbi ſe pro re nata accinxerunt Romani, ad ripam alteram progreſſi, ita aciem ordinarunt. Cornu ſiniſtrum tenebant Martinus, Valerianus, Ioannes, Cyprianus, Althias, Marcellus ac caeteri Foederatorum duces; dexterum Pappus, Aigan, Barbatus, et

luce cum pedeſtrium copiis et equitum illis quingentis pone ſequebatur. Cum autem Vandalos ad Tricammarum caſtrametatos inueniſſet, iuxta ſe inuicem nocte illa in caſtris vtrique ſteterunt —.

56. PROCOPIVS de B. V. L. II. c. 3. p. 240-242.

et quicunque numeris equeſtribus imperabant; in medio locatus eſt Ioannes cum ſcutariis, ipſisque Beliſarii haſtatis ſtipatoribus, ac vexillo praetorio. Eodem Beliſarius cum equitibus D. opportune venit, relicto, qui accedebat a tergo lentius, peditatu. Hunni ſeorſum omnes ſtabant, a Romanis diſiuncti: ac veteri quidem more, ſed nouo etiam conſilio, quod ſupra expoſui, ſe ad reliquas turmas aggregare nolebant. Hic ordo aciei Romanae fuit: Vandalicae vero vtrumque cornu obtinebant tribuni, quorum quisque ſuum agmen ducebat. Erat in medio Tzazo Gelimeris frater: aciem a tergo Mauri claudebant. Gelimer quoquouerſum volitans, hortabatur, atque animos acuebat; cum prius edixiſſet, ne Vandali in proelio vel haſtili, vel alio quopiam telo, praeterquam gladio, vterentur.

§. 97.

γ) Vtrique diu ſteterant in conſpectu; cum Ioannes, delectis ſuorum exigua manu, de ſententia Beliſarii, transgreſſus riuum, in mediam aduerſae aciei frontem incurrit. Sed retruſos inſecutus eſt Tzazo: atque hi quidem fuga ad ſuam aciem ſe recepere: Vandali vero, qui inſtabant, ad riuum prouecti, non transierunt. Iterum Ioannes maiori numero ſcutariorum Beliſarii ſuccinctus, in Tzazonem inuehitur: inde iterum repulſus, ad Romanos recurrit. Denique omni fere ſatellitio Beliſarii ſeptus, accepto etiam vexillo praetorio, cum clamore fremituque ingenti, tertium irruit. Viriliter barbari impreſſionem excipiunt, contenti gladiis: acerrime dimi-

γ) THEOPHANES: *Ioannes ex ſuorum copiis non multis admodum ſelectis, flumen traiecit, et in Vandalos impreſſionem fecit: Tzatzon fortiter ſuſtinens, et in eum ex aduerſo irruens, in fugam vertit: atque ita inſequentes Vandali ad flumen vsque peruenerunt. Rurſus vero Ioannes pluribus ex Beliſarii ſatellitio acceptis Tzatzonem cum clamore et ſtrepitu inſiliit: acrisque pugna inde conflata eſt, qua Tzatzon Gelimeris frater cecidit. Tum vero vniuerſa Rom. acies flumen traiiciens in hoſtes irrupit, et in fugam actos ad caſtra vsque caeſos inſectata eſt: atque inde verſa facie, pedem referens, mortuis — deſiderati ſunt. Sub veſperam —.*

γ) Theophanes p. 166, 167.

dimicatur. Multi occumbunt Vandali, iique lectiſſimi: inter hos Tzazo ipſe, Gelimeris frater. Tum Romanus omnis exercitus mouere ſe loco, tranſilire riuum, hoſtem petere. Iis, qui inter cornu vtrumque erant, inclinari coeptis, aperte omnes dederunt terga; cum a quoque ſibi oppoſito in fugam verterentur facile. Quo animaduerſo, Maſſagetae cum Rom. exercitu, ex conſtituto, ruunt in fugientes. At non longe proceſſum eſt. Nam ſua Vandali caſtra ingreſſi propere, quieuerunt: Romani, rem illic geri non poſſe rati, mortuis, quotquot auro fulgebant, ſpoliatis, in caſtra rediere. E noſtris in hoc proelio L. minus; Vandali circiter DCCC. deſiderati ſunt.

Tandem Beliſarius, accepto peditatu, ſub veſperam mouit, et cum omnibus copiis, quam celerrime potuit, ad Vandalorum caſtra contendit. Eum ſimul ac Gelimer adeſſe cum peditatu reliquoque exercitu intellexit, tacitus, nec mandatum vllum relinquens, in equum inſilit, ac Numidiam verſus euadit, propinquis pauculisque famulis trepide ac ſilentio comitantibus. Vandalos omnes Gelimeris fuga latuit aliquamdiu: ea vero cognita, cum hoſtis iam appareret; maximus oriebatur in Vandalorum caſtis luctus, ac rerum omnium confuſio maxima.

§. 98.

δ) Accedunt Romani, deſertisque caſtris et gaza potiuntur, deinde in fugientes conuerſo impetu, totam noctem, quoscunque vi-

δ) ZONARAS: *Beliſarius autem Gelimero profligato, ereptaque Carthagine, totius Libyae eſt potitus, eamque Rom. imperio ſubiecit, a Vandalis per annos XCV. occupatam, et Gelimerum viuum cum vxore et liberis comprehendit.* [reliqua v. ad §. 106.] THEOPHANES: *Roman: dato aditu — trimeſtri ſiquidem bello, ab Octobris exordio ad Decembris exitum Libyam vniuerſam Beliſarius ſubegit. Miſit autem Ioanem Armenium — ceperint. Is Gelimerem aſſequutus iam manibus tenebat — Gelimer itaque ea die fuga arrepta, ad Mauruſios ſe recepit: Belliſarius autem fugientem inſequutus, in monte Papua ad extrema Numidiae*

δ) Procopius de B. V. L. II. c. 3. phanes p. 167, 168. Anaſtaſius p. 60. p. 242. Zonaras T. II. p. 65. Theo-

viros offendunt, mactant; pueros ac foeminas ſeruituti addicunt. Caeterum in caſtris illis pecuniae vis tanta reperta eſt, quanta nulla vnquam vno in loco. Siquidem Vandali iam inde olim crebris direpto incurſionibus Rom. imperio, grandes auri aceruos in Africam transuexerant. Praeterquam quod, cum vberrima ſit regio, frugibusque ad vitae vſus maxime neceſſariis abundet, prouentum pecuniae, quam inde conficiebant, numquam alio annonae cauſa diſtraxerant; ſed ibi congeſſerant, praediis fruiti *per annos* XCV. *quamdiu Vandali in Africa regnarunt.* Itaque auctae in immenſum diuitiae, in manus Romanorum eo die redierunt, quo edita pugna fugati, caſtrisque exuti ſunt Vandali, elapſo ab exercitus Romani in vrbem Carthaginem aduentu trimeſtri ſpatio, iamque ad dimidium acto menſe vltimo, quem Romani Decembrem vocant.

§. 99.

57. 'Beliſarius ſuis, qui prae cupiditate praedae parum curabant omnia, tandem ad officium reductis', Ioannem Armenium, cum CC. inſtare Gelimeri iubet, nec diu, nec noctu interſpirare, donec viuum aut mortuum ceperint. 'Tum Vandalis, quos iam non niſi in templis ſupplices capere erat, in fidem receptis, armisque exutis', ipſe quoque in Gelimerem magnis itineribus vadit, copiarum parte maxima ſtipatus.

Ioannes diebus quinque, totidemque noctibus Gelimerem inſecutus, ac iam fere aſſecutus, cum eo poſtridie congreſſurus erat. 'Sed caſu tunc accidit, vt Vliaris Beliſarii praetorianus, ebrius, anim auem ſagitta peteret, Ioanni ceruicem transuerberaret imprudens. Milites, omiſſo Gelimeris inſequendi conſilio dum Ioanni, quamdiu ſpirauit, curationem adhibent, mortuo iuſta ſoluunt, eo die Gelimer hoſtes euaſit'.

§. 100.

incluſum obſedit. ANASTASIVS : *Praeterea tot pecunias — a Kalendis Oct. vsque ad Kal. Decembr. totam Lybiam ſubdidit — obſedit.* [reliqua vt Theophanes omnia.]

57. PROCOPIVS de B. V. L. II. c. 4. p. 241-245. reliqui II. cc.

a. C. 533.

§. 100.

Gelimerem deinceps inſequens Beliſarius, cum Hipponem Regium, vrbem Numidiae maritimam — perueniſſet, cognouit, non poſſe capi a Romanis Gelimerem, occupato iam monte Pappua: qui in finibus Numidiae ſitus, verticem admodum praeruptum et inacceſſum habet, arduis eminentibus vndique ſcopulis. Eum Mauri barbari incolunt, quibuscum Gelimer amicitia atque ſocietate coniunctus erat. Montem extremum inſidet Medenus, vrbs antiqua, vbi Gelimer cum comitatu ſe continebat. At Beliſarius, cum tentare montem nequiret, praeſertim hyeme, nec ſine damno ſe abeſſe poſſe Carthagine exiſtimaret, rebus adhuc pendentibus; montis obſidionem delectis militibus ac duci Pharae 'Erulo' a) demandat, — ac, diligenti prouideret cuſtodia, ne Gelimeri e monte effugium, neu commeatui ad illum aditus pateret, edixit. Nec defuit mandatis Pharas.

Quotquot autem in Hipponis Regii templa confugerant Vandali, qui plurimi certe et optimates erant, Beliſarius, data fide, inde illos amouit, et Carthaginem cuſtodiendos miſit —.

CAPVT XI.

Res Vandalorum post Gelimeris fugam; gens debellata.

a. C. 534.

§. 101.

ERAT in numero domeſticorum Gelimeris Bonifacius ſcriba, natione Afer, ortu Byzacenus; quem Gelimer ſibi fidiſſimum expertus, belli huius initio in nauem expeditiſſimam cum omni regia 58.

a) Cfr. *Herulica* §. 26.

58. PROCOPIVS de B. V. L. II. c. 4. p. 245.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 534.

regia gaza impoſuerat, iuſſeratque Hipponem Regium appellere, ac, ſi rem Vandalicam labare cerneret, iisdem cum opibus in Hiſpaniam curſum maturare, et Viſigotthorum principem Theudin adire: quo et ipſe euaſurum ſe ſaluum ſperabat, ſi belli fortuna Vandalis male cederet. Ibi quidem tamdiu ſubſtitit Bonifacius, quamdiu ſpe aliqua res Vandalorum ſubnixae erant; ſtatim autem poſt Tricamarenſem pugnam, et caetera, quae narrauimus, ex praeſcripto Gelimeris vela fecit. At reflans ventus in portum Hipponis Regii inuitum repulit. Quo cum veniſſet Beliſarius, Bonifacius ei per nuntios ſignificauit, ſe ipſi gazam regiam traditurum, ſi ſibi cum ſuis rebus incolumi abire liceat. Quibus fidem iureiurando ſancitam cum dediſſet Beliſarius, diuitias Gelimeris accepit; Bonifacium cum ſuis dimiſit, magnam partem auri Gelimeris depeculatum.

§. 102.

59. Reuerſus Carthaginem Beliſarius, Vandalos omnes paratos eſſe iuſſit ad proficiſcendum primo vere Byzantium: tum copias huc atque illuc emiſit, vt Romanis recuperarent, quaecunque Vandali obtinuerant. At Cyrillum quidem valida ſuccinctum manu in Sardiniam deſtinauit, cum abſciſſo Tzazonis capite; propterea quod eius incolae Romanis dedere ſe recuſabant, ſibi metuentes a Vandalis, nec putantes vera eſſe, quae illis apud Tricamarum accidiſſe fama vulgauerat. Eidem Cyrillo iniunxit, vti partem exercitus in Corſicam mitteret, atque inſulam ad Romanam ditionem a Vandalica reuocaret. — Ille in Sardiniam delatus, Tzazonis caput oſtendit incolis, et vtramque inſulam vectigalem, vt prius, imperio Romano facit.

Ioannem cum cohorte peditum, quibus ipſe praeerat, Caeſaream Mauritaniae Beliſarius miſit. — Ioannem alterum, e ſcutariis ſuis vnum, ad fretum Gaditanum et columnam alteram Herculis iuſſit eo properare conſilio, vt poſitum ibi caſtellum, quod ſeptum appellant, reciperet.

Ad inſulas vero—Ebuſam—Maioricam et Minoricam Apollinarium miſit, natione Italum: quem adoleſcentulum acceperat Afri-

ca,

59. Id. ibid. c. 5. p. 246.

a. C. 534.

ea, ac multa pecunia donauerat Ildericus, tunc temporis rex Vandalorum. Ilderico autem a gubernaculis in carcerem deiecto, ille cum Afris, rerum Ilderici adminiſtris, Iuſtinianum Aug. ſupplex adierat. Romanam deinde claſſem et ſuſceptam in Gelimerem Vandaloſque expeditionem ſequutus, ſtrenuum ſe virum praeſtitit in hoc bello, maximeque in pugna Tricamarenſi. Quocirca Beliſarius has inſulas eius fidei credidit. —

§. 103.

Miſſis etiam in Siciliam, qui extructum in Lilybaeo caſtel- 60
lum eo nomine occuparent, quod ditioni Vandalicae attributum fuiſſet, repulſam tulit; Siciliam omnem ſibi mordicus aſſerentibus Gotthis, illudque caſtellum ad Vandalos pertinere inficiantibus. — Beliſarius, de re tota certiore facto imperatore, nihil mouere ſtatuit, donec eius mandata accepiſſet.

§. 104.

Iam Pharas ad obſidionis et hybernae tempeſtatis taedium ſpem 61
adiungens, fore, vt Mauri montani obſtare minime poſſent; Pappuam ſuperare aggreditur impigre. 'Sed a Mauris ſtrenue repulſus cum e ſuis cx. amiſiſſet, recepit ſeſe, neque auſus eſt amplius tentare aſcenſum, ſatis habens, vt neminem neque inde elabi, neque eo quidquam foris importari ſineret, et ita fame tandem ad deditionem compelleret obſeſſos'.

§. 105.

a) Ibi Gelimer, et qui eum ſecuti fuerant, ipſius cum e ſorore, tum ex fratre nepotes, aliique nobiles, iis aerumnis ſunt conflictati, quas nemo verbis exaequare poſſit. Enimuero natio-

num

a) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Per hyemem vero poſita obſidione, rerum neceſſariarum penuria, et in anguſtum premi coepere,*

60. Id. ibid. p. 247. 248. locum integrum vide in *Gothicis* §. 132.

61. PROCOPIVS de B. V. L. II. c. 5. p. 248-250. Theophanes p. 168. Anaſtaſius p. 60.

num omnium, quas nouimus, nulla victu lautiori gaudebat, quam Vandali: rurſus nulla aridiori ſeſe ſuſtentat, quam Mauri. Nam illi, ex quo Africam occupauerant, quotidianis omnes balneis, et menſae conquiſitis terra marique ſuauiſſimis cibis extructae inſueuerant. Aureo plerique cultu, et veſte Medica (ſericam appellant hodie) ſplendidi, in ſpectaculis ac ludis circenſibus caeterisque deliciis, praeſertim in venatione, toti erant. Saltatoribus ac mimis inſtructiſſimi, aurium oculorumque voluptatibus affluebant, quos homines ex concentibus muſicis, et rebus ad aſpectum praeclariſſimis capiunt. Multi in pomariis benigniſſime riguis atque optime conſitis habitabant. Crebra inter illos conuiuia, et in omni re venerea accurata exercitatio. Mauri vero hyemem aeque vt aeſtatem, aliasque tempeſtates traducunt in caſulis, vbi reſpirare vix queas —. Ipſis pro lecto humus: diuites pellem villoſam ſibi forte ſubſternunt. Craſſo pallio, tunicaque aſpera ſemper induti —. Panis, vino, caeterisque mitioris victus commodis carent; far autem, olyram atque hordeum, nec mitigata igni, nec commolita, mandunt iumentorum ritu. Ita natis factisque Mauris iamdiu permiſti Gelimeris comites, et ab illa ſua viuendi ratione eo miſeriae deducti, vt vel maxime neceſſaria iam ipſos deficerent, ſuccumbebant, ac mortem ſuauiſſimam, ſeruitutem non indecoram eſſe ducebant.

§. 106.

Re Pharas intellecta, has ad Gelimerem litteras dedit. „Equidem et ipſe ſum barbarus, et litterarum rudis, nec vnquam conſuetudinem cum Muſis habui. Quae tamen vt homo nequeo ignorare, ea ad te, natura ipſa dictante, ſcribo. Vnde fieri dicam, chare Gelimer, vt te ac tuos omnes in hoc barathrum calamitatis demiſeris, ne iugum accipias? Hoc enim, niſi fallor, iactas, ac libertatem obtendis, tanquam dignam, cuius cauſa aerumnae quaelibet ſubeantur. Nec tamen vides, te infeliciſſimae Maurorum faeci

nec enim panis, vinum aut oleum apud Mauruſios enaſcitur, ſed olyra ſola et hordea, animalium ratione carentium more, eaque nondum ſubacta, [immatura. Anaſt.] *comedunt.*

a) αὐλῶν οἱ πολλοί.

Eeci ſeruire, dum in ea ſalutis ac dignitatis tuae ſpem figis. At nonne praeſtaret ſubeſſe domino apud Romanos vel ad mendicitatem redactum, quam Pappuae ac Maurorum tyrannum eſſe? Probroſum ſcilicet ſupra quam dici poſſit, ac turpe ducis, ſubditum eſſe cum Beliſario eidem principi. Apage iſtiusmodi cogitationem, praeclariſſime Gelimer. An non et ipſi claris orti natalibus, imperatori obſequi gloriamur? Porro ferunt, conſtitutum eſſe Iuſtiniano Aug. aſcribere te ſenatui, ſummo patriciatus honore ornatum, et optimo latifundio, pecuniaque ingenti donare; ac velle Beliſarium, data fide, haec omnia in ſe recipere, ac praedem fieri. Tu quidem aduerſos fortunae caſus omnes magno ferre animo potes, hac opinione imbutos, nihil ab ipſa inuectum eſſe, quod tibi, quippe homini, patiendum non ſit neceſſario. Verum ſi Deo placet aerumnas tuas bono aliquo temperare; id tu videlicet vltro reſpuas? Nonne aeque neceſſaria cenſenda ſunt munera fortunae, ac damna? Ita profecto ſentiant vel maxime ſtupidi. Iam quidem te malis merſum credibile eſt conſilio defici: nam huius inopiam parere triſtitia conſueuit, cum mentem perculit, ſi vero id conſequaris, vt ſuſtineas animum, nec fortunae mutationem acerbius feras; promptum erit optima quaeque amplecti, teque vrgenti expedire calamitate."

β) His Gelimer lectis litteris, grauiter flens, ita reſcripſit. „Quod mihi conſilium dediſti, magnam habeo tibi gratiam: vt autem hoſti iniuſto ſeruiam, id vero mihi intolerandum videtur. Si Deus faueret, repetere poenas ab eo vellem, qui, a me nunquam nec facto violatus nec verbo, bello, cuius nulla eſt cauſa legitima, praetextum praebuit, meque in hunc ſtatum redegit, ac-

β) THEOPHANES, ANASTASIVS: *In eam calamitatem adductus Gelimer* [τοιουτοις Γελιμερ περιπεσων, *Hos incidens Gelimer.* Anaſt.] *a Pharano, quem Belliſarius ad obſidionem continuandam reliquit, citharam, panem vnum et ſpongiam ſibi mitti per litteras petiit. Pharano haeſitanti, nec, quid haec ſibi vellent, aſſequuto, qui tulerat epiſtolam tabellarius addidit: Non-*

β) Procopius de B. V. L. II. c. 6. ſius p. 60. Zonaras T. II. p. 65. p. 250. Theophanes p. 168. Anaſta-

accito, neſcio vnde, immiſſoque Beliſario. Non improbabile eſſe ſciat, paſſurum ipſum, tanquam hominem ac principem, eorum aliquid, vnde abhorret. Nequit vltra progredi ſtylus, auferente mentem calamitate, quae me circumuenit. Vale, amice Phara, et mihi, quod Te oro, citharam, panem vnum ac ſpongiam mitte.,,

§. 107.

Haec Pharas cum perlegiſſet, haeſit aliquamdiu circa poſtremum epiſtolae caput, ignarus, quo id ſpectaret; donec expoſuit tabellarius, panem vnum a Gelimere peti, ipſius tandem videndi guſtandique cupido; non enim panem vidiſſe coctum, ex quo Pappuam aſcendiſſet: opus habere ſpongia; quod oculorum eius alter intumuiſſet illuuie exaſperatus: cum vero fidicen peritus eſſet, carmen de infelicitate ſua a ſe compoſitum flebilibus lyrae numeris aptare velle, et plorando modulari. Quo Pharas audito, condolens, atque humanam ſortem deplorans, epiſtolae ſatisfecit, ac Gelimeri, quidquid poſtulauit, miſit. Tum perſtans in obſidione, aditus omnes diligentius cuſtodiuit.

§. 108.

62. γ) IN hac obſidione menſibus elapſis tribus, et hyeme iam exeunte, Gelimerem timor inuaſit, ſuſpicantem obſeſſores illuc propediem aſcenſuros. Com-

dum viſo pane, ex quo montem aſcendit Gelimer, panem videre deſiderat; — miſit. [ſimilia omnia.] ZONARAS: *Ferunt, eum, dum in regione Maurorum aſpera cum ſuis obſidetur, annona deſtitutum, a tribuno, quem Beliſarius obſidioni praefecerat, petiiſſe panem, citharam et ſpongiam: qui cum non intelligeret, qua de cauſa iſta peteret, nuncium interrogaſſe; eum vero reſpondiſſe: panem petiiſſe, ſpectandi deſiderio, quod nullum vidiſſet, ex quo Carthagine excidiſſet; nam barbaros, apud quos agat, miſere victitare: ſpongiam, vt lachrymas extergat: citharam, vt ea calamitates ſuas deploret.*

γ) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Exacta iam hyeme, veritus Gelimer, ne magis ſtricta Romanorum obſidione premeretur, filiorum maxime ſui generis, qui vermibus ſcatebant et laborabant,*

62. PROCOPIVS de B. V. L. II. c. Anaſtaſius p. 60, 61. Zonaras T. II 7. p. 250-252. Theophanes p. 168, 169. p. 65.

a. C. 534.

Complures pueri, propinqui eius, putreſcentibus paedore corporibus, vermicabant. Et quanquam omnibus indolebat animo Gelimer; prae ſe tamen ferebat conſtantiam, vno mortis periculo flexibilem, in aerumnis praeter opinionem perſtans atque obdurans: donec ſub ipſius oculis res ita contigit. Foemina quaedam Maura confectam e pauxillo frumento, vtcunque contuſo, placentulam, in fauillam foci immiſerat: quo pacto panes coquere ſolent Mauri. Aſſederant ad focum pueri duo: quorum alter Gelimeris erat ex ſorore nepos; alter filius foeminae, quae in cinerem placentam iniecerat. Ambo rabida inſtincti fame, inhiabant placentae, hanc parati rapere, ſimul cocta videretur. Promptius irruens puer Vandalus, eam praeripit, et feruentiſſimam adhuc, multoque obductam cinere, fame victus in os inijcit et abſorbet. In comam ſocius inuolat, et ſemel iterumque impacto maxillae pugno, multa vi placentam excutit, iam fauces implentem.

§. 109.

Rem totam ab initio contemplatus Gelimer; luctuoſo ſpectaculo victus ac mollitus animo, ſtatim has ad Pharam litteras exarat.

 „Si

miſertus; animo emollitus et omnino fractus, ad Pharanum reſcripſit, vt, data ſecuritatis fide, ipſe cum ſuis ad Belliſarium transire poſſent. Pharanus interpoſito iusiurando cum Gelimeri feciſſet ſatis, cunctos in poteſtatem receptos Carthaginem deduxit: eumque Belliſarius gratanter omnem in modum excepit. Gelimer porro ridens ad Belliſarium acceſſit: ex quo calamitatis et doloris vehementia eum naturali mentis ſtatu alienatum et in inſaniam actum nonnulli ſuſpicabantur: amici prudentem praedicabant et ſagacem, qui, cum regia ſtirpe procreatus regnum prius teneret, locorum et hominum firmo potiretur praeſidio, et immenſis divitiis abundaret, vno temporis momento fugam et omnis generis moleſtias Papuae ſubire coactus, nunc demum captiui ſpecie oppreſſus, nullius alterius, quam copioſi riſus dignas res humanas omnes exiſtimabat. Eum porro cum optimatibus Vandalorum omnibus a dedecore longe et contemptu, ſub tuta licet cuſtodia tenuit Belliſarius, vt eum ad imp. Iuſtinianum Byzantium deduceret. Continuo vero [cfr. §. 111, 112.]

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 534.

„Si quis vnquam obfirmato pectore aduerſa paſſus, de ſententia deceſſit; eum me eſſe puta, praeclare Phara. Animum ſubiit conſilium tuum; quod iam ſane aſpernari nolo. Obluctari fortunae et cum fato rixari deſinens, quocunque vocat, ſine mora nunc ſequar. Da ſolum operam, vt fide interpoſita recipiat Beliſarius, praeſtiturum imperatorem, quaecunque pollicitus es mihi nuper. Statim vt fidem accepero, cum propinquis ac Vandalis, quotquot hic adſunt, me vobis dedam.„

Haec per litteras Gelimer: quibus Pharas, cum prioribus illis quae ſcriptae vltro citroque fuerant, Beliſario impertitis, eum rogat, vt, quid fieri velit, quamprimum ſignificet.

§. 110.

Beliſarius, cum Gelimerem viuum ad imperatorem ducere maximopere cuperet, perlectis litteris, mirum in modum gauiſus eſt, ac Cyprianum, Foederatorum ducem, cum aliis nonnullis ad montem Pappuam miſit, iuſſum fidem aſtringere iureiurando, incolumem fore cum ſuis Gelimerem, ab Auguſto honorifice habitum iri, nec ipſi quidquam defuturum. Ad Pharam illi cum perueniſſent, vna cum eo ſe contulerunt ad montis radices; quo et ipſe venit accitus Gelimer, et accepta fide ex animi ſententia, Carthaginem cum ipſis profectus eſt.

§. 111.

Cyrillum cum capite Tzatzonis in Sardiniam inſulam miſit, quam ille poſtmodum in Romanorum poteſtatem recepit. Ioannem autem alterum Caeſaream, quae Mauritaniae eſt — et inſuper alterum Ioannem vnum ex ſatellitibus ad fretum Gaditanum miſit, qui caſtrum, quod ſeptum vocant, occuparet: Apollinarium vero, virum bello egregium, ad inſulas Maioricam atque Minoricam deſtinauit, et in Siciliam nonnullos milites ex Libya, qui Vandalorum arcem ſub praeſidio tenerent. Caſtri vero cuſtodes Gotthi iſtud Atalarichi matri litteris manifeſtarunt. Illa Beliſario, ne caſtrum tyrannice expugnaretur, priusquam imp. Iuſtinianus certior fieret, ſuumque ſuper ea re conſilium explicuiſſet, ſignificat. Ita demum Vandalica bella finem habuere — coërceret. [reliqua ſimilia omnia.] ZONARAS: *Facta porro cum ſuis deditione, ad Beliſarium viuus eſt perductus, interim ridens: vt, qui videbant, eum errore mentis affici crederent, ob*

a. C. 534.

§. 111.

In ſuburbano, cui nomen Aclas, commorans tunc Beliſarius, ibi illum accepit, effuſe palam ridentem. Quo viſo, quidam e ſtatu mentis deiectum eſſe calamitatis ingentis vi, ac, iam delirum, ridere ſine re iudicabant. Amici vero pugnabant, acri ipſum iudicio pollere et humana omnia riſu tantum digna maximo ducere: poſtquam ipſe regio ſanguine cretus, regnum adeptus, ſummis opibus diuitiisque ampliſſimis a puero ad ſenectutem fruitus, fugiſſet, trepidaſſet, duriſſima pertuliſſet in monte Pappua, iam denique captiuus teneretur, vtramque fortunam plene expertus. At illum Gelimeris riſum pro ſuo quisque ſenſu, tum amicus, tum inimicus, interpretetur. Mox Beliſarius captum Gelimerem ſeruari Carthagine imperatori ſignificat, inſtatque, vt cum eo Byzantium ſibi liceat nauigare. Interea ipſum omnesque Vandalos in liberali habens cuſtodia, claſſem ornauit. —

§. 112.

Hic fuit exitus belli Vandalici. Iam vero indiuidua magnae 63.
felicitatis comes inuidia in Beliſarium ringebatur; quamuis ab eo nulla daretur anſa obtrectationis. Ad imperatorem duces quidam illius nomen de tyrannidis ambitu, vnde erat alieniſſimus, detulerunt. [c] Hinc Auguſtus [a] Salomonem miſit, atque optionem fecit Beliſario, malletne cum Gelimere ac Vandalis venire Byzantium, an manens in Africa, ipſos mittere. Ille haud ignarus, ſibi a ducibus inferri crimen affectatae tyrannidis, proficiſci Byzantium maturabat, vt calumniam obtereret, eiusque artifices coerceret. —

calamitatis magnitudinem. Sed res aliter ſe habebat. Nam dum fortunae ſuae commutationem animo reputaret, humana omnia ridicula eſſe exiſtimabat. Beliſarius vero et ipſum et duces Vandalorum in cuſtodia honorifice habuit, vt ad imperatorem adducerentur. Capit et Siciliam inſulam, de qua ſupra a me dictum eſt, et ad Gades vsque ſubactis omnibus: ſic demum Byzantium eſt reuerſus, et ipſum Gelimerem cum vxore, liberis, cognatis et omnibus eius miniſteriis adduxit.

[c]. PROCOPIVS de B. V. L. II. c. Anaſtaſius p. 61.

[a]. p. 252, 253. Theophanes p. 169.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 534.

§. 113.

64. IAM qua ratione foedus icerint cum Beliſario, idemque [nunc] violarint [Mauri], expediam. Cum eſſet opinio, venturam in Africam Auguſti claſſem, ſibi inde timentes Mauri, fatidicas mulieres conſuluerunt—, quae ſcitantibus reſponderunt: „ Ex aquis exercitum, Vandalorum excidium, Maurorum cladem ac perniciem affore; quando cum Romanis dux imberbis veniſſet „. Quo Mauri audito, vbi imperatoris exercitum mari erumpentem videre, perterriti ſocietatem Vandalis renuntiarunt, ac pace per oratores — ſancita cum Beliſario, nihil mouere, exitus expectatione ſuſpenſi. Acciſis Vandalorum rebus, deſtinant ad Rom. exercitum, qui explorent, ſitne dux inter eos aliquis imberbis. 'Talem non eſſe; et Beliſarium cum ſcutariis atque haſtatis protectoribus et Vandalis diſceſſum parare cum cognouerunt'; ſumptis improuiſo armis, omnes nocendi artes in Afros exercuere. Hos vt vlciſceretur, Salomoni Beliſarius maximam praetorianorum ſuorum partem reliquit, cui deinde et alias copias ſummiſit Iuſtinianus'.

§. 114.

ET quoniam vectigalia iam in litteris et codicibus rationariis reperiri non poterant, prout olim perſcripta fuerant a Romanis; quippe illa ſuppreſſerat ipſo regni ſui initio Gizericus, et omnino ſuſtulerat: Tryphonem atque Euſtratium Auguſtus miſit, cuique tributum deſcripturos proportione; quod Afris immodicum et intolerabile viſum eſt.

§. 115.

65. δ) POSTQVAM Byzantium Beliſarius cum Gelimere Vandalisque aduenit, honoribus affectus eſt, qui quondam Romanis ducibus

δ) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Subinde cum Gelimere et Vandalis Byzantium profectus — duxit. Ita quidem antiquo more ex domo ſibi propria ad circum vsque pedes proceſſit* [ὄυ]ω πα-

64. PROCOPIVS de B. V. L. II. c. 9. p. 255, 256. Theophanes p. 169,
δ. p. 253, 254. 170. Anaſtaſius p. 61. Zonaras T. II.
65. PROCOPIVS de B. G. L. II. c. p. 66.

cibus, maximas clariſſimasque victorias conſecutis, decernebantur: cum nemo iam ab annis circiter DC. adeptus eos fuiſſet, praeter Titum, Traianum ac caeteros imperatores, qui ducto in barbaram aliquam nationem exercitu, victores redierant. Etenim ſpolia et captiuos ſpectandos exhibens—triumphum per vrbem mediam duxit; non veteri tamen more. Siquidem a ſuis aedibus in Circum vsque pedibus proceſſit; ibique a carceribus ad ſolium imperatoris.

In ſpoliis videre erat quaecunque regiis vſibus addici ſolent: ſellas aureas, vehicula vxoris principis, mundi gemmei ingentem vim, pocula ex auro, epularem omnem ſupellectilem regis, talentorum argenti multas myriadas, et magnam regiorum vaſorum copiam: quae Gizericus, vti ſupra memorauimus, in Rom. palatio compilauerat. In his vaſa Iudaeorum erant, quae Titus Veſpaſiani filius, poſt Hieroſolymorum excidium, Romam cum aliis aſportauerat. [c] Et haec quidem imperator in Hieroſolymitana Chriſtianorum templa deferri iuſſit [b].

Porro hos triumphus captiuos habuit; Gelimerem ipſum, cum veſte purpurea, circumdata humeris; propinquos ipſius omnes; e Van-

παλαιῳ μεντοι τροπῳ, ἀλλα πεζῃ &c. e Procopio corrigenda ſunt: ὀυ τῳ παλαιῳ &c.] *Fuere vero ea ſpolia — aſportauerat. Captiui in triumphum ducti fuerunt, Gelimer — compulſus eſt. Poſt haec Ilderichi filios et nepotes — noluit.* ZONARAS: *ob quae magnus ei honos eſt ab imperatore habitus, et triumphus decretus, et ludi equeſtres in Theatro acti, ipſo imperatore de more praeſidente, et ſenatu omnique populo praeſente. Procedebat autem Beliſarius dux* [ἐκ της των ἱππων ἀφελη ειας omiſit interpres.], *Gelimeri ſubſequentis purpurae manu innixus* [της πορφυριδος τȣ Γελιμερος παρεπομενȣ ἐχομενος τῃ χειρι], *comitantibus centurionibus et tribunis, et Gelimeri cognatis. Cum iam ad imperatorem peruentum eſſet, Belliſarius Gelimero perſuadet, vt humi procumbat, et imperatorem adoret. Facit ille, vt iubebatur, lachrymis oppletus. Procumbit et ipſe Belliſarius, vt Gelimero oſtenderet, eum id facere iuſſum, non vt captiuum, ſed quia moris ſit hoc modo adorari Romanorum imperatores, eiusque calamitatem ſubleuaret. Cum eundem honorem et imperatrici habuiſſet Gelimerus, hoſpitio ſplendido et regiis miniſteriis iam ante praeparatis excipitur,*

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 534.

Vandalis proceriſſimos quosque, et oris dignitate praeſtantes. Circum ingreſſus Gelimer, vbi Auguſtum ſublimi in ſolio ſedentem, ſtantemque hinc inde populum vidit, et animum ad ſe referens, quo infortunii deueniſſet, attendit, nec lachymas, nec gemitus edidit; at ſemper in ore habuit vocem illam, ex Hebraeorum monumentis petitam: Vanitas vanitatum et omnia vanitas. Vt ventum eſt ad Caeſareum ſolium, exuta purpura, prono vultu procumbere, et Iuſtinianum Aug. adorare compulſus eſt: quem honorem Beliſarius quoque perſoluit, cum Gelimere ſupplex.

§. 116.

Imperator autem Iuſtinianus ac Theodora Auguſta Ilderici filias, et omnem Valentiniani Aug. proſapiam multa pecunia donarunt: Gelimeri fundos in Galatia aſſignarunt, non contemnendos; vbi ipſi cum propinquitate habitare licuit. At patriciorum ordini ideo non fuit aſcriptus, quia ab Arianiſmo diſcedere noluit.

§. 117.

e) Haud multo poſt Beliſarius alterum, et veteri quidem more, triumphum egit. Nam illum conſulem captiui portarunt: idemque e curuli illas ipſas belli Vandalici manubias populo ſparſit. Siquidem Beliſario conſule vaſa argentea, zonas aureas, aliarumque re-

e) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Acto triumpho Belliſarius ſubinde conſulatum geſſit, et ex eius victoria id nummorum munus, quale nusquam auditum, populus Byzantinus accepit.* ZONARAS: *Poſt dies aliquot, cum iterum ludi equeſtres in Theatro agitarentur, ſpolia bellica per mediam vrbem oſtentata, in ſtadium inferuntur, iacula, ſellae, muliebres lecticae, omnia aurea et pretioſis lapillis exornata, et ſponda eiusdem generis, auratique tapetes, et vtenſilia menſarum partim aurea, partim argentea, pocula item aurea, gemmis interpolata, purpureaeque veſtes, et pepla eiusdem generis, coronae regales, ornamenta mulierum gemmis et margaritis interpuncta, aliaque plurima et pene innumerabilia: et poſt haec omnia ciſtae ſeptem auro plenae, et libri ſacrorum Euangeliorum vndique auro refulgentes, et omnis generis lapillis diſtincti. Ac triumphus huiusmodi fuit: Beliſario autem etiam conſulatus eſt delatus.*

rerum pretioſarum, quas habuerant Vandali, magnam copiam populus rapuit, ac dies partem eorum, quae deſuetudine iampridem abierant, reuocare viſa eſt. *b)*

§. 118.

MAVRI, Vandalis ſaepe victis, quam appellant nunc Mauritaniam, a Gadibus ad Caeſareae limites pertinentem, et reliquae Africae partem maximam occuparunt. 66.

§. 119.

NVLLA caſtellis [in monte Auraſio] cura [a Mauris] impenditur. Ex quo enim Mauri Vandalos exegerunt Auraſio, nihil timuerunt. 67.

§. 120.

HIS quondam irati barbaris [Mauris] Vandali, exiguam eorum manum cum vxoribus ablegauerant in Sardiniam, ibique clauſos continebant. 'Et cum iis procedente tempore Romani bella geſſerunt.' 68.

CAPVT

b) Belli Vandalici praeterea meminit Procopius de B. V. L. II. c. 11. p. 259. [Salomon in litteris ad Maurorum duces datis] *At vos*, inquit, *Vandalorum, qui communem vobiscum regionem habuerunt, propinquo exemplo monitos quae tanta cepit inſania, vt in magnum imperatorem arma capere non ſitis veriti.* Ibid. p. 260 Salomon ſuos ad fortiter contra Mauros pugnandum dum hortatur, *Cogitate*, inquit, *Maurorum victores Vandalos, a vobis ſine puluere ac ſudore deuictos, in ius et poteſtatem veſtram veniſſe, nec conſentaneum eſſe, vt fortiorum domitores ab infirmioribus terreantur.* ibidem p. 261. Maurorum duces, vt ſuis animos adderent, *Si quis*, inquiunt, *e victoria Vandalica coniicit, eſſe illos* [Romanos] *inuictos, is profecto fallitur. Etenim nunc fortuna Beliſarium, cui maxime victoria illa aſcribenda eſt, a nobis procul amouit. Quanquam et nos victis ſaepe Vandalis ac minutis eorum viribus faciliorem et proniorem viam ad victoriam Romanis muniimus.* Ibid. c. 12. p. 263. Salomon Romanos ad pugnam educens, *Mauris*, inquit, *pariter ac Vandalis debellatis Africae bonis et commodis omnibus perfruemur.* Agathias p. 8. *E Procopii Scriptis optime cognoueris Gelimer Vandalum* [Βανδίλον] *Carthaginemque vrbem, atque adeo vniuerſam Afrorum regionem a Bonifacio et Geſerico* [Γεζερίχε], *multis poſt defectionem temporibus, Iuſtiniano ſubiugatam, rurſumque Rom. imperii partem factam.*

66. PROCOPIVS de B. V. L. II. c. 10. p. 258.

67. Id. ibid. c. 13. p. 266.

68. Id. ibid. p. 268.

Imp. IVSTINIANO I.

CAPVT XII.

Noui Vandalorum motus.

a. 10. Iuſtiniani I.

§. 121.

a. C. 536.

α) 69. POSTQVAM acie fuſi ſunt Vandali, quemadmodum ſupra narrauimus, eorum filias atque vxores in matrimonium Romani milites duxerunt. Tum virum quaeque ſuum inſtigare ad occupandas poſſeſſiones, quas ipſae prius tenuerant; cum dicerent, iniquum eſſe, tum ſe illis potitos, cum eſſent Vandalorum coniuges; iam vero Vandalorum victoribus connubio iunctas e ſuis fundis exturbari. His inducti milites, Salomoni, Vandalorum praedia partim in publicum, partim in fiſcum redigere volenti, obſiſtere ſtatuerunt —. Seditionis haec cauſa extitit.

Acceſſit altera, quae non minori, immo vero maiori vi in Africa cuncta miſcuit. Erant forte in caſtris Romanis milites Ariani ſaltem mille: quo in numero multi barbari: inter hos Eruli aliquot. His maxime ad ſeditionem faces Vandali ſacerdotes ſubdebant, frementes ereptam ſibi facultatem vacandi, vt ſoliti erant, rei diuinae, et ad myſteria ſacraque omnia praecluſum aditum. — Inprimis feſtum Paſchale eos vrebat, quo infantes ſuos diuino lauacro mergere, caeterisque ad feſtum hoc pertinentibus operari prohibebantur.

§. 122.

Tum etiam — aliud incidit, eorum, qui ſeditionem moliebantur, conſilio promouendo accommodatum. Vandalos a Beliſario Byzantium transportatos imperator in equeſtres numeros quinque deſtribuerat, vt eſſent in orientis vrbibus perpetui ſtationarii; quos et *Iuſtinianorum Vandalorum* nomine inſignitos nauibus in orientem deſerri iuſſerat. Eo quidem pars illorum a) maxima peruenit;

α) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Imminente ſolemnitate Paſchali, Romani, qui in Libya morabantur, in Salomonem tumultuati*

69. PROCOP. de B. V. L. II. c. 14. p. 269. Theophanes p. 172. Anaſtaſius p. 62.

a) Ex illorum numero procul dubio fuerunt, qui vna cum aliis barbaris tentorium Beliſarii cinxerunt, cum Abandanem, Choſrois legatum, excepturus eſſet. Procopius de B. P. L. II. c. 21. p. 138.

uenit; vbi et numeros militares, in quos ſuere contributi, implentes, cum Perſis etiamnum belligerant. Caeteri, circiter CD. vbi in Lesbum ventum eſt, obliquarunt velorum ſinus, et, nautis fruſtra obnitentibus, in Peloponneſum appulere: vnde cum ſoluiſſent, ad deſertum quoddam applicuerumt Africae littus: relictis ibi nauigiis vaſisque collectis, in montem Auraſium ac Mauritaniam euaſerunt. His animati, qui ſeditioni ſtudebant, milites ‘de Salomone primo ſolemniorum Paſchalium die interficiendo conſilium ineunt.

§. 123.

Seditioſi — direpta Carthagine, in campum Bullae conueniunt, 70.
et Stotzam Martini ſtipatorem — tyrannum ſibi deligunt. — Ille coactos ad octo millia milites cum armaſſet, Carthaginem petiit. — Tum quoque ad Vandalos miſit, neque eos modo ſollicitauit, qui Byzantio cum nauibus elapſi redierant; ſed qui etiam ſecuti non fuerant Beliſarium: ſiue delituiſſent, ſiue a Vandalorum deductoribus relicti, neque vllo fuiſſent habiti numero. Erant hi numero ſaltem mille: qui breui ad Stotzae caſtra alacres confluxere, ſimul etiam ingens ſeruorum turba. ‘Cum his Stotzas Carthaginis obſidionem ſuſcepit.’

§. 124.

‘Seditioſi a Beliſario b) proelio victi’ ingreſſique Numidiam, 71.
ſe ibi denuo collegerunt, paucis deſideratis, quorum plerique fuere Vandali. — In caſtris repererunt Romani mulierum gregem, quae belli cauſam huius praebuerant.

ſunt hac occaſione. Mortuorum in bello Vandalorum vxores viduas ducentes illi, agros eorum ceu proprios poſſederunt, eorum tamen ratione imperatori tributa pendere noluerunt. Salomon autem ne imperatoris ſententiae aduerſum irent, quin potius quae de cerneret ipſe, vt redderent, exhortari. Ex ipſis vero, et ex Gotthis maxime nonnulli in Arianam haereſin defecerant, quos eccleſiae ſacerdotes ab eccleſiae communione tenuere extorres — quare ſolenni peragendo baptiſmo die ſeditio exorta initumque a militibus de Salomone in eccleſia interficiendo conſilium —

70. PROCOPIVS de B. V. L. II. c. 15. p. 272.

71. Id. ibid. p. 275. Theophanes p. 173. eadem omnia.

b) Stotzas ante proelium ſuos hortatur, et *Meminiſſe*, inquit, *debetis, vos, qui Vandalos ac Mauros viciſtis, ſudorem e laboribus bellicis plurimum, alios ſpolia omnia retuliſſe.* p. 274.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 536.

§. 125.

72. Stotzas a Romanis plane derelictus, cum Vandalis aliquot conceſſit in Mauritaniam. — Seditionis hic exitus [illegible]it.

a. 13. Iuſtiniani.

§. 126.

a. C. 539.

73. [c] Salomon a Iuſtiniano decimo tertio imperii anno in Africam miſſus, eam moderate rexit, in id incumbens, vt [2] Vandalos, qui remanſerant, eorumque vxores omnes ex Africa penitus exterminaret.

a. 17. Iuſtiniani.

§. 127.

a. C. 543.

74. Salomon, Salomonis, magiſtri militum, ex fratre nepos, puer a Mauris antea captus, ſe Vandalum eſſe et Salomonis ſeruum ſimulans, ab illis dimittitur [3].

§. 128.

75. Iterum Antalas [Maurorum Byzacenorum princeps] ac Maurorum exercitus in Byzacio coire, ſocio Stotza cum exigua Romanorum militum ac Vandalorum manu.

§. 129.

76. Stotziani milites — haud minus mille — Ioanne duce accurrerunt ad Gontharim [tyrannum]; qui lubens in vrbem [Carthaginem] eos accepit. Quingenti Romani erant; Hunni octoginta; caeteri Vandali.

a. 19. Iuſtiniani.

§. 130.

a. C. 545.

77. [c] Gontharide epulis familiares excipiente [2] — duo tori Vandalorum proceribus fortiſſimisque aſſignati ſunt.

§. 131.

78. [c] Artabanes, Artaſires et protectorum alii coniuratione facta cum occidiſſent Gontharim tyrannum; Vandalos et Gontharidis familiares ad internecionem caedunt. — Ioannes cum Vandalis aliquot profugit in templum; quos, inde fide publica eductos, Byzantium miſit Artabanes, et reſtitutam ditioni Caeſareae Carthaginem cuſtodiuit — anno XIX. imperii Iuſtiniani.

GEPAE.

72. PROCOPIVS de B. V. L. II. c. 17. p. 280.

73. PROCOPIVS de B. V. L. II. c. 19. p. 282.

74. Id. ibid. c. 22. p. 290. 291.

75. Id. ibid. c. 23. p. 291. Theophanes p. 177.

76. PROCOP. de B. V. L. II. c. 27. p. 300.

77. Id. ibid. c. 28. p. 302.

78. Id. ibid. p. 305. Theophanes p. 182.

GEPAEDICA

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

SVMMARIVM DE GEPAEDIBVS.

Hiſtoria Gepaedum.

GEPAEDES (Gepedes etiam et Gipedes vocant) eiusdem fuiſſe cum Gothis originis, eos olim in regionibus Iſtro vlterioribus verſus ſeptemtriones habitaſſe, et iam imperatorum Galli et Voluſiani temporibus (circa a. C. 253.) armis Romanos petiiſſe docent ſcriptores Byzantini.

Poſt antiquiſſimam hanc gentis memoriam nomen adeo Gepaedum per centum fere et quinquaginta annos in Hiſtoria Byzantina ignotum fuit; et ſub finem demum ſaeculi poſt c. N. quarti eorum inter reliquas nationes Gothicas quaſi in tranſitu dicti ſcriptores meminerunt. Iis autem, quae ſequebantur, temporibus Hunnorum imperio Gepaedes paruiſſe, Chronici Paſchalis auctor innuere videtur.

Quae itaque ad id temporis pauciſſimis continebatur monumentis, cum Anaſtaſii imperio proprie incipit Gepaedum hiſtoria. Hoc quidem imperante Herulos, a Longobardis auitis eiectos (circa a. C. 494.) ſedibus, excepere hoſpitio; ſed eosdem breui poſt indigniſſimis affectos iniuriis armis adeo aggreſſi ſunt, et nouas quaerere coegerunt ſedes. Et ad haec circiter tempora Gepaedum migratio, qua gens illa ad Iſtrum accedens propius, vtramque huius fluminis ripam, poſt Oſtrogothorum diſceſſum habitatoribus vacuam, vrbes Sirmium ac Singidonem Daciamque totam obtinuit, referenda eſſe videtur.

Ita Oſtrogothis, quippe quorum ante bellum Italicum a Galliis inde vsque ad Sirmium extendebatur imperium, vicini, varia cum iis, ſuperſtite adhuc Theoderico, geſſerunt bella. At cum Romanos quoque incurſionibus vexarent; Iuſtinianus Aug. ipſis, quae iam inde olim a Romanis acceperant, negauit ſtipendia, et Longobardis non procul ab ipſis ſedes aſſignauit.

Hae

Hae duae vero gentes (Longobardos dico et Gepaedes) adeo vicinae factae non diu quieuerunt. Ortam enim de nonnullis Daciae locis controuerſiam armis dirimere aggreſſi, perpetuis poſtea diſſociabantur bellis. quae ſi forte pactis induciis aliquamdiu reſederant, poſtea maiori fere ſemper exarſerunt incendio. His bellis Iuſtinianus Aug. vel neutras ſequebatur partes, vel Longobardis (nunquam Gepaedibus, licet ex foedere ea peterent) auxilia ſubmittebat; Gepaedibus partim ob veteres, quibus Romanos affecerant, partim ob nouas, cum Slauorum adiuuarent irruptiones, infenſus iniurias. Interim tamen Gepaedes in eorundem Romanorum, quos ſaepius hoſtes experti erant, exercitibus aduerſus Gothos et Perſas militarunt.

Diuturna iſta Gepaedum et Longobardorum bella tandem Iuſtiniano adhuc imperante, pace inter eos iuncta conquieuerunt; ſed breui poſt, Iuſtino II. imperante, renouata ſunt. Iuſtinus cum Gepaedibus magis faueret, eosque contra Longobardos iuuaret auxiliis, hi Auaros ſibi belli adiunxere ſocios, qui breui poſt Gepaedes penitus debellarunt, eorumque regione potiti ſunt.

Et ex illo tempore Gepaedes ſub Auarorum, quibus ſubiecti erant, ſignis militarunt, et, vt alia taceam, decimo ſexto Heraclii imperatoris anno (a. C. 626.) cum iisdem oppugnarunt CPlin. quae vltima occurrit Gepaedum in Hiſtoria Byzantina memoria.

Reges et viri inter Gepaedes illuſtres.

Mundus (Μυνδος), Illyrici magiſter a Iuſtiniano Aug. creatus. In Dalmatia cum Gothis proelio congreſſus occiditur. Genealogia ipſius haec eſt:

NN.

NN filia; maritus, *Gieſmus* (Γιεσμος). — NN Sirmii rex.

Mundus

Mauricius, dux Romanus, in Dalmatia a Gothis ante patrem occiſus.

Theudimundus (Θευδιμυνδος). — NN filia; maritus Aruth, Herulorum dux.

Vilas (Ουιλας), protector Ildibadi regis Gothorum, quem prandentem occidit.

Elemvndvs (Ελεμυνδος) rex Gepaedum, cuius fi-

filius *Vſtrigothus* (Οὐςριγοτθος) ob tyrannidem Thoriſini e patria ad Longobardos fugit, a quibus tandem occiſus eſt.

Thorisin (Θορισιν), pulſo Vſtrigotho, regno potitur. Sub hoc bellum cum Longobardis exarſit.

Aſuadus (Ασβαδος), Gepaedicorum auxiliorum in bello Gothico dux. Totilam Gothorum regem in fuga occidit.

Philegagus (Φιληγαγος), in exercitu Romano contra Perſas militat.

Vsdiuadus (Οὐσδιβαδος), ad Iuſtinum Iuniorem confugit, a quo eum ſaepius, ſed fruſtra repetierunt Auari.

Conimvntvs (Κονιμεντος), rex. Sub hoc bellum cum Auaris, quos Longobardi concitauerant, coepit. Huius

filia NN. ab Alboino Longobardorum rege rapta, fit cauſa belli.

Scriptores de Gepaedibus.

E Scriptoribus Byzantinis Gepaedum meminerunt: Auctor Chronici Paſchalis, apud quem antiquiſſima gentis memoria, bellum nempe cum Romanis impp. Gallo & Voluſiano geſtum, occurrit.

Procopius, qui praeter gentis originem et migrationem, quae ex illo Theophanes, ex Theophane Anaſtaſius Bibliothecarius, Conſtantinus Porphyrogenneta et Cedrenus attingunt, reliquas res impp. Anaſtaſio et Iuſtiniano I. geſtas, isque, ſi ab iis, quae de Mundo Theophanes, Anaſtaſius et Cedrenus, de foedere Francos inter et Gepaedes iuncto Agathias, habent, diſceſſeris, ſolus refert.

Menander, qui bella cum Longobardis, quorum etiam Theophylactus meminit, et Auaris imp. Iuſtino II. geſta, et reliqua de hac gente Auaros inter et Iuſtinum II. ac Tiberium II. imperatores acta, prodit.

Theophylactus, qui eorum ſaepius, res Auarorum ſub Mauricio narrans, mentionem facit. Semel etiam illorum ſub iſto imperatore Theophanes et Cedrenus meminerunt.

Theophanes & Cedrenus denique, qui, praeter illa, de quibus ſupra dictum eſt, eos cum Auaris Conſtantinopolin oppugnaſſe referunt.

INDEX
Capitum et Paragraphorum.

CAPVT I. *Res Gepaedicae vsque ad id tempus, quo ſtipendia ipſis negauit Iuſtinianus I. et Longobardis in eorum vicinia ſedes aſſignauit; ab a. C. 253–549.*

§. 1. *Philippus in proelio cum Gepaedibus femur frangit.*

§. 2. *Gepaedes gens Gothica; eorum ſedes antiquae, migratio.*

§. 3. *Herulos a Longobardis pulſos ſuſcipiunt, variis eos afficientes iniuriis emigrare cogunt.*

§. 4. *Gothi cum Gepaedibus ad Sirmium bellum gerunt.*

§. 5. *Mundi Gepaedis fata.*

§. 6. *Heruli a Romanis ad Gepaedes deficiunt.*

§. 7. *Vilas Gepaes acceptam ab Ildibado Goth. rege iniuriam eius caede ulciſcitur.*

§. 8. *Gepaedibus, in Romanos iniuriis, ſtipendia negat Iuſtinianus; Longobardis in eorum vicinia ſedes aſſignat.*

CAPVT II. *Bella Gepaedes inter et Longobardos temporibus Iuſtiniani I. geſta.*

§. 9. *Thoriſin Gepaedum, Auduin Longobardorum reges bello congreſſuri, Iuſtinianum auxilia rogant.*

§. 10. *Oratio Longobardorum coram Iuſtiniano habita, qua Gepaedum in Romanos exponunt iniurias.*

§. 11. *Oratio Gepaedum, qua iniurias a Longobardis acceptas enarrant.*

§. 12. *Iuſtinianus ſpei irritos remittit Gepaedes; Longobardis auxilia ſubmittit.*

§. 13. *Herulis Gepaedum ſociis victis proelio, Gepaedes cum Longobardis pacem iungunt, inuitis Romanis.*

§. 14. *Ildiſgi Longobardi inter Gepaedes fata.*

§. 15.

§. 15. *Philegagus Gepaes in exercitu Rom. contra Perſas militat.*

§. 16. *Bellum redintegrant Gepaedes et Longobardi.*

§. 17. *Vterque exercitus temere fugit; Thoriſin et Audain duorum annorum inducias paciſcuntur.*

§. 18. *Gepaedes induciarum tempore Caturguros acceſſunt, eos in Romanos immittunt.*

§. 19. *Slauos, Romanorum ſpoliis onuſtos, Iſtrum transportant.*

§. 20. *Gepaedes et Longobardi bellum inter ſe reparant, Gepaedes foedus cum Iuſtiniano iungunt.*

§. 21. *Tamen Iuſtinianus Longobardis auxilia mittit, quorum ope Gepaedes vincuntur.*

§. 22. *Aſuadus Gepaes cum popularibus 400. Narſetem ad bellum Goth. ſequitur; Totilam fugientem lethali ictu ferit.*

§. 23. *Ildigiſal Longobardus ad Gepaedes, Vſtrigothus e Gepaedibus ad Longobardos fugit; fugae vtriusque cauſae.*

§. 24. *Audain et Iuſtinianus Ildigiſalem, Thoriſin Vſtrigothum, pace facta, repetunt; Ildigiſalis et Vſtrigothi caedes.*

§. 25. *Francorum ad Gepaedes de armorum ſocietate contra Romanos iungenda legatio.*

CAPVT III. *Gepaedes ab Auaris, Longobardorum ſociis, debellati; et res ab iis ex hoc tempore geſtae; ab a. C. 565?-626.*

§. 26. *Longobardi Auaros ſibi contra Gepaedes ſocios adiungunt; conditiones foederis; bellum Gepaedibus illatum.*

§. 27. *Conimundus Gepaedum rex Iuſtinum contra vtrosque auxilium rogat; Iuſtinus neutras ſequitur partes.*

§. 28. *Chaganus Auarorum, Cuturguris in Dalmatiam immiſſis, in finibus Gepaedum ſubſiſtit.*

§ 29. *Auari Sirmium oppidum, et Vsdiuadum transfugam ſibi, qui Gepaedes deuicerint, dedi poſtulant, fruſtra.*

§. 30. *Eadem alia legatione poſtulat Auarorum Chaganus.*

§. 31. *De iisdem rebus miſſa ab Auaris ad Tiberium legatio.*

§. 32. *Bokolabram cum 7. Gepaedibus ab Auaris profugum Romani imp. Mauricio ſuſcipiunt.*

§. 33. *Homo Gepaes ſtipatorem imperatorium inter venandum occidit et ſpoliat.*

§. 34. *Gepaes transfuga Slauos prodit.*

§. 35. *Gepaes, qui ſtipatorem occidit, capitur.*

§. 36. *Is coram praetore cauſam ſuam agens, antiquiora quaedam de bello Longobardos inter et Gepaedes geſto narrat.*

§. 37. *Gepaes abſoluitur; in iudicium retractus et caedis conuictus morte afficitur.*

§. 38. *Gepaedum in Auarorum exercitu militantium clades.*

§. 39. *Gepaedes imp. Heraclio cum Auaris CP. oppugnant.*

GEPAEDI-

GEPAEDICORVM
CAPVT I.
Res Gepaedicae vsque ad id tempus, quo ſtipendia ipſis negauit Iuſtinianus I. et Longobardis in eorum vicinia ſedes aſſignauit;
ab a. C. 253—549.

§. 1.

Impp. GALLO et VOLVSIANO.

a. C. 253.

Impp. GALLO et VOLVSIANO. indict. 13. Olymp. 258. a. 1.

INDICTIONE 13. Voluſiano II et Maximo coſſ.

1. Philippus Iunior multa bella confecit. Is dum contra Gepidas a) proeliatur, equo ceſpitante lapſus, femur contriuit, Romamque reuerſus, ex eo vulnere moritur, cum eſſet annorum XLV.

Sub Valeriano et reliquis, vſque ad Theodoſium M. imperatoribus nulla fit Gepaedum mentio.

Z z 3 §. 2.

1. CHRONICON PASCHALE. p. 270.

a) Γηπεσιν. Byzantini hanc gentem vel Γηπαιδας vocant vel Γηπεδας vel etiam Γιπεδας.

§. 2.

Impp. HONORIO et ARCADIO.

Impp. HONORIO et ARCADIO.

a. C. 395-424

2\. a) IMPERIVM occidentale tenente Honorio, ditionem eius inuaſere barbari: quinam ii fuerint, et qua illud via perfecerint, mox declarabo. Plurimae quidem ſuperioribus fuere temporibus, hodieque ſunt nationes Gotthicae, ſed inter illas Gotthi, Vandali, Viſigotthi et Gepaedes cum numero, tum dignitate praeſtant. Olim *Sauromatae* dicebantur ac *Melanchlaeni*: quidam etiam *Getarum* nomen ipſis tribuerunt. Vocabulis quidem omnes, vt dictum eſt, nulla vero re praeterea inter ſe differunt —. Antiquae eorum ſedes trans Iſtrum fluuium. Exin Gepaedes Singedonem ac Sirmium cum vicino tractu, qua cis, qua vltra fluuium Iſtrum, vbi etiamnum habitant, occuparunt.

Sub
Theodoſio Iuniore b),
Marciano,
Leone I. et II. et
Zenone
nulla fit Gepaedum mentio.

§. 3.

a) THEOPHANES, ANASTASIVS, CONSTANTINVS: *Erant ea tempeſtate* [qua Rom. duces inclaruerunt Bonifacius et Aetius.] *Gotthi gentesque quamplurimae et copioſae trans* [περαν. Conſtantinus: μεχρι του Δαν.] *Danubium in Hyperboreis regionibus habitantes. inter quas praecipuae quatuor omnino ſunt, Gotthi, Wiſigotthi* [Υπογοτθοι] *Gepedes et Vandeli, nullo alio, quam nominum appellatione a ſe inuicem diſcretae. Iſti Arcadio & Honorio imperantibus traiecto Danubio in Rom. poteſtatis ſolo fixerant ſedem. Gepedes quidem, ex quibus demum Longibardi*

2\. PROCOPIVS de B. V. L. I. c. 2. p. 178. Theophanes p. 81. ſub a. 31. Theodoſii Iun. ex illo Anaſtaſius Bibliothecarius p. 39. et Conſtantinus Porph. de Adm. Imp. c. 25. p. 78, 79. Cedren. T. I. p. 342. qui haec ſub a. 36. Theodoſii Iun. habet. cfr. *Gothica* §. 30.

b) Sub hoc quidem imperatore, ſed alieno loco §. 2. allata narrant Theophanes et Cedrenus. In Chronico Paſchali p. 317. ſub. a. 42. Theodoſii Iun. Attilae fit mentio, qui ibi ex *Gepaedibus Hunnis* ortus dicitur. vid. *Hunnica* §. 85.

§. 3.

Imp. ANASTASIO I.

Imp. ANASTASIO.

a. C. 494.

[HERVLI poſt tertium imperii Anaſtaſii annum a Longobardis proelio victi, ac patria egreſſi c)] iter porro continuarunt, cum liberis et vxoribus peragrando oras omnes, Iſtro fluuio vlteriores. Regionem ingreſſi habitatam olim a *Rugis*, qui in Italiam cum Gotthorum exercitu conceſſerant, ibi conſtitere. Sed cum inculta ſolitudo eſſet, paulo poſt exacti illinc ſtimulis famis, ad Gepaedum fines accedunt. Ac primum quidem Gepaedes illis ſupplicibus permiſerunt, vt cum vicini ſui eſſent, tum inquilini. Poſtea vero abs re vexare ipſos importuniſſime coeperunt. Nam et foeminis vim afferebant; et boues facultatesque caeteras praedabantur; nec ſibi quidquam reliqui ad iniquitatem faciebant, eo demum prouecti, vt immerentibus bellum intulerint. Impatientia abrepti Eruli Iſtrum amnem traiiciunt, et Romanorum, in illis partibus degentium, vicinitatem ambiunt, Anaſtaſio imperatore. 3.

§. 4.

Imp. IVSTINIANO I.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 534. d)

[IVSTINIANVS Alexandrum legatum in Italiam miſit e)], re quidem ipſa, vt de Amalaſunthae rebus ab eo penitius inſpectis certior fieret, in ſpeciem vero legationem ipſi dederat, ſe commotum — ſignificans — quod Gotthi, dum ad Sirmium cum Gepaedibus bellum 4.

et Abares diuiſi ſunt, loca ad Singidonem et Sirmium poſita occupauerunt. — CEDRENVS: *Eo* [Theodoſio Iun.] *imperante, Gotthi in quatuor gentes diuiſi ſunt, Gotthos, Hypogotthos, Gepedes et Vandelos. Ex quibus coepit Abaris Romanam ditionem peragrari* [διαπεραν ἐν τῃ Ῥωμαιων γῃ.].

3. PROCOP. de B. G. L. II. c. 14. p. 421.

c) Cfr. *Herulica* §. 6-9.

4. Id. ibid. L. I. c. 3. p. 314, 315.

d) Bellum Gothicum coepit a. 9. imperii Iuſtiniani I. haec vero noſtra paulo ante, quam illud exoriretur, geſta ſunt.

e) Cfr. *Gothica* §. 148, 149.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 534.

bellum gererent *f*), vrbem Gratianam, in finibus Illyrici ſitam, hoſtiliter vexaſſent. — [Reſpondet ad haec Amalaſuntha] quod in vrbem amicam milites noſtri, dum hoſtes ſuos peterent, peccarunt per ignorantiam, minaciter Atalarico commemoras. Abſint procul, abſint haec a te, imperator. —

a. M. 6032. a. C. 532. a. 13. Iuſtiniani I.

§. 5.

a. C. 539.

5. *β*) Hoc anno *g*) ***Mundus***, e Gepaedibus ſuum genus trahens, *Gieſmi* filius, qui poſt patris obitum ad auunculum ex matre, Sirmii regem, acceſſit, in Romanorum partes tranſiit. Eo cognito Romae rex Theuderichus legatos ad eum miſit; quorum verbis ille ſuaſus, ad Theuderichum profectus cum eo moratus eſt, armorum eius ſocius factus. Theudericho fatis functo, ad Danubium

β) ANASTASIVS: *Anno — XIII. Iuſtiniani ſociatus eſt Romanis Mundus ex genere Gepedum deriuatus.* CEDRENVS: *Anno — XIII. — filius, regulus Sirmii. Quem imperator humaniſſime cum filio eius tractatum, Illyricoque praefectum dimiſit. Et in Illyricum venienti &c.*

f) Huc reſpicere videntur, quae Procopius de B. G. L. I. c. 11. p. p. 337, 338. refert. [Anno ſecundo belli Gothici] *Gotthi — regem eligunt Vitigin, virum haud illuſtri quidem loco natum, ſed clariſſimum praeliis ad Sirmium ante editis, cum aduerſus Gepaedas bellum gereret Theodericus. Ante bellum* enim *Italicum Gotthorum imperium ex Gallorum agro aduſque Daciae fines, vbi ciuitas Sirmium eſt, protendebatur.* Procop. Hiſt. Arc. c. 18. p. 54. loca integra vide in *Gothicis* §. 173. 130.

5. THEOPHANES p. 185. Anaſtaſ. p. 63. Cedrenus T. I. p. 372.

g) Vid. marg. Adnotat ad h. l. Goar in Notis in Theophanem p. 593. „Non hoc primum anno ſeſe Romanis adiunxit Mundus Gepaes, quem praeclarae res praeteritae iam ante diu ſub Iuſtiniano meruiſſe oſtendunt. Sola igitur de Bulgaris, quam in Illyricum profectus retulit, ad annum praeſentem ſpectat victoria. Priora Iornandes de rebus Geticis ita exprimit ad libri finem: *Petzam quoque ſuum comitem inter primos electum ad obtinendam Sirmienſem dirigit ciuitatem: quam ille expulſo rege eius Transarico, filio Traſtile, retenta eius matre, obtinuit. Indeque contra Sabinianum, Illyricum magiſtrum militiae, qui tunc cum Mundone parauerat conflictum, ad ciuitatem cognomine Margum* [Margoplano], *quae inter*

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 539.

Danubium flumen venit, et ab imperatore Iuſtiniano imperii ſubditum ſe deinceps haberi poſtulauit. Quinetiam CP. acceſſit, quem imperator vna cum filio maximis muneribus donatum, et Illyrici magiſtrum militiae renunciatum a ſe dimiſit. Illyricum verſus iter agens et iam proximus [in Bulgaros incidit, eosque inſigni clade affecit.]

§. 6. a. 4. B. G. *h*)

[SVARTVAM, quem ſibi a Iuſtiniano regem datum deſeruerant Eruli *i*)] cum imperator in regnum omni ope reſtituere molitur, Eruli, Romanam veriti potentiam, ad Gepaedes deſciuerunt. 6.

§. 7. a. 6. B. G. *k*)

a. C. 541.

[ILDIBADVS rex Vraiae caede] Gotthorum collegit odium — nemo tamen caedis huius poenas ab ipſo petere volebat. Erat in eo- 7.

Danubium, Marcianumque flumina adiacebat, cum duobus millibus peditum, equitibus quingentis, in Mundonis ſolatia veniens, Illyricianum exercitum demoliuit. Nam hic Mundo Attilanis quondam origine deſcendens, Gepidarum gentem fugiens, vltra Danubium in incultis locis ſine vllis terrae cultoribus debacchatur. Et pleriſque abactoribus, Scamariſque et latronibus vndecunque collectis, turrim, quae Herta dicitur, ſupra Danubii ripam poſitam, occupans, ibique agreſti ritu praedans vicinos, regem ſe ſuis graſſatoribus nuncupat. Hunc ergo paene deſperatum, etiam de traditione ſua deliberantem, Petza ſubueniens, e manibus Sabiniani eripuit, ſuoque regi Theoderico cum gratiarum actione fecit ſubiectum. Procopius de B. G. L. I. c. 5. p. 319, 320. Dalmatiam [a. 1. B. G.] a Mundo hoc Gothis ereptam docet. Vbi is poſtea, Mauricii filii mortem vlturus, occubuit. ibid. L. I. c. 7. p. 323. Theudimundi denique filii Mauricii, et Mundi nepotis idem meminit Procopius de B. G. L. III. c. 1. p. 469. vide *Gothica* §. 246. filiae vero Mauricii, quae Arutho Erulo nupſit, id. de B. G. L. IV. c. 26. p. 641. Mundi et filii eius meminerunt quoque Theophanes p. 157. ſub a. 5. Iuſtiniani I. Procop. de B. P. L. I. c. 24. p. 73, 74. vbi ſeditionem *Vince* deſcribunt.

6. PROCOP. de B. G. L. II. c. 15. p. 425.

h) annus exiit 3. Belli Goth. p. 417. annus 4. exiit p. 442.

i) vid. *Herulica*. §. 21.

7. Id. ibid. L. III. c. 1. p. 469, 470.

k) exiit a. 5. B. G. p. 464. exiit a. 6. p. 470.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 541.

eorum numero *Vilas*, natione Gepaes, protectoribus regis aſcriptus et ſponſus foeminae, cuius amore deperibat. Illo aduerſus hoſtes profecto, vt in eos cum aliis nonnullis incurſionem aliquam faceret, ſponſam Ildibadus cum alio quodam barbaro, ſiue per imprudentiam, ſiue alia ex cauſa matrimonio iunxit. Reuerſus e caſtris Vilas, vbi haec audiit, vt erat natura feruidus, factum indignum minime tulit; ſed ſtatim cum animo conſtituit Ildibadum interimere, rem ſe facturum ratus Gotthis vniuerſis gratiſſimam. Cogitatum facinus aggreſſus eſt die quodam, quo apparebat Ildibado cum Gotthorum proceribus epulanti. Etenim prandenti regi cum alii multi aſtare ſolebant, tum protectores. Ergo ille manu dapibus admota, toro pronus incumbebat; cum Vilas repente gladio ceruicem eius percuſſit; ita vt cibum tenentibus adhuc digitis, demeſſum lapſumque in menſam caput omnes, qui aderant, magno ſtupore defixerit.

§. 8.

a. 14. B. G. *l*)

a. C. 549.

8. GEPAEDES, qui olim Sirmium Daciamque omnem obtinuerant *m*), vt primum Iuſtinianus Aug. ditioni Gotthicae regionem illam eripuit, agentes ibi Romanos abduxerunt in ſeruitutem, et continenter progreſſi, vim vaſtitatemque imperio Romano attulerunt. Quare imperator illis in poſterum ſtipendia negauit, quae iam inde olim a Romanis accipere conſueuerant. Cum autem vrbem Noricum, et Pannoniae munitiones — Iuſtinianus Langobardis donaſſet — in aduerſa Iſtri fluminis ripa conſederunt, haud procul a Gepaedibus. — *n*)

8. Id. ibid. L. III. c. 33. p. 543.

l) exiit a. 13. B. G. p. 533. a. 14. p. 550.

m) huc referenda ſunt, quae Procopius Hiſt. Arc. c. 18. p. 54. habet: *Cum Romanorum copiae erant in Italia—Sirmium vicinamque regionem Gepaedes habebant.*

n) Quae ſequuntur de Longobardis et Erulis vide ſuis locis.

CAPVT

CAPVT II.

Imp. IVSTI-
NIANO I.

Bella Gepaedes inter et Longobardos imp. Iuſtiniano I. geſta.

§. 9.

a. C. 549.

a. 14. B. G. 9.

DEINDE maximo Gepaedes inter ac Langobardos, inuicem confines, orto diſſidio, vtrique, belli mutui vehementiſſima incenſi cupidine, pruriebant in pugnam: cui et certa dies praeſtituta eſt. Cum autem Langobardi ſe ſolos Gepaedibus impares fore intelligerent, vtpote numero inferiores; Romanos in ſocietatem belli pertrahere decreuerunt. Rurſus Gepaedes a Romanis pro iure foederis, quo iuncti cum ipſis erant, petere conſtituerunt, vt vel vna ſecum arma ſumerent, bellumque inferrent; vel integros ſeruarent ſeſe et neutri genti fauerent. Vtrique igitur miſſis ad Iuſtinianum Aug. legationibus, ab illo auxilium magnopere expectabant.

Tunc temporis THORISIN imperabat Gepaedibus; Auduin Langobardis.

§. 10.

Vtrosque audire ſtatuit Iuſtinianus Aug., non in vnum coactos coetum, at ſeparate admiſſos. Primi ad imperatoris conſpectum introducti Langobardi ita fere diſſeruerunt:

„Vehementer miramur, imperator, abſurdam Gepaedum inſolentiam: qui poſt tot tantasque iniurias veſtro illatas a ſe imperio, nunc etiam dedecus grauiſſimum vobis impoſituri accedunt. Nam licentiam in vicinos extrema plenam indignitate ii ſolum exercent, qui illos arbitrati captu admodum faciles eſſe, eorumque bonitate, quos impune violarunt, abuſi, ipſos adeunt. Iam vnum

9. PROCOP. de B. G. L. III. c. 34. p. 544.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 549.

a. 14. B. G. id perpendatis rogamus, quo ſint animo Gepaedes in amicitia. Sic enim fiet, vt Romano optime conſulatis imperio: ſiquidem hominibus ſemper licet certam futuri coniecturam ex praeterito facere. Ac ſi Gepaedes perfidiam vni alii cuipiam genti exhibuiſſent; nobis, eorum ingenium ac mores oſtendere cupientibus, longa oratione, multo tempore, externisque teſtimoniis opus eſſet; iam vero vos ipſi exemplum praebetis recens. Haec enim conſiderate. Ante hoc tempus, cum Gotthi vectigalem haberent Daciam, Gepaedes trans Iſtrum, vbi omnes olim ſederant, tenebant ſe omnes,
10. potentiam Gotthicam adeo reformidantes, vt traiectum fluuii nunquam tentarint. Tunc foederati et amiciſſimi Romanorum, amicitiae nomine cum ab imperatoribus fato functis congiaria annis ſingulis plurima, tum a te aeque munifico acceperunt. Iam ex ipſis libenter quaeſiuerimus, quid vnquam boni pro his beneficiis in Romanos contulerint. Nihil certe nec leue nec magnum proferre poſſunt. Quamdiu nihil fuit, quo vos laederent, tamdiu ſe continuerunt, neceſſitate adducti, non voluntate. Nam quidquid trans Iſtrum eſt, habebatis pro derelicto: regione autem citeriori eos arcebat Gotthorum metus. Quis vero gratum animum vnquam appellet, nocendi impotentiam? et quae ſtabilitas amicitiae in mero defectu virium ad peccandum? Aliter, imperator, aliter ſe res habet: quandoquidem naturam hominis, et mentem bene vel male affectam ſola poteſtas oſtendit, dum mores in lucem omnino profert agendi libertate. Ecce enim, vt primum Gepaedes, pulſos ex omni Dacia Gotthos, ac vos bello impeditos viderunt, auſi ſunt ſceleſti vndique ditionem veſtram inuadere: cuius rei indignitatem quis poſſit verbis conſequi? Annon Romanum imperium ſpreuerunt? annon foederis ac ſocietatis leges violarunt? annon quos minime laedi oportebat, habuere ludibrio? nonne rebellarunt in maieſtatem, cui ſeruire gloriarentur, ſi tantillum vacaret contra ipſos arma expedire? Sirmium Gepaedes tenent, o imperator, et Romanos abſtrahunt in ſeruitutem, ſeque vniuerſa Dacia potiri iactant; poſt cuius tandem belli pro vobis, aut vobiscum, vel in vos vnquam geſti victoriam? In cuius pugnae praemium illis ea regio ceſſit? idque poſtquam a vobis crebra ſtipendia, et iam ante,

a

10. Id. ibid. p. 545.

a tempore neſcimus quo, pecuniam, vt dictum eſt, acceperunt. a. 14. B. G.
Hac porro ipſorum legatione nihil iniquius poſt homines natos ſuſceptum eſt. Nam vbi in ſe bellum a nobis moueri intellexerunt, non dubitarunt venire Byzantium, ſeque ſiſtere tam indigne habito imperatori. Ac forte per ſummam impudentiam vos ad bellicam ſocietatem contra nos, veſtris adeo rebus addictos, impellent. Quod ſi eo conſilio venerunt, vt iniuſte occupata reſtituant; eſt profecto cur Romani praecipuam eiusmodi poenitentiae et ſanioris conſilii cauſam aſcribant Langobardis; quorum metu illi compulſi, ſero tandem, inuite licet, reſipiſcunt. Certe qui beneficium accepit, merito gratiam habet illi, qui benefaciendi neceſſitatem impoſuit. Sin necdum animum induxerunt alieno cedere; quantus eſt improbitatis huiuscemodi cumulus? Haec ſimplicitate barbarica, ieiuna et indiſerta, non pro rei grauitate a nobis dicta ſunt. Tu II.
vero, imperator, ea ſupplens animo ac perpendens, quae breuiori, quam par eſt, orationi noſtrae deſunt, Romanorum et Langobardorum tuorum rationibus conſule; adiuncta hac aliis omnibus cogitatione, Romanos iure coituros nobiscum, qui de Deo ſentimus cum ipſis eadem, et Arianis vel eo nomine aduerſaturis."

§. II.

Poſtridie ad imperatorem admiſſi Gepaedum legati, ſic orſi ſunt. "Qui idcirco vicinos adeunt, imperator, vt illos ad arma iungenda ſecum inuitent; eos inprimis oſtendere decet, poſtulata ipſos afferre iuſta, ac ſociis futuris vtilia; itaque de cauſa legationis agere. Ac primum iniuria nos a Langobardis affici per ſe patet; cum litem iudicio dirimere ſtudeamus, nec par ſit adhiberi illis armorum vim, qui ad iudiciariam diſceptationem accedere velint. Deinde Gepaedes et numero et fortitudine Langobardis longe praeſtare, quid eſt cur pluribus quisquam verbis apud illos, quibus probe noti ſumus, demonſtret? Neminem autem vel mediocriter ſanae mentis putamus eſſe, qui, ſi victoriam ſine periculo poſſit conſequi a valentioribus ſtando, malit in manifeſtam perniciem ruere, ſequendo arma infirmiorum. Ac vobis poſthac Ge-

u. Id. ibid. p. 546.

Imp. IVSTI-NIANO. I.

a. C. 549.

a. 14. B. G. paedes in aliis bellis militarem nauabunt operam, rei ipſorum cauſa geſtae gratiam vobis debentes, maximisque copiis vos, vt par eſt, efficientes victoriae compotes. Id etiam attendere conuenit, recentem eſſe Langobardorum amicitiam cum Romanis: Gepaedibus ſocietatem familiaritatemque vobiscum veterem intercedere. Amicitia demum illa non facile ſoluitur, cuius vinculum firmauit temporis diuturnitas. Quare ne dubitate, quin nos non potentes modo, ſed conſtantes etiam ſocios habituri ſitis. Atque ea ſunt, quae vos merito ad ſocietatem inuitant. Iam quo ingenio ſint Langobardi perſpicite. Litem iudicio componere, quamuis ad id ſaepe eos prouocauerimus, recuſarunt, inconſideratae pleni audaciae. Nunc autem cum eſt bellum in manibus, infirmitatis ſuae conſcientia ab incoepto retracti, vos adeunt, idque agunt, vt pro ipſis Romani, contra quam fas eſt, bellum ſuſcipiant: cuius cauſam ex Sirmio aliisque nonnullis Daciae locis in nos conflatam fures hi proferunt. Atqui tot vrbes adhuc totque prouinciae ſuperſunt imperio tuo, vt nationes quaeras, quibus partem eius aliquam incolendam des. Profecto Francis, Erulis, hisque ipſis Langobardis tot vrbes tantasque regiones attribuiſti, imperator, vt inire numerum nemo poſſit. Nos vero, amicitia tua freti, quod fieri volebas, egimus.
12. Qui autem in animo habet rerum ſuarum partem profundere, illum, qui anteuerterit atque vltro praeceperit beneficium, eo, in quem gratiam ipſe contulerit, multo meliorem iudicat; ſi modo ille praeſumſiſſe rem videatur, non poſſeſſoris contemtu, ſed amicitiae ſingularis fiducia: quo modo ſe Gepaedes in Romanos geſſerunt. Quae cum veſtris animis ſubiecerimus, rogamus, vt pro ſociali iure Langobardos nobiscum viribus omnibus inuadatis: vel certe a neutra ſtetis parte. Quo ſuſcepto conſilio, rem aequam ac Romano imperio conuenientiſſimam facietis„.

§. 12.

Eiusmodi fuit Gepaedum oratio: quos Iuſtinianus Aug. poſt longam deliberationem remiſit irritos, ac iurato cum Langobardis foedere, his miſit equitum plus decem millia, ducibus Conſtantiano

12. Id. ibid. p. 547.

no, Buze, atque Aratio: quibus Ioannes Vitaliani ex ſorore nepos ſeſe adiunxit; cum imperator huic praecepiſſet, vt, facto cum Gepaedibus proelio, ſtatim cum ſuis inde in Italiam, vnde venerat, proficiſci maturaret; eos ſequebantur Eruli foederati mille quingenti, quibus praeter alios Philimuthus praeerat. Nam caeteri omnes Eruli, ad tria millia, cum Gepaedibus coierant, a Romanis non ita pridem defectione ſeiuncti eam ab cauſam, quam ſupra a) commemoraui. a. 14. B. G.

§. 13.

Tunc pars Romanorum ſocia arma Langobardis ferentium, in Erulorum cateruam et Aordum regis fratrem inopinato incidit. Feruido commiſſo certamine, vincunt Romani, et cum Erulis multis Aordum ipſum conficiunt. Simul cognouerunt Gepaedes Romanorum exercitum appropinquare, dirempta cum Langobardis controuerſia, pacem pepigerunt, inuitis Romanis. Quorum exercitus, ea re intellecta, laborare plurimum coepit. Iam enim nec progredi poterant, nec regredi audebant duces, veriti, ne Gepaedes Erulique facta ſimul incurſione, Illyricum popularentur. Quare ibi conſiſtentes, imperatori, quo loci res deducta eſſet, ſignificarunt. Atque haec quidem illic ſic acta ſunt.

§. 14.

Nato—, vt dixi, bello Gepaedes inter ac Langobardos, protinus Ildisgus [Langobardus, Riſiulfi, quem Vacis Langobardorum rex exſilio multatum et ad Varnos profugum occidendum curauerat, filius b)] cum Langobardis, qui ſe ipſi adiunxerant, ac numeroſa Sclauenorum manu ad Gepaedes ſe contulit. Ac ſperabant Gepaedes, fore, vt illum in regnum inducerent. Iam vero facta cum Langobardis pace, extemplo Auduinus a Gepaedibus, tanquam amicis, Ildiſgum repetiit. Hi tradere nolentes hominem, hortati ſunt, vt inde quocunque vellet euaderet. Nulla is interpoſita mora cum ſuis ac nonnullis Gepaedibus voluntariis ſeſe ad Sclauenos retulit. 13.

§. 15.

a) Vid. §. 6.

b) cfr. *Longobardica* et *Slauica* 13. PROCOP. de B. G. L. III. c. 35. ſub hoc anno. p. 549.

Imp. IVSTINIANO I.

§. 15.

a. 16. B. G. c) a. C. 551.

14. [CHORIANE cum Medorum exercitu ad fluuium Hippin caſtra habente, Lazi ac Romani in eos mouent,] primi aduerſum hoſtes incedebant Lazorum equites. Pone, longo interuallo, ſequebatur equitatus Romanus: cuius ductores erant *Philegagus* d), natione Gepaes, vir ſtrenuus, et Ioannes Armenius —.

§. 16.

a. C. 551.

15. PACEM quidem, de qua dixi in ſuperioribus libris, Gepaedes cum Langobardis hoſtibus ſuis fecerant. e) Quoniam tamen ortam inter ſe litem nequibant omnino diſcernere, arma haut multo poſt reſumenda exiſtimarunt. Itaque Gepaedes et Langobardi, bello accenſo, cum omnibus copiis aduerſi vadunt, imperante Thoriſino Gepaedibus, Auduino Langobardis: vtrumque multae virorum myriades ſequebantur.

§. 17.

Iam erant in propinquo acies, non tamen in conſpectu, cum terror panicus, quem appellant, derepente ipſis iniectus, omnes temere vetro fugere compulit, ſolis principibus cum paucis admodum remanentibus: qui illos retrahere, et qua blanditiis ſubmiſſis, qua minis terribilibus a fuga reuocare conati, nihil profecerunt.

Attonitus Auduinus eiusmodi ſuorum conſternatione, necdum compertum habens idem hoſtibus accidiſſe, quosdam e ſuis aſſeclis illico ad eos legat, pacem petituros: qui cum perueniſſent ad Thoriſinum Gepaedum principem, quo res loco eſſent viderunt, ſuoque ex caſu eum, quem hoſtes paterentur, intellexere. Tum coram quaerunt ex Thoriſino, vbi tandem terrarum ſit ſubditorum multitudo? Is nihil eorum, quae contigiſſent, inficians. „ Fugerunt inquit,

14. PROCOP. de B. G. L. IV. c. 8. p. 583.

c) exiit a. 15. B. G. p. 559. exiit a. 16. p. 625.

d) res ab illo in proelio tunc temporis commiſſo geſtas refert paulo inferius p. 585. Procopius.

15. PROCOP. de B. G. L. IV. c. 18. p. 615.

e) vid. ſupra §. 13.

a. C. 551.

inquit, nemine perſequente„. Mox illi, „ Idem, aiunt, paſſi ſunt Langobardi. Tibi enim, rex, vera fatenti, plane enuntiabimus quae ad nos attinent. Cum igitur ſaluas Deus has gentes velit, easque in procinctu ſtantes diſſipauerit, ſalutari ipſis incuſſo metu; age, et nos in diuinam ſententiam concedamus, bellum dirimentes„. Tum Thoriſinus, „ Eſto, inquit, ſic fiat„. a. 16. B. G. 16.

Itaque annorum duorum induciae factae ſunt; vt interea loci, legationibus reciprocis, litem omnem accurate componerent. Sic vtrique tunc receſſerunt.

§. 18.

Harum induciarum tempore, quoniam controuerſias inter ſe tollere minime poterant, ad bellum inſtaurandum ſe compararunt. Cum autem eſſet opinio, laturos opem Langobardis Romanos, ab his timentes ſibi Gepaedes, Hunnorum aliquos in ſocietatem ſibi aſciſcere ſtatuerunt. Quamobrem legatione miſſa ad principes Cuturgurorum, qui cis paludem Maeotidem habitant, eos rogarunt, vt arma ſecum in Langobardos caperent. Confeſtim illi miſerunt armatorum duodecim millia, quibus praeter alios imperabat Chinialus vir bellica laude clariſſimus.

Gepaedes, horum barbarorum praecipitem aduentum grauiter ferentes, quod certaminis tempus nondum appeteret, ſed annus adhuc ſupereſſet pactis induciis, perſuaſerunt, vt hoc interim ſpatio oras incurſarent ditionis imperatoriae, eſſetque intempeſtiuae ipſorum operae diuerticulum illa in Romanos ſuſcepta vis. Et quoniam acribus Romanorum cuſtodiis in Illyrico et Thracia claudebatur Iſtri fluminis tranſitus, illi qua oram oppoſitam ſpectant, hos Hunnos Iſtro amne transmiſſos, in Romanorum ſedes induxerunt. *f*)

§. 19.

a. C. 552. a. 17. B. G. *g*)

[SCLAVENI Illyrico vaſtato cum infinita captiuorum multitudine praedaque omni domum rediere, nemine prohibente. *h*)] Neque 17.

16. Id. ibid. p. 616.

f) reliqua in *Hunnicis*, quo pertinent, vide.

17. PROCOP. de B. G. L. IV. c. 25. p. 637, 638.

g) exiit a. 16. B. G. p. 625. exiit a. 17. p. 639.

h) cfr. *Slauica*.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 552.

a. 17. B. G. que enim ad Iſtri fluminis traiectum illis inſidias Romani ſtruere, nec vim vllam afferre poterant: propterea quod a Gepaedibus excepti transueherentur, pacto transmiſſionis pretio non exiguo: quippe aureum ſtaterem vnum pendebant in capita. Ex eo anxius imperator, quod iam illos inhibere non poſſet, — paciſci cum Gepaedibus cupiebat.

§. 20.

INTEREA loci Gepaedes et Langobardi inter ſe bellum reparabant. Tum Gepaedes, nondum accepto nuntio iurati ab Auguſto cum Langobardis foederis, Romanorum vires veriti, ad eorum amicitiam et ſocietatem aſpirabant enixe. Quamobrem miſſa confeſtim Byzantium legatione, rogatus imperator, vt cum ipſis quoque foedus pangeret, extemplo data fide illud percuſſit, idemque ſenatores duodecim iureiurando firmarunt, petentibus legatis.

§. 21.

Haud multo poſt, quae aduerſum Gepaedes Langobardi ſociali iure poſtulabant, miſit auxilia Iuſtinianus Aug. Gepaedes inſimulans, quod in Romanorum perniciem, poſt foedus ictum, Sclauenorum agmen Iſtrum fluuium transportaſſent—. Ergo Langobardi cum omnibus copiis et Amalafrido [Romanorum auxiliorum duce] Gepaedum fines ingreſſi, factos ſibi obuios acerrimo fundunt proelio, eorumque, vt perhibent, partem maximam caedunt. — i)

§. 22.

a. 18. B. G.

a. C. 553.

18. [NARSETEM ad bellum Italicum inter alios ſequebatur] *Asbadus* quoque, Gepaes adoleſcens ſtrenuiſſimus, [qui] populares

19. ſuos CD. viros bello praeſtantes habebat ſecum. [Idem non diu poſt cum paucis Totilam regem fugientem inſecutus, lethali vulnere afflixit, ipſe pariter a Gottho quodam vulneratus.]

§. 23.

i) Hic omiſſa vide in *Longobardicis*.

18. PROCOP. de B. G. L. IV. c. 26. p. 641.

19. Id. ibid. c. 32. p. 656. cfr. *Gothica* §. 331.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 553.

a. 18. B. G.

§. 23.

[ILDIGISAL Langobardus, Goaris conſilio Byzantio, quo ſe non diu ante contulerat, profugus, Langobardis collectis cum varia damna Thraciae Illyricoque intuliſſet; ducibus Romanorum per inſidias occiſis, cum Goare ad Gepaedes peruenit.] Tum etiam quidam, cui nomen *Vſtrigotthus*, ad Langobardos ex Gepaedibus profugus ſe receperat: quod ita contigit. 20.

ELEMVNDVS Gepaedum rex morbo paulo ante extinctus vnigenam filium reliquerat hunc Vſtrigotthum: quo facile exturbato (adhuc enim erat adoleſcentulus) regnum THORISIN obtinuit. Ille cum authorem iniuriae vlciſci non poſſet, e patria ad Langobardos, Gepaedum hoſtes, conceſſit. Haud multo poſt pepigere pacem Gepaedes cum Iuſtiniano Aug. et Langobardis, ſanctiſſime iurata vtrinque perpetua amicitia. 21.

§. 24.

Poſtquam inter eos gratia firmiſſimo foedere coiit, Iuſtinianus Aug. et Auduinus Langobardorum rex ad Thoriſin Gepaedum regem miſerunt, qui Ildigiſalem, communem hoſtem, depoſcerent, vt amici erga ſe animi primum eſſet indicium proditio ſupplicis. Is vero, cum Gepaedum proceribus communicato conſilio, intente quaeſiit, annuendum eſſet necne vtriusque principis poſtulatis? Aperte illi tum intercedere, ſatius eſſe aſſeuerantes, momento interire Gepaedes cum vxoribus omnique ſobole, quam tali piaculo inquinari.

His Thoriſin auditis, aeſtuabat dubitatione. Nam nec rem exequi inuitis ſubditis poterat; nec bellum, labore multo diuturnoque extinctum, in Romanos ac Langobardos volebat reparare. Deinde rationem hanc iniit. Miſſa ad Auduinum legatione, Vſtrigotthum Elemundi filium repetiit, ad ſcelus par impellens, hortansque vt ſibi inuicem proderent, quem accepiſſent in ſuam fidem. Quo pacto id conſecutus eſt, vt Langobardorum petitionem retunderet obiecta difficultate ſimilis indignitatis, ſtatimque Auduinum ipſum iniqua conuentione implicaret.

20. Id. ibid. c. 27. p. 643, 644. 21. Id. ibid. p. 645.

Imp. IVSTI-NIANO I.

a. C. 553.

a. 18. B. G. Qua facta, cum probe ſcirent, nec Langobardos nec Gepaedes piaculi participes eſſe velle, nihil quidem egerunt palam; ſed alter alterius inimicum dolo ſuſtulit. Caedis peractae modum omitto ſcribere, non conſentientibus qui illum referunt, ſed inter ſe plurimum diſcrepantibus, vt fit, cum de rebus agitur occultiſſimis. Hos demum exitus habuerunt Ildigiſal et Vſtrigotthus.

§. 25.

a. C. 554.

22. FRANCORVM rex Theodibertus hoc animo agitabat, — vt interea dum in Italia Narſes pariter et exercitus laborarent, — ipſe — in Thraciae regionem penetraret, eaque — ſubiugata, Byzantium — bellum transferret. Hoc vero conſilium ſuum adeo gnauiter re ipſa tantoque apparatu eſt perſecutus, vt etiam ad Gipedes k) et Langobardos aliasque nonnullas finitimas gentes legationem inſtituerit, vt et hi in ſocietatem belli venirent. Neque enim tolerandum eſſe cenſebat, quod imperator Iuſtinianus in Edictis imperatoriis Francici et Alemannici, necnon Gipedici et Langobardici, aliosque huiuscemodi titulos ſibi vindicaret, perinde ac ſi omnes hasce gentes ſubiugaſſet. Quocirca et ipſe grauiter hanc iniuriam ferebat, et alios, vt communi ſecum iniuria contumeliaque affectos, ad indignationis ſocietatem ſollicitabat. [Sed hoc ſuum exſequi conſilium, morte correptus, prohibitus eſt].

22. AGATHIAS L. I. p. 14, 15. k) Γιπέδας.

CAPVT

CAPVT III.

Gepaedes ab Auaris, Longobardorum ſociis, debellati; res poſt id tempus vsque ad vltimam gentis memoriam geſtae;

ab a. C. 565—626.

§. 26.

Imp. IVSTINO II.

Imp. IVSTINO II.

a. C. 565—578. a)

ALBOINVS b) Longibardorum rex, (nec enim inimicitias, quas 23.
cum CVNIMVNDO c) Gepidarum rege d) exercebat, deponebat, ſed quacunque ratione Gepidarum e) opes ſibi euertendas ducebat) legatos ad Baianum [Abarorum principem] miſit, quibus eum ad armorum ſocietatem adhortabatur. Legati cum aduenisſent, precibus cum Baiano Abarorum duce agebant, ne ſe contemneret, qui nefanda omnia a Gepaedibus paſſi erant, quin etiam et a Romanis, Abarorum genti quam infeſtiſſimis, qui Gepaedes bello iuuiſſent f). Neque tam ardenti ſtudio in Gepaedes bello ferri, niſi vt Iuſtinum labefacerent g), regem omnium Abaris ini-

inicis-

23. MENANDER in Excerpt. de Legatt. p. 110.

a) ſunt anni imperii huius imperatoris.

b) Αλβȣιος.

c) Κονιμȣνδον.

d) addit haec interpres.

e) Γηπαιδων.

f) συμμαχȣντων τοις Γηπαισιν. Adnotat ad h. l. Valeſius in Notis ad Menandrum p. 217. „Cum Gepidae a Longobardis grauiſſima clade affecti fuiſſent, ad Iuſtinum imp. confugerunt, qui Baduarium generum eis auxilio miſit, vt ſcribit Theophylactus in l. 6. c. 10. [vid. infra §. 36.]„.

g) ὡς ὀυ κατα ποσθον προς Γηπαιδας τον πολεμον ἀναῤῥιψωσι, καθοσον Ιȣςινῳ μαχησονται.

Imp. IVSTINO II. a. C. 565-578.

imiciſſimum — *h*). Adiecit *i*), ſi cum Longobardis ſe coniungerent fore vt inuicti eſſent, et, Gepaedibus exterminatis, eorum opibus et regione communiter potirentur. Tum inpoſterum tota Scythia ſubacta, beate vitam traducerent —.

24. [Baianus tandem] magna cum difficultate ſtatuit, eorum petitioni aſſentiri, ſed non alia conditione, quam ſi decimam partem quadrupedum, quae tunc temporis apud Longobardos eſſent, confeſtim acciperet; ſi ſuperiores euaderent, dimidium manubiarum et tota Gepaedum regio eius iuri cederet. 'Atque haec cum ita conuenta eſſent, bellum inferre Gepaedibus deinceps inſtituerunt. *k*)

§. 27.

Quae vbi Conimundus intellexit, dicitur, timore perculſus, legatos quoque miſiſſe ad Iuſtinum imperatorem, et eum eſſe obteſtatus, vt non minus quam antea in partem periculi veniret. 'Tum rurſus, vt illi Sirmium et omnem regionem, quae intra Drauum fluuium eſt, concederet. *l*) Neque pudore afficiebatur, quod contrarium faceret his, quae iuraſſet, neque iureiurando ſtaret et pareret. Ex quo cum imperator perſpiceret, et coniiceret ex his, quae euenerant, nihil ineſſe Conimundo fidei, minime quidem illi denegandum auxilium, ſed dilatione et procraſtinatione petitionem eius ducendam exiſtimauit. Reſpondit enim, per varias prouincias diſperſos eſſe Romanorum exercitus. Cum celeritate et ſtudio illos accerſiturum et coacturum, et quam citiſſime ſuppetias miſſurum.

Haec mihi de Conimundo audita: ſed minime veriſimilia videntur. Mihi enim ſumme impudens videtur is, qui, cum foedera ruperit, et a ſuis conditionibus fugerit, eadem rurſus petit. Dicitur vero, minime tunc temporis Longobardos legatos ad Iuſtinum miſiſſe, ſed Gepaedes, qui, tametſi omni ſtudio a Romanis auxi-

h) hic et infra omiſſa vid. in *Auaricis*.

i) repone: *Adiecerunt*.

24. Id. ibid. p. 111.

k) ἃ δὴ καὶ ἐγένετο, καὶ ἐχώρουν Γηπαισι πολεμησοντες.

l) και το Σιρμιον, και την εισω Δραβ χωραν επηγγελτο δωσειν.

auxilia impetrare conarentur, etiamſi ſe contemni et ſua poſtulata refutari et reiici magnopere quererentur, nihil profecerunt. Hoc tamen ab imperatore conſecuti ſunt, vt neutra gens a Romanis auxiliis iuuaretur.

§. 28.

[BAIANVS Hunnis Contriguris in Dalmatiam miſſis] ipſe — 25.
cum omni ſuo exercitu transmiſſo Iſtro in finibus Gepaedum ſubſtitit.

§. 29.

ABARORVM dux miſit Targitem, qui vna cum Vitalliano in- 26.
terprete imperatori denuntiarent. vt Sirmium—illi traderet, Ousdibadum quoque Gepa°dem. Dicebat enim et omnes Gepaedes in ſuum ius dominiumque veniſſe, quia eos deuicerat.—Cui imperator—Quid igitur de Ousdibado faciemus? vobisne eum reddemus? non ſumus adeo dementes et ſtolidi, vt noſtra profundamus, maxime in barbaros, et eos, qui noſtrae reipublicae grauia damna intulerunt. Qui enim imperatoriam maieſtatem ante nos adminiſtrauit [Iuſtinianus], Gepaedes 'huc illuc diſperſos in vnum cong egauit [m], et illis regionem circa Sirmium, quam incolerent, diſtribuit. Deinde exorto inter ipſos et Longobardos bello, periculo ſuorum, vt par erat, participauit; et Romanorum manu et auxilio Gepaedes, qui ſine ope noſtra ſerui fuiſſent effecti, victoriam reportarunt. Deinde mala mente et malo animo benefactoribus ſuis graues et moleſti fuerunt, et pro beneficiis in eos collatis inſidias, in quo nulla venia digni ſunt, nobis ſtruxerunt, Romanis tamen minime viſum eſt afflictis eorum rebus inſultare. Nec enim illis moris eſt dignas poenas peccatis expoſcere, 'ſed magis contemnere. Poſtea accidit. vt ab aliis funditus euerterentur [n]. Cum igitur non aliter ſe res habeant, ſi nos iſto nomine dignos reprehenſione

25. MENANDER p. 114. locum integrum vide in *Auaricis* §. 23.

26. MENANDER p. 154, 155. locum integrum vid. in *Auaricis* §. 24-26.

m) ἐπηλυδας ὀντας ἐισεποιησατο.

n) μαλλον μεν ὀυν περϋδειν, ὡς ἀν ὑφ' ἑτερων ἐς το παντελες διαφθαρησοιντο.

Imp. IVSTINO II.

a. C. 565-578.

ne cenſetis, cum eos, qui noſtri optimo iure fuerunt, poſſideatis, a nobis eadem in vos retorquentur. Vos enim Ousdibadon, nos Gepaedes, et eos qui ex his reliqui ſunt, a vobis repetimus. o)—

§. 30.

27. VENIT denuo Targitius — ac petebat — a Romanis ſibi tradi Sirmium oppidum, tanquam quod eſſet ſua priuata et domeſtica poſſeſſio, quia ab ipſo Gepaedum res eſſent euerſae — Ousdibadon quoque poſcebat, tanquam qui ſuus captiuitatis iure et lege eſſet.

§. 31.

Imp. TIBERIO II.

Imp. TIBERIO II.

a. C. 582.

28. [LEGATVS Solach a Chagano CPolin miſſus inter alia dicit] non quieturum [Chaganum], donec vrbem ceperit Sirmium et omnem Sirmianam inſulam, in ea habitatoribus et colonis collocatis, propriam ſibi fecerit. Seque iure id facere, quia Gepaedum prius haec inſula fuit, quorum res et vrbes iuſtius Abari ſibi vindicare poſſunt, qui eos deuicerunt, quam Romani.

§. 32.

Imp. MAVRICIO.

Imp. MAVRICIO.

a. C. 583.

29. [ANNO ſecundo imperii Mauricii bellum Auaros inter et Romanos exortum eſt, quod quidam e Romanorum ducibus Bokolabram, qui ob commiſſum cum vna amicarum Chagani ſtuprum patria relicta cum ſeptem de ſubiectis ſibi Gepaedibus ad Turcos contendebat, ſuſceptum ad imperatorem transmiſiſſet p).]

§. 33.

o) ἡμεις δε και τȣς Γηπαιδας ἡμας τȣς λοιπους εισπραξομεν.

27. MENAND. p. 114. cfr. *Auarica* §. 28.

28. MENANDER p. 130. cfr. *Auarica* §. 45.

29. THEOPHYLACTVS L. I. c. 8. p. 18.

p) Excerpta ſunt, locum integrum exhibeo in *Auaricis* §. 62.

Imp. MAVRICIO.

§. 33.

a. C. 590.

[CVM nono imperii anno Mauricius bellum contra Auaros parans, Enatum (loci nomen eſt) cum exercitu tranſiiſſet]; poſtridie in itinere procedenti ceruorum grex occurrit. Stipatores imperatoris ſagittis et iaculis eos appetunt, meritoque venatu acriter inſequentes partem maximam ſternunt. Sole autem occumbente, cum forte cerua proſiliens celeri curſu venatores fugeret, aliis inſequi ſuperſedentibus, vnus quidam de imperatoris ſatellitio, et alius, homo Gepaes, fugientem inſectantur. Cumque in ſyluam ſe penetraret,—duo illi—etiam vltra pergunt. At enim Gepaes adoleſcentem ſplendida veſte indutum, et baltheo ex auro ſcite fabrefacto cinctum, et equum eius inſignem habenis aureis intuens, in valle quadam dolo infelicem obtruncat—[et] prima noctis vigilia—in caſtra greſſum recipit. 30.

§. 34.

a. C. 592.

[ROMANI cum anno vndecimo Mauricii Iſtrum transgreſſi, Sclauenos aggredi locorum difficultate prohiberentur]; Gepaes quidam, olim Chriſtianus, a barbaris ad Romanos transfugiens, qua via intrarent, intenta manu demonſtrauit. Romani aditu potiti, ſimul barbarorum potiuntur.—[Enarrabat praeterea Gepaes] omnia, et minima quaeque rerum indicabat.—Ad [Priſcum tandem] veniens cogitata barbarorum eidem memorat, et regis opprimendi conſilium impertit, [quod Gepaedis ope Priſcus feliciſſime exſecutus eſt.] 31.

§. 35.

DIEBVS illis diuina prouidentia deprehenſus eſt, qui caedem ad Anchialum fecerat: quando ceruos multi de imperatoris ſtipatoribus inſequebantur.—Digito iuſtitiae captus eſt homicida. Nam cum poſt interuallum temporis in vrbem imperatoriam veniſſet, aure- 32.

30. Id. L. VI. c. 2. p. 145.

31. THEOPHYLACT., L. VI. c. 8. 9 p. 155, 156. locum integrum vid. in *Slauicis:*

32. Id. L. VI. c. 10. p. 157.

Imp. MAV-RICIO.

a. C. 592.

aureum baltheum ob inſignes in eo bullas conflandas dedit. Aurifex bullas opere pulcerrimo et ſolido zonae allaboratas, ac faciem praeterea hominis barbaram attentius conſiderans, furtum ab eo factum ſuſpicatus eſt. Accerſitis igitur a praetore populi, qui dicitur, apparitoribus ſeptem, barbarum tribunali tradit. Qui erecta ceruice ambulantem et contumacem in praetorium deducunt, adhibitoque interprete quaerunt, vnde illi balthei tam conſpicui tamque magnifici ſpolia.

§. 36.

Ibi interfector Gepaes admodum aſtute ſe tueri in hanc ſententiam.„ Longobardicae gentis principem fuiſſe Alboinum. Hunc adoleſcentulam Conimundi Gepaedum regis filiam deperiſſe. Cui cum verbis quod volebat perſuadere nequiuiſſet, ad vim proceſſiſſe, 33. compoſitisque inſidiis improuiſo virginem inuaſiſſe ac rapuiſſe. Inde bellum extitiſſe, in quo Longobardos priores tuliſſe. Quocirca Conimundum legatos ad Iuſtinum Iuniorem miſiſſe et auxilium obſecraſſe. Quo autem legatio plus apud imperatorem valeret, dona quoque auguſta adiunxiſſe. Imperatorem in ſupplice munificentiam admiratum, et ad miſerationem inflexum, per epiſtolam Baduario duci praecepiſſe, vt e Scythia et Myſia collectis copiis Conimundo ſuccurreret. Iis Alboino nuntiatis, eum Romanos timentem exercitus, foedere, et donis ſumtuoſis, vt paucis abſoluam, cum eo, cui iniuriam intulerat, pacem facere voluiſſe, atque etiam affinitatem nuptiarum legibus contrahere ſtuduiſſe. Conimundum, acerbitatem contumeliae non ferentem, bello acceptas iniurias vlciſci poſtulaſſe. Collatis igitur ſignis Romanos victoriam et ſpolia obtinuiſſe. Inde ſe hunc tam inſignem baltheum acquiſiuiſſe„.

§. 37.

Poſtea a cohorte tribunal circumſtante interrogatur, quisnam fuiſſet hoc tam inſigni baltheo cinctus. Ille mendacium mendacio aſſuens, Longobardorum regis ex pellice filium fuiſſe: eum ſe interfeciſſe: exanimem ſpoliaſſe: baltheumque periculorum ſuorum praemium abſtuliſſe. Hoc

33. Id. ibid. p. 158.

Imp. MAVRICIO.

a. C. 592.

Hoc modo barbarus cum perquam veteratorie pro ſe reſponderet, et caedem ad exigui temporis momentum occultaret, non incredibilia narrare viſus, crimine abſoluitur. Tum quidam praetori aſtantium, eius verba inter ſe componens diſcutit, et eorum, quae narrauerat, tempus noſſe geſtit. Quamobrem apparitores curſu eum inſecuti, in iudicium retrahunt. Ingreſſum praetor de tempore eorum, quae narraſſet, percunctatur. Quoniam igitur certum erat, quiddam antiquius fuiſſe expoſitum, et ante annos triginta factum (quot annos aetatis ipſe nondum haberet), praetor eum tormentis addicit. Vbi lingua aliam cantilenam edente, et cruciatibus ad vero conſentanea fatenda barbarum vrgentibus, confeſſus ipſemet quod res erat, delictum ſuum aperit. Ita cruentus ille crudelitatis ſuae poenas exigitur, beſtiisque dilaniandus iudicum ſententiis obiicitur, deinde pro auctario flammis rapidis iniicitur.

§. 38.

a. M. 6093. a. C. 593. a. 19. Maur.

a. C. 601.

α) [Cvm decimo nono imperii Mauricii anno Priſcus exercitum Rom. Iſtrum contra Auaros traduxiſſet q)], quatuor millia ad Tiſſum vicinum fluuium transeundum, hoſtiumque motus et inclinationes explorandas ſegregat. Transeunt, et offendunt Gepaedum villas tres r), qui rerum pridie geſtarum ignari penitus, confidentes et compotantes feſtum patrium magna frequentia celebrabant, omnibusque curis ebrietati dicatis, noctem totam in conuiuiis exigebant. Romani crepuſculo noctis, ante exortum ſcili- 34.

 cet

α) Theophanes, Anastasivs: *Hoc anno* [vid. marg.]—*Priſcus— hoſtium tentoria explorare iuſſit. Barbari rei geſtae penitus ignari feſtiuum epulum celebrabant, et crapulis operam dabant. Hos Romani ex improuiſo adorti, ingenti clade affecerunt: caeſis enim Gepaedum et aliorum barbarorum millibus triginta, et inſuper praeda potiti vberrima, ad Priſcum reuertere.* Cedrenvs, eadem quae Theophanes omnia.

34. Theophylact. L. VIII. c. 3. p. 200. Theophanes p. 237. Anaſtaſius p. 82. Cedrenus T. I. p. 401.

q) Cfr. *Auarica* §. 122. ſeqq.

r) χωρίοις Γηπαίδων τρισίν.

Imp. MAVRICIO.

a. C. 601.

cet ſolis; barbaros adhuc crapulantes opprimunt, et ſtragem edunt maximam, tricenorum videlicet millium [s]: et cum ingenti praeda repetito fluuio, Priſco eam offerunt [t].

§. 39.

Imp. HERACLIO. a. 16. imp. Heraclii.

Imp. HERACLIO.

a. C. 626.

35. Hoc anno Perſarum rex Choſroes — Sarbarum — cum exercitu CP. verſus miſit: vt initis pactis cum Vnnis (Abaros quidam vocant) Bulgaris, Sclauis et Gepaedibus, vna cum eo vrbem impreſſione facta obſiderent.

s) χιλιαδες τϱιακοντα. *triginta m.*

t) In alio proelio, breui poſt commiſſo, Gipedarum tria millia et ducentos viuos in Romanorum manus veniſſe Anaſtaſius, isque ſolus, tradit. cfr. *Auarica* §. 130.

35. THEOPHANES p. 263. Anaſtaſius p. 95. Cedrenus T. I. p. 415. Et alii huius belli meminerunt, ſed nihil illi de Gepaedibus. cfr. *Auarica* §. 143—154.

LONGO-

LONGOBARDICA

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

SVMMARIVM DE LONGOBARDIS.

Hiſtoria Longobardorum.

LONGOBARDI, (quorum nomen ſcriptores Byzantini alii aliter efferunt), iam ſaeculo poſt C. N. altero non procul a ripis Danubii, occidentem verſus, habitaſſe videntur. Tunc enim vna cum Obiis flumen iſtud transgreſſi a Romanis cladem acceperunt. Sed miſſis ad Aelium Baſſum, Pannoniae praefectum, legatis, pacem impetrarunt.

Poſt primam hanc Longobardorum memoriam nomen eorum, per trecentos fere annos in hiſtoria Byzantina ignotum, ſub finem demum ſaeculi poſt C. N. quinti rurſus occurrit, quippe qua tempeſtate a finitimis Herulis facti ſunt ſtipendiarii. Ab iisdem circa a. C. 494. quieti licet et pacem deprecantes, bello petiti, inſignem reportarunt, occiſo Herulorum rege Rodulfo, victoriam.

A Iuſtiniano Auguſto [ſub ipſum, vt fert communis opinio, imperii eius exordium a. C. 526.] Norico vrbe, et pluribus in Pannonia caſtris locisque aliis donati, illuc, patria relicta, commigrarunt, fixis non procul a Gepaedibus domiciliis. nihilo tamen minus Romanas crebris irruptionibus infeſtarunt prouincias.

Vaces, qui hac tempeſtate genti imperabat, vt filio ſuo Valdalo regnum aſſereret, Riſiulfum, ſuum [ex fratre?] nepotem, quem poſt obitum ipſius lex ad regnum vocabat, falſi criminis reum actum, in exſilium miſit, ibique occidendum curauit. Fatis itaque functo Vace, cum Valdalus adhuc impuber eſſet, Auduinus regnum adminiſtrauit, cuius breui poſt, puero morbo mortuo, ipſe potitus eſt. Hoc rege, coepere grauiſſima Longobardos inter et Gepaedes bella, quae quamdiu quidem ſuperſtes fuit Auduinus, factis aliquoties ſopita induciis maiori ſemper exarſerunt incendio. Caeterum Auduinus hic et Iuſtinianus Aug. foedere coniuncti ſe inuicem in bellis, quod hic aduerſus Gothos, ille aduerſus Gepaedes gerebant, auxiliis iuuerunt.

Albo-

Alboinus [qui poſt Auduinum patrem rerum potitus eſt] bellum aduerſus Gepaedes inſtaurauit, eosque tandem, adſcitis in ſocietatem Auaris, debellauit. Non diu poſt Longobardi a Narſete, quam ab Irene [Sophia] Auguſta acceperat vlturo iniuriam, in Italiam euocati, eam regionem, quae ad noſtram vsque aetatem ab eorum nomine Longobardia [Lombardia] appellatur, occuparunt. Regnum eorum, quod vltra ducentos floruerat annos, a Carolo M. tandem [a. C. 774.], Theodoto [Deſiderio] rege, funditus euerſum eſt.

Reges Longobardorum.

NN

VACES. — NN.

VALDALVS. — Riſiulf.

Ildiſgus l. Ildigiſal. — NN.

AVDVIN.

vxor, ſoror Amalafridi Gothi.

ALBVIS.

* * *

ASTALFVS

THEODOTVS.

Scriptores de Longobardis.

Rerum Longobardicarum memoriam conſeruarunt Petrus patricius, Procopius, Agathias, Menander, Theophylactus Simocatta, Nicephorus patriarcha, Theophanes, Anaſtaſius, Conſtantinus porphyrogenneta, Cedrenus et Zonaras.

Primus

Primus Longobardorum meminit Petrus Patricius, qui eos, Aelio Baſſo Pannoniae praefecto, cum Obiis Iſtrum transgreſſos refert. Poſt trecentorum circiter annorum ſilentium Procopius circa a. C. 491. Longobardorum mentionem facit, et res eorum geſtas vsque ad a. C. 553. et quidem ſolus, perſequitur. bis eorum adhuc ſub Iuſtiniano I. ſed breuiſſime meminit Agathias. De bellis cum Gepaedibus geſtis praeter Procopium Menander et Theophylactus, hi quidem de vltimo tantum, quo res Gepaedum euerſae ſunt, memoriae prodiderunt. Eos, a Narſete euocatos, in Italiam commigraſſe, ſolus Conſtantinus Porphyrogenneta refert. De rebus denique a Longobardis in Italia geſtis ſparſa quaedam et pauca apud Menandrum, Theophanem, Anaſtaſium, Nicephorum, Cedrenum et Zonaram occurrunt.

INDEX
Capitum et Paragraphorum.

Caput I. *Res Longobardorum, ante eorum in Pannoniam aduentum, et in Pannonia, ſub regibus Vace, Valdalo, Auduino et Alboino geſtae.*

§. 1. *Longobardi cum Obiis Iſtrum transgreſſi, a Romanis vincuntur; pacem impetrant.*

§. 2. *Longobardi e Gepaedibus diuiſi.*

§. 3. *Herulis ſtipendiarii.*

§. 4. *Bello ab Herulis petiti, eos ad internecionem caedunt.*

§. 5. *Vitigis Goth. rex Vacen ad bellum contra Iuſtinianum I. ſollicitat; fruſtra.*

§. 6. *Longobardi a Iuſtiniano ſedes in Pannonia accipiunt; Dalmatiam et Illyricum incurſant.*

§. 7. *Exoritur Longobardos inter et Gepaedes bellum; Iuſtiniano Longobardis auxilia ſubmittente, Gepaedes pacem faciunt.*

§. 8. *Ildiſgi Longobardi fata; fugae eius ad Gepaedes cauſa.*

§. 9. *Rex Longobardorum, ſe Romanis aduerſus Gothos auxilia miſſurum, promittit.*

§. 10. *Bellum Gepaedes inter et Longobardos recrudeſcit; factis induciis componitur.*

§. 11. Bellum renouatur; Longobardi a Romanis auxilia accipiunt, Gepaedes clade afficiunt.

§. 12. Auduinus Romanis contra Gothos auxilia ſubmittit.

§. 13. Longobardi capitales Francorum hoſtes.

§. 14. Ildigiſal Longobardus cum Goare Gotho Byzantio profugus, ſe Longobardis in Thracia degentibus adiungit; equilia imperatoria diripit.

§. 15. Cuturgurorum, Romanis foederatorum, manum fundunt; duces Romanos ex inſidiis adorti occidunt; ad Gepaedes abeunt.

§. 16. Ildigiſalem et Vſtrigothum profugos, illum Longobardi, hunc Gepaedes dedi poſtulant; vterque tandem dolo occiditur.

§. 17. Narſes Longobardos auxiliares, ob indignam eorum licentiam, domum remittit.

§. 18. Theodibertus Francorum rex Longobardos in belli aduerſus Iuſtinianum ſocietatem pertrahere nititur.

§. 19. Longobardi Romanis in Lazia militant.

§. 20. Foedere cum Auaris percuſſo, Gepaedibus bellum inferunt.

CAPVT II. *Res Longobardorum in Italia geſtae; ab a. C.* 568-774.

§. 21. Longobardi a Narſete euocati, in Italiam commigrant.

§. 22. Itali Tiberium Aug. contra Longobardos auxilia rogant; qui cum bello Perſico impeditus exercitum non poſſet, pecuniam mittit.

§. 23. Iterum rogatus, paruum mittit exercitum Tiberius; multi e potentioribus Longobardorum, donis ſollicitati, ad Romanos deficiunt.

§. 24. Droctio Longobardus dux exercitus Rom. Auaros vincit.

§. 25. Longobardi aduerſus Romanos bellum mouent.

§. 26. Sergius in Sicilia rebellione excitata, ad Longobardos confugit.

§. 27. Stephanus papa Rom. multa mala ab Aſtolpho Longob. rege perpeſſus, ad Pipinum in Franciam confugit.

§. 28. Principatus Longobardorum diuiſus; Sico Beneuenti, Sicardus Salerni dominus.

§. 29. Theodotus Longob. rex CPlin confugit.

§. 30. Ioannes cum exercitu, Theodoto comite, in Italiam miſſus, a Francis victus et occiſus.

LONGOBARDICORVM
CAPVT I.
Res Longobardorum, ante eorum in Pannoniam aduentum et in Pannonia, ſub regibus Vace, Valdalo, Auduino et Alboino, geſtae;

ab a. C. 105? — 568.

§. 1.

a. C. 105-179. a)

SEX millia Longobardorum et *Obiorum* b) Iſtrum traiecerunt, in quos Vindicis equites, et pedites, quorum dux erat Candidus, irruerunt, et in fugam verſi ſunt. Prima ſtatim inuaſione terrore barbari perculſi, legatos c) ad Aelium Baſſum, qui Pannoniam prouinciam obtinebat, mittunt *Ballomarium* regem *Marcomannorum*, vna cum aliis decem, ex vnaquaque gente vno electo. Sic pace iureiurando firmata, legati domum redierunt. 1.

§. 2.

Imp. ARCADIO. *Imp.* ARCADIO.

a. C. 395 — 410.

[GOTTHI, Wiſigotthi, Gepedes et Vandali] Arcadio et Honorio imperantibus traiecto Danubio, in Romanae poteſtatis ſolo 2.

 fix-

1. PETRVS Magiſter in Excerptis de Legationibus p. 24.

a) Inter duo bella, quorum alterum a. C. 105. aduerſus Dacos eorumque regem Decebalum Traianus, alterum aduerſus Quados Marcus Aurelius a. C. 179. geſſerunt, haec noſtra Petrus refert.

b) Λαγγιβαρδων και Οβιων.

c) εις παντελη φυγην οἱ Βαρβαροι ἐτραποντο ἐφ' οἱς οὑτω πραχθεισιν ἐν δεει καταςαντες ἐκ πρωτης ἐπιχειρησεως οἱ Βαρβαροι, πρεσβεις &c.

2. THEOPHANES p. 81. Anaſtaſius Biblioth. p. 39. Conſtantinus de Adm. Imp. p. 78. cf. *Gothica* §. 30.

Imp. ARCADIO.

a. C. 395-410.

fixerant ſedem. Gepedes quidem, ex quibus demum Longobardi et Abares diuiſi ſunt [d]) loca ad Singidonem et Sirmium poſita occupauerunt.

Sub

Theodoſio Iun., Marciano, Leone I et II, et Zenone nulla fit Longobardorum mentio.

§. 3.

Ante imperium Anaſtaſii.

ante a. C. 491.

3. [ERVLI] cum et numero et viribus ſupra finitimos omnes barbaros creuiſſent, adorti ſingulos, pronam habebant victoriam, et in eorum fortunas graſſabantur. Demum Longobardos [e]), iam tum Chriſtianos, et quasdam alias gentes ſibi vectigales fecerunt, contra barbarorum in illis partibus degentium morem, ad id cupiditate arrogantiaque inducti.

§. 4.

Imp. ANASTASIO.

Imp. ANASTASIO.

a. C. 494.

4. [CIRCA quartum imperii Anaſtaſii annum Rodulfus Erulorum rex, a ſuis coactus,] in Langobardos plane inſontes expeditionem ſuſcipit, nullius delicti poſtulans; ſed bellum inferens ex animi mera libidine. Quo Langobardi cognito, ſemel iterumque pacem rogatum legatos miſerunt. Cum vero in ſua perſtarent ſententia Eruli, ipſi quoque, inuiti licet, arma capientes cum hoſtibus proelio congrediuntur. Quo ſuperiores Langobardi, Erulos, occiſo Rodulfo rege in fugam verſos, ad internecionem ceciderunt.

Sub

d) ἐξ ὧν ὕϛερον διηρέθησαν Λογγιβάρδοι καὶ Ἄβαρεις.

3. PROCOPIVS de Bello Gothico L. II. c. 14. p. 419, 420. cf. *Herulica* §. 4, 5.

e) Λογγιβάρδας.

4. Id. ibid. p. 420, 421. cf. *Herulica* §. 6—8.

Sub
Iuſtino Thrace
nulla ſit Longobardorum mentio.

§. 5.

Imp. IVSTINIANO I.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 539. a. 4. B. G. f)

[VITIGIS Gothorum rex cum aduerſum ſe et Rauennam primo vere venturum Beliſarium audiiſſet]; ad VACIN g) Langobardorum regem legatione miſſa, grandique oblata pecunia, ad ſocietatem inuitat. Vbi vero illum arcto amicitiae et foederis vinculo imperatori coniunctum eſſe perſpexerunt legati, re infecta redierunt. 5.

§. 6.

a. C. 549. a. 14. B. G. i)

CVM—vrbem Noricum et Pannoniae munitiones, aliaque loca, ac pecuniam inſuper maximam Iuſtinianus Auguſtus Langobardis donaſſet; eam illi ob cauſam patriis ſedibus relictis, in aduerſa Iſtri fluminis ripa conſederant h), haud procul a Gepaedibus. At ipſi quoque Dalmatiam et Illyricum ad limitem vsque Epidamni peruagando, praedas abigebant et captiuos: quorum nonnullis fuga elapſis ac reuerſis domum, Romanum hi barbari imperium obibant, tanquam Romanis coniuncti foedere, ibique ſi quos eorum, qui euaſerant, agnoſcerent, perinde ac ſua mancipia fugitiua recipiebant, atque abſtractos e parentum ſinu domum reducebant, nemine repugnante. 6.

 §. 7.

5. PROCOPIVS de B. G. L. II. c. 22. p. 441. cf. *Gothica* §. 227.

f) Exiit annus 3. Belli Gothici. p. 417. exiit a. 4. p. 441.

g) ἐς δὲ Λαγγοβαρδων τον ἀρχοντα Ουακιν.

6. Id. ibid. L. III. c. 33. p. 543. vbi cum Gepaedibus a Iuſtiniano ſtipendia negata eſſe [vid. *Gepaedica* §. 8.] narraſſet, pergit: *Cum autem vrbem Noricum* &c.

h) ἐνθενδε ποταμȣ Iςρȣ ἱδρυσαντο.

i) Exiit a. 13. B. G. p. 533. exiit a. 14. p. 550.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 549.

§. 7.

7. Ita barbari [k] Romanum imperium inter ſe partiti ſunt. Deinde maximo Gepaedes inter ac Langobardos, inuicem confines, orto diſſidio, vtrique belli mutui vehementiſſima incenſi cupidine, pruriebant in pugnam: cui et certa dies praeſtituta eſt. — Tunc temporis Thoriſinus imperabat Gepaedibus, AVDVINVS [l] Langobardis. Hi itaque ambo ad Iuſtinianum auxilia rogatum legatos miſerunt. Et Gepaedes quidem Iuſtinianus Auguſtus poſt longam deliberationem remiſit irritos, ac iurato cum Langobardis foedere, his miſit equitum plus decem millia. — Simul cognouerunt Gepaedes, Romanorum exercitum appropinquare, diremta cum Langobardis controuerſia, pacem pepigerunt, inuitis Romanis. [m]

§. 8.

8. ILDISGVS, natione Langobardus, ad Gepaedes ſe recepit, ob eiusmodi cauſam. Quo tempore Langobardis VACES [o] imperabat, nepotem habebat, nomine *Riſiulfum* [p], quem lex ad regnum vocabat, poſtquam ex vita Vaces migraſſet. Vaces autem id prouide curans, vt filio ſuo principatum relinqueret, Riſiulfum, falſi criminis reum actum, exſilio multauit. Statim ille ex patria ad *Varnos* [q] cum paucis profugit, relictis ibi duobus filiis. Hos barbaros pecunia Vaces ad Riſiulfi caedem perpellit. Filiorum Riſiulfi alter morbo extinguitur; alter, cui nomen *Ildiſgus*, ad Sclauenos eua-

7. PROCOP. de B. G. L. III. c. 34. p. 544—547.

k) Franci, puta, Gepaedes, Langobardi et Heruli.

l) Αὐδουίν.

m) Locum integrum vide in *Gepaedicis* §. 9—13.

8. Id ibid. c. 35. p. 549. vbi haec praemittit: *At imperator, ſe Italiae proſpecturum pollicitus, in Chriſtianorum dogmata maximam temporis partem conferebat, tollendis eorum controuerſiis intentiſſimis. Haec agebantur Byzantii cum Ildiſgus &c.*

n) Ἰλδίσγος.

o) Οὐάκις.

p) ἦν τις οἱ ἀνεψιὸς Ῥισιοῦλφος ὄνομα.

q) De his Procopius de B. G. L. III. c. 20. p. 620. *Trans fluuium Iſtrum*, inquit, *habitant Varni, pertinentque ad Oceanum vsque Borealem et Rhenum amnem, qui ipſos ac Francos, aliasque vicinas gentes diſterminat.*

a. C. 549.

euadit. Haud multo poſt morbo obiit Vaces, ac Langobardorum principatus VALDALO [r] obuenit, Vacis filio: cui admodum puero tutor adhibitus AVDVINVS, regnum adminiſtrabat. Hinc multa auctus potentia, breui ipſe regnum obtinuit, cum puerum repente morbus oppreſſiſſet. Nato demum, vt dixi, bello Gepaedes inter ac Langobardos, protinus Ildiſgus cum Langobardis, qui ſe ipſi adiunxerant, ac numeroſa Sclauenorum manu ad Gepaedes ſe contulit. [s] —

Pace Gepaedes inter et Langobardos reconciliata, cum Auduinus Ildiſgum repeteret, hic ad Sclauenos ſe retulit. Hinc profectus, Totilam Gotthosque adire inſtituit; armatorum non minus ſex millia ſecum habens. Agrum ingreſſus Venetum, cum obuia Romanorum manu, quam Lazarus ducebat, conflixit, eaque in fugam acta, multos occidit. Nec tamen ſe admiſcuit Gotthis; ſed iterum tranſito Iſtro flumine, ad Sclauenos conceſſit.

§. 9.

a. 15. B. G. [t]

a. C. 550.

[GERMANVS a Iuſtiniano patruo belli Gothici dux deſignatus, cum in copiis colligendis occupatus eſſet]; multi etiam barbari, Iſtri fluminis accolae, Germani illuſtri fama exciti, grandi accepta pecunia, ad Romanum exercitum ſe aggregarunt; et cum alii barbari coacti vndique confluxerunt, tum Langobardorum rex milites cataphractos mille, quos paratos habebat [v], propediem ſe miſſurum recepit. 9.

§. 10.

a. 16. B. G. [x]

a. C. 551.

RENOVATO non diu poſt Gepaedes inter et Langobardos bello, cum iam in propinquo eſſent exercitus, non tamen in conſpectu, 10.

r) τον Οὐαλδάλον, in marg. Οὐαλδάχον.

s) Cf. *Gepaedica* §. 14.

9. PROCOP. de B. G. L. III. c. 39. p. 558, 559.

t) Exiit a. 14. B. G. p. 550. exiit a. 15. p. 559.

v) ὁπλίτας χιλίους ἐν παρασκευῇ πεποιημένος.

10. Id. ibid. L. IV. c. 18. p. 615, 616.

x) Exiit a. 16. B. G. p. 625.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 551.

ſpectu, accidit, vt vtrique, panico terrore perculſi, fugam facerent, ſolis regibus relictis. Quod hi non ſine Dei quodam conſilio factum eſſe arbitrati, duorum annorum fecerunt inducias. Harum induciarum tempore, quoniam controuerſias inter ſe tollere minime poterant, ad bellum inſtaurandum ſe compararunt. Veriti tunc Gepaedes, ne Romani Langobardis auxilium ferrent; de ineunda belli ſocietate ad Hunnos Cuturguros legatos miſerunt. iisque, cum ante elapſum induciarum tempus improuiſi adeſſent, vt interim in Romanorum prouincias incurſionem facerent, perſuaſerunt y).

a. 17. B. G. z).

§. 11.

a. C. 552.

11. INTEREA loci [cum Gepaedes Sclauenos, Romanos prouincias populatos, nauigiis ſuis Iſtrum transportaſſent] Gepaedes et Langobardi inter ſe bellum reparabant. Tum Gepaedes, nondum accepto nuntio iurati ab Auguſto cum Langobardis foederis; legatis Byzantium miſſis cum eodem foedus percuſſerunt. Haud multo poſt, quae aduerſum Gepaedes Langobardi ſociali iure poſtulabant, miſit auxilia Iuſtinianus. — Copias illas ducebant Iuſtinus ac Iuſtinianus, Germani filii, Aratius, Suartuas a) et Amalafridus Gotthus b), cuius ſororem Auduino Langobardorum regi [Iuſtinianus] collocauit. Illius exercitus nemo ad Langobardos peruenit, niſi Amalafridus cum ſuis. Nam caeteri in Illyrico ad vrbem Vlpianam imperatoris iuſſu conſtiterunt, ob incolarum ſeditionem, ortam ex Chriſtianorum controuerſiis de religione. —

Ergo Langobardi cum omnibus copiis et Amalafrido Gepaedum fines ingreſſi, factos ſibi obuios acerrimo fundunt proelio, eorumque, vt perhibent, partem maximam caedunt. Tum Auduinus, Langobardorum rex, quosdam e ſuis aſſeclis Byzantium deſtinat, laetum cladis hoſtilis nuntium Iuſtiniano Auguſto allaturos; eum ſimul incuſans, quod non ex pacto foederis affuiſſent ipſius copiae; quamuis nuper tot numero Langobardi profecti eſſent, Narſeti in Totilam et Gotthos militarem operam nauaturi.

§. 12.

y) Excerpta ſunt, locum integrum vide in *Gepaedicis* §. 16-18.
11. Id. ibid. c. 25. p. 638, 639. Cf. *Gepaedica* §. 20, 21.

z) Exiit a. 17. B. G. p. 639.

a) Cf. *Herulica* §. 44.

b) Cf. *Gothica* §. 319.

§. 12.

a. C. 553.

[NARSES belli Gothici dux a Iuſtiniano deſignatus, ingentem conſcripſit exercitum]. Auduinus, Langobardorum rex, a Iuſtiniano Augusto multa pecunia et foederis ſanctione inductus, delectu ſuorum habito, bis mille ducentos bellatores egregios auxilio miſerat, hisque in famulatum addiderat amplius tria pugnatorum millia. 12.

§. 13.

[Narſes] cum proxime agrum veniſſet Venetum, miſſo nuntio ad Francorum duces, qui loca illa tenebant praeſidiis, poſtulauit, vt ſibi, tanquam amicis, tranſitum darent. Illi Narſeti ſe nullo id pacto permiſſuros reſpondent; — quod ſecum — Langobardos duceret, capitales Francorum hoſtes. 13.

§. 14.

DVM ibi ſic ea fierent, interea haec contigerunt. *Ildigiſal* d), vir Langobardus, cuius antea memini, inimicitias habens cum barbarorum, popularium ſuorum, rege Auduino, qui regnum, ipſi iure hereditario debitum, vi occuparat; patria profugus, Byzantium ſe contulerat. Eo cum perueniſſet, humaniſſime illum acceperat imperator, ac ducem creauerat vnius ſcholae: ſic vocant cateruas militum ad palatii cuſtodiam deſtinatas. Langobardos ducebat minimum trecentos, bellica virtute praeditos; qui vna prius commorati in Thracia fuerant. Ab imperatore Iuſtiniano petierat Auduinus, vt ſibi, vtpote Romanorum amico et ſocio, traderetur Ildigiſal; et clientis proditionem exegerat in praemium amicitiae: verum Auguſtus abnuerat. Poſtea queri Ildigiſal coepit, quod infra meritum ſuum ac Romanum ſplendorem ſtipendiis et honore afficeretur; ita vt grauiter offenſum prae ſe animum ferret. Id animaduertit *Goar*, homo Gotthus; qui olim, bellum cum Romanis gerente 14.

rente

12. PROCOP. de B. G. L. IV. c. 26. p. 641. vide et p. 651.

c) Exiit a. 18. B. G. p. 666.

13. Id. ibid. p. 642.

14. Id. ibid. c. 27. p. 643.

d) Ιλδιγισαλ, ſupra Ιλδιγες vocatur, vid. §. 8.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 553.

rente Vittige, captiuus huc abductus fuerat e Dalmatia. Vtque erat animo vir feruido acerrimoque, praeſentem fortunam impatienter ferebat. Poſt debellatum Vittigem, cum Gotthi, qui prius arma contra imperatorem tulerant, defectionem moliti eſſent, conuictus et ipſe fuerat initae in rempublicam machinationis, multatusque exilio, in Aegyptum vna migrauerat. Hac in poena diu relictum miſeratus poſtmodum imperator, Byzantium reuocauerat. Iſte igitur Goar Ildigiſalem, vt dixi, dolore percitum animaduertens, aſſiduis vrget monitis, ac fugam ſuadet, ſe vna Byzantio exceſſurum pollicitus. Probato conſilio, repente cum nonnullis elapſi,
15. vt Apros vrbem Thraciae attigere, Langobardis illic degentibus admiſcent ſeſe, et Caeſarea equilia nacti, inde magna equorum vi abacta, porro pergunt.

§. 15.

Simul haec imperator cognouit, per Thraciam totam atque Illyricum dimittit nuntios, ducibusque omnibus ac militibus iniungit, vt pro virili parte fugitiuis iſtis occurrant. Ac primo quidem exigua manus Hunnorum Cuturgurorum, qui relicta patria, — in Thracia conſederant, imperatoris permiſſu [e]), cum his fugitiuis congreſſa, acie vincuntur: caeſis nonnullis, fuſi caeteri inſectandi conſilium abiiciunt, ibique manent.

Itaque Ildigiſal et Goar cum ſociis totam Thraciam peruaſerunt, obſiſtente nemine, et Illyricum ingreſſi, Romanum exercitum offenderunt, accurate collectum in ſuam ipſius perniciem. Copias illas cum alii ducebant, tum Aratius, Rhecitangus, Leonianus et Arimuthus. Diem totam equitauerant: cumque in locum ſyluoſum primis tenebris veniſſent, ibi conſtiterunt, vt noctem illam quieti traducerent. Ac militibus quidem hi duces, praeter alia, id quoque mandarunt, vt ſuos curarent equos, ſeque in fluuio illac perfluente refrigerantes, leuarent laborem viae. Ipſorum vero quisque tribus quatuorue aſſumtis protectoribus, ſeorſum, loco in abdito, fluminis aquam bibebant: grauem enim, vt res ferebat, ſitim collegerant. Vt id Goar atque Ildigiſal, qui prope aderant, per exploratores cognouerunt, bibentes adorti de improuiſo, omnes occidunt, eoque facto reliquam viam ſibi plane expediunt. Mili-

15. Id. ibid. p. 644, 645.

e) Vide *Hunnica* §. 130.

Milites enim, amiſſis ducibus, anxii conſiliique omnino inopes, retro commearunt; atque ita cum Goare elapſus Ildigiſal ad Gepaedes peruenit.

§. 16.

Tum etiam quidam, cui nomen Vſtrigotthus, ad Langobardos ex Gepaedibus profugus ſe receperat. ʻPace Gepaedes inter ac Langobardos reſtituta, Iuſtinianus et Auduinus Langobardorum rex, legatis miſſis Ildigiſalem communem hoſtem a Thoriſino Gepaedum rege depopoſcerunt. Hic vero, vt ſe ex hoc negotio expediret, nec ſupplicem prodere cogeretur, Vſtrigotthum profugum ſimiliter ab Auduino repetiit f). Quo pacto id conſecutus eſt, vt Langobardorum petitionem retunderet, obiecta difficultate ſimilis indignitatis, ſtatimque Auduinum ipſum iniqua conuentione implicaret. Qua facta cum probe ſcirent, nec Langobardos nec Gepaedes piaculi participes eſſe velle, nihil quidem egerunt palam; ſed alter alterius inimicum dolo ſuſtulit—

§. 17.

Narses ſucceſſu [Gotthis quippe debellatis, et Totila eorum rege ipſo occiſo] laetus—inſtantia digerebat. Ac primum redimere pretio voluit indignam licentiam Langobardorum, quos ſecum duxerat: cum praeter alia inquinatiſſima vitae ſcelera, obuias domos delerent igni, et foeminis, quae ſacris aedibus ſe commiſerant, turpem vim afferrent. Quare magna pecunia donatos remiſit in patriam. Valeriano ac Damiano nepoti ſuo eorumque copiis demandata cura, eos ad Romani imperii limitem deducendi, vt in via ab iniuria et maleficio temperarent. Poſtquam Langobardi ex Romano ſolo pedem extulerunt, caſtra Valerianus ad vrbem Veronam poſuit, vt eam obſidione imperatori ſubiiceret. 16.

§. 18.
a. C. 554.

[Theodibertvs Francorum rex, Narſe in Italia occupato, arma Thraciae inferre meditatus, ad Gipedas et Langobardos g) aliasque 17.

f) Excerpta ſunt, locum integrum vide in *Gepaedicis* §. 23, 24.

16. Procop. de B. G. L. IV. c. 33. p. 657, 658.

17. Agathias p. 14, 15. Cf. *Gepaedica* §. 25.

g) Λαγγοβαρδες.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 554.

atque nonnullas finitimas gentes legatis miſſis, iis, vt in belli ſocietatem venirent, perſuadere nitebatur; hoc inprimis vſus argumento; Non tolerandum eſſe, quod imperator Iuſtinianus in Edictis imperatoriis Francici, Alemannici, Gipedici, Langobardici, aliasque huiuscemodi titulos ſibi vindicaret.]

§. 19.

18. [ROMANI cum Phaſidem vrbem praeſidio munirent, ſub ipſum medium ſpatium] ſtationem habebat Langobardorum et Herulorum manus, ductante vtrosque *Gibro*.

§. 20.

Imp. IVSTINO *Iuniore*.

Imp. IVSTINO *Iun.*

a. C. 570.[h])

19. ALBOINVS Longobardorum rex[i]), (nec enim inimicitias, quas cum Conimunto Gepidarum[k]) rege exercebat, deponebat, ſed quacunque ratione Gepidarum opes ſibi euertendas ducebat) legatum ad Baianum [Abarorum ducem] miſit, quibus eum ad armorum ſocietatem adhortabatur. Hic ea tandem conditione, ſi decimam partem quadrupedum, quae tunc temporis apud Longobardos eſſent, ſtatim acciperet, et ſi ſuperiores euaderent, dimidia praedae pars et tota Gepidarum regio ſibi permitteretur, conſenſit[l]). Atque haec cum ita conuenta eſſent, bellum inferre Gepidis deinceps inſtituerunt[m]).

CAPVT

18. Id. p. 96.

19. MENANDER in Excerptt. de Legatt. p. 110, 111. Theophylactus L. VI. c. 10. p. 157, 158. Hunc poſteriorem locum in *Gepaedicis* §. *36, 37.* attuli.

h) Ad hunc annum Conimundi caedem refert Io. Biclarienſis in Scaligeri Theſauro Temporum p. 13. Secundum Theophylactum l. c. octo circiter annis ante contigit.

i) Αλβοιος, ὁ των Λογγιβαρδων μοναρχος. a Theophylacto Αλβοις vocatur.

k) Γηπαιδων, ita et infra.

l) Excerpta ſunt, locum integrum vide in *Auaricis* §. *15, 16.*

m) Reliqua vide in *Gepaed.* §. *27.* In Annotationibus in Theophylactum, ad locum ſupra citatum, haec leguntur: „Florebant eo tempore (circa annum Domini DLXVI.) in Pannonia rei mi-

CAPVT II.

Res Longobardorum in Italia geſtae;

ab a. C. 568 — 774.

§. 21.

Imp. IVSTINO *Iuniore.*

Imp. IVSTINO *Iun.*

a. C. 568. a)

SCIENDVM eſt, antiquis temporibus omnem Italiae ditionem, Neapolim, Capuam, Beneuentum, Salernum, Amalphim, Gaietam et vniuerſam Longobardiam Romanis Romae imperantibus ſubditam fuiſſe. Poſt translatam vero Conſtantinopolim imperii ſedem, haec omnia in duos principatus diuiſa ſunt. Ex eo tempore ab imperatore CPlitano miſſi ſunt patricii duo, quorum alter Siciliam, Calabriam, Neapolim et Amalphim adminiſtrabat; alter vero Beneuenti reſidebat, imperabatque Papiae, Capuae et reliquis omnibus: qui ambo quotannis imperatoris fiſco aſſignatam pecuniam pendebant. Hae porro omnes, quas ſupra recenſui, regiones a Romanis habitabantur. 20.

litaris atque armorum gloria Longobardi. Hanc gentem ſcribit Paullus diaconus Scandinauiam quandam inſulam ad Oceanum aquilonarem incoluiſſe, indeque in continentem Germaniam cum liberis vxoribusque profectam, certas ibi ſedes ac domicilium poſuiſſe. Poſt multos inde annos Pannoniam iniiſſe, quae ab Hunnis adhuc (qui et Abares dicebantur) incolebatur, atque eorum auxilio vicinos Gepidas proelio deleuiſſe. Quo factum eſt, vt praeter caeteros virtutis fama et rerum geſtarum gloria antecellerent, tum cum Gothi in Italia rerum potirentur. Praeerat eis Alboinus Andoini [Auduini] filius, rex iam decimus numeratus &c., Sigonius de regno Italiae lib. I. Idem rex Roſimundam Chunimundi Gepidorum regis filiam, quem in proelio interfecerat, in matrimonio habebat, cuius fraude quomodo interfectus ſit, vide eundem Sigonium eodem libro,,.

20. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 27. p. 82, 83.

a) Vide infra not. d.

b) Λογγοβαρδία.

Imp. IVSTINO *Iun.*

a. C. 568.

Temporibus autem imperatricis Irenes c) miſſus patricius Narſes et Beneuentum et Papiam adminiſtrabat; Romam vero papa Zacharias Athenienſis. Accidit autem, vt in Papiae partibus bella gererentur, Narſesque patricius fiſco aſſignatas ex pacto pecunias in exercitus vſum impenderet: et ordinarius ab illo reditus non tantum non mittebatur, ſed contra, ſe potius, illinc pecunias ſibi miſſum iri, ſperare, ſignificabat, quippe cum omnes reditus bellis ingruentibus impendiſſet, ac proinde non hinc aliquid eſſe quaerendum. His auditis imperatrix, Irene ira accenſa, fuſum illi et colum

c) Bandurius in Animaduerſionibus in librum Conſt. Porph. de A. I. p. 60, 61. „Sic, inquit, habetur et in Mſſ. At mendum hic eſſe oſcitanter exſcribentis librarii nemo non videt: quippe id accidit Iuſtino imperante, ideoque Sophia tunc Augusta fuit non Irene, vt et papa Ioannes III. non Zacharias. Sunt autem, qui hanc Longobardicae irruptionis auctore Narſete patricio ſpadone hiſtoriam inter fabulas reiiciant. In his — Baronius —. Plurimi autem ſunt, qui hanc hiſtoriam Narſetis veram ac genuinam eſſe arbitrantur; et facile Baronii difficultates eliminant, cum plures Narſetes illis temporibus floruiſſe, ex hiſtoricis oſtendant. Praeter Petauium in Rationario temporum, pluribus veritatem huius hiſtoriae aſſerit Pagius ad annum Chriſti 567. cuius verba non abs re hic deſcribere libet. Sic igitur ille: Paulus Diaconus lib. 2. de Geſtis Langobard. c. 5. Anaſtaſius in vita Ioannis III. papae, Fredegarius in Epitome cap. 65. Sigebertus, Marianus Scotus, Hermannus Contractus, aliique ſcriptores Latini ſcripſere, Narſetem a Sophia Aug. territum, vt regredi vltra CPlin non auderet, Langobardos, vt in Italiam venirent, inuitaſſe. Baronius hoc inter fabulas reiicit, exiſtimatque, Narſetem ante Iuſtini imperium ex Italia a Iuſtiniano reuocatum fuiſſe, quod in Corippo legiſſet, ipſo Iuſtini initio Narſetem ducem celeberrimum CPli eius inaugurationi interfuiſſe, et Curopalatem tunc fuiſſe, quae ſumma palatii dignitas haberi coepit, ex quo Iuſtinus, Iuſtiniani nepos, eam geſſit. Verum imperante Iuſtino tres Narſetes claruere, iique Perſarmeni. De duobus prioribus loquitur Procopius L. 2. de Bello Goth. c. 13. *Erat is*, inquit, *Narſes ſpado et Sacrarum Largitionum Comes*, &c. *Iuſtinus dux Illyricorum, et Narſes alter, qui ex Armeniis Perſae ſubditis ad Romanos transfugerat, olim cum Aratio fratre.* Primus praefectus Italiae fuerat, et de eo loquitur Marianus citatus. Secundus, qui frater erat Aratii et Iſacii, periit in bello Perſico, imperante Iuſtino geſto, vt refert Procopius lib. 2. de Bello Perſ. c. 25. qui et alibi ſaepe eius mentionem facit. Tertius, Narſes ille eſt, de quo Corippus loquitur, et haec a Baronio numero XI. recitata cecinit; *Armiger interea, Domini veſtigia lu-*

lium miſit, hiſce verbis ad ipſam ſcribens: „Accipe haec, quae tibi conueniunt; nere enim te aequius iudicauimus, quam armis tanquam virum vti, ac pro Romanis pugnare„. Quibus intellectis Narſes patricius, reſcripſit imperatrici hoc modo: „Poſtquam nere me rectius et filum torquere videtur tibi, veluti feminam, telam me ordiri noſſe ſcias, quam nunquam Romani detexant„.

Tunc autem temporis Longobardi Pannoniam incolebant d), quae nunc Turcorum ſedes eſt, et miſſis ad eos fructibus omnis gene-

ſtrans Eminet excelſus ſuper omnia vertice Narſes Agmina, et Auguſtam cultu praefulgurat aulam Comptus caeſarie, formaque inſignis et ore. At Narſes iſte, de quo loquitur Poeta, non eſt is, qui tantas res in Italia geſſit, quique in offenſionem Sophiae Aug. incurrit. Neque enim Narſes eunuchus forma inſignis fuit et ore, neque etiam iuuenis, ſed ſenex. Narſes itaque, de quo Corippus, ſub Mauricio dux militum fuit, et 30. circiter annis poſt priorem adhuc floruit, tantoque Perſis terrori fuit, vt Perſarum infantes audito ſolo Narſetis nomine tremerent. — Caeterum an Narſes eunuchus Langobardos in Italiam accerſiuerit, ab auctoribus Graecis diſcere non poſſumus, ex quibus nec Theophanes, nec Cedrenus, nec Zonaras, nequidem irruptionis Longobardorum in Italiam mentionem faciunt; cum contra plerique Hiſtorici Latini, apud quos res geſta, eius diſerte meminerint. Extat in Bibliotheca Colbertina Melliti *Breuis temporum expoſitio* manuſcripta, cuius initio profitetur hic auctor, ſe in medium adducere, quae ab antiquioribus ſcriptoribus accepit, et temporum ſummam *ab exordio mundi vsque ad Heraclii Aug. vel Siſebuti regis principatum* breuiter notare. Is cum ad Iuſtinum Minorem peruenit, ait: *Narſis patricius poſtquam ſub Iuſtiniano Aug. Tutilam Gothorum regem in Italia ſuperauit, Sophiae Auguſtae Iuſtini coniugis minis perterritus, Longobardos a Pannoniis inuitauit, eosque in Italiam perduxit.* Ita Mellitus de verbo ad verbum, qui teſtatur ſe opus ſuum abſoluere *anno Heraclii Imp. V. et IV. Siſebuti*, anno ſcilicet Chriſti DCXIV. aut inſequenti: quem Hiſpanum fuiſſe, Siſebuti regis mentio in tam paruo Chronico oſtendit. Habemus itaque auctorem coaeuum, qui nihil ſcribit, quod ab antiquioribus non acceperit. Codex ab octingentis circiter annis exaratus. Idem habet ſanctus Iſidorus Hiſpalenſis epiſcopus, auctor etiam coaetaneus in breui ſuo Chronico nuper a Schelestratio ex bibliotheca Vrbino-Vaticana publicato. Sic laudatus Pagius —„

d) οἱ δὲ Λογγοβάρδοι τῷ τότε καιρῷ κατῴκουν εἰς Παννωνίαν. Bandurius l. c. adnotat: „Habitarunt in Pannonia„ inquit Meurſius, Lon-

Imp. IVSTINO *Iun.*

a. C. 568.

generis e) patricius, iſthaec ipſis ſignificauit: „Venite huc et videbitis, pro vetere verbo, terram mel et lac fluentem, et qua, vt puto, neque Deus meliorem habet; et, ſi vobis placuerit, hanc inhabitabitis, vt in perpetuum fauſtis me precationibus ac benedictionibus proſequamini„. His vero auditis, perſuaſi Langobardi cum familiis Beneuentum venerunt. Ciues autem Beneuentani cum intra vrbem illos admittere nollent, extra eam prope murum ad flumen habitarunt, aedificata vrbe parua, quae *Ciuita Noua* f), id eſt noua ciuitas appellatur, extatque etiam hodie. Intrabant vero etiam vrbem et eccleſiam, doloque ſuperiores facti habitatoribus omnibus, eos vniuerſos occiderunt, vrbemque occuparunt; gladiis enim intra fuſtes occultatis eccleſiam ingreſſi, pugna excitata, vniuerſos, vt ſupra dictum eſt, interemerunt. Et inde excurſione in omnem ditionem thematis Longobardiae et Calabriae facta, ſubiecerunt eam vsque ad Papiam, excepta Hydrunte, Callipoli, Ruſiano, Neapoli, Gaieta, Surrento et Amalphe. Prima vero vrbs antiqua et magna erat Capua, ſecunda Neapolis tertia Beneuentum, quarta Gaieta, quinta Amalphe g).

§. 22.

Imp. TIBERIO *Conſt.*

Imp. TIBERIO *Conſtantino.*

a. C. 582.

21. [CIRCA quartum imperii annum Tiberius Conſtantinus —] miſit in Italiam magnam auri quantitatem, vsque ad centum triginta

gobardi annos XLII. nempe ab a. C. DXXVI. ad DLXVIII. vide Diaconum de geſt. Longob. lib. 2. c. 7.

e) Bandurius l. c. „Paulus Diaconus de geſtis Longob. L. 2. c. 5. *Itaque odio metuque exagitatus* [Narſes] *in Neapolitanam ciuitatem ſecedens, legatos mox ad Longobardorum gentem dirigit, mandans vt paupertinae Pannoniae rura deſererent, et ad Italiam cunctis refertam diuitiis poſſidendam venirent. Simulque multimoda pomorum genera, aliarumque rerum ſpecies, quorum Italia ferax eſt, mittit, quatenus eorum ad veniendum animos poſſet illicere.* Et Anaſtaſius Bibliothecarius in Ioanne III. *Tunc egreſſus Narſes de Roma venit Campaniam; et ſcripſit genti Longobardorum, vt venirent, et poſſiderent Italiam*„.

f) Τζιβιταγεβα.

g) Quae his ſubiungit Conſtantinus, vide infra §. 28.

21. MENANDER p. 124.

Imp. TIBERIO *Conſt.*

a. C. 582.

ginta pondo, [quae Pamphronius nomine, dignitate patricius[h] a ſeniori Roma ad imperatorem[i] attulerat. Is tunc ad regiam venerat, vt precibus a Caeſare impetraret, vt Italiam, a Longobardorum excurſionibus oppreſſam, in libertatem vindicaret. Caeſar vero, cui omnia prae bello Perſico nullius momenti erant, quippe qui totus in illud incumberet, exercitum mittere non potuit, neque bellum in oriente et in occidente ſimul ſibi gerendum ſtatuit. Sed pecunias dedit Pamphronio, quibus, ſi qua poſſet, aliquos Longobardorum perſuaderet ad Romanos tranſire, vna cum eorum exercitu, et Italiam minime turbare. Quod efficerent, ſi in Orientem arma vertere vellent, et Romanis auxilium ferre. Si Longobardi renuerent, vt veriſimile erat, bellatum foris ire, Francorum ducum aliquos mercede ſibi ſocios adiungeret, et hac ratione Longobardorum potentiam labefactaret et infringeret.

§. 23.

ITALIA tota fere a Longobardis eſt euerſa et diruta. Itaque 22.
nonnulli ex ſenatu ſenioris Romae cum quibusdam ſacerdotibus, quos, qui ſummae ſacrorum praeerat, delegauerat, ad imperatorem legati venerunt, orantes, vt his partibus ſubueniret. Sed Perſicum bellum fecit, vt imperator nullas idoneas copias, quae illarum partium rebus ſubleuandis ſufficerent, mitteret. Verumtamen delectu, vt res tulit, habito, exercitum, quem potuit, miſit, atque etiam omne ſtudium et diligentiam adhibuit, quo Longobardorum duces donis demereretur, quos, magna illis praemia retributurus, ad ſuas partes traduceret. Itaque plerique ex Longobardorum potentibus ab imperatore ſe remuneratum iri ſperantes ad Romanos defecerunt.

§. 24.

Imp. MAVRICIO.

Imp. MAVRICIO.

a. C. 586.

[AVARI cum bello aduerſus Romanos ſuperiores eſſent, Mau- 23.
ricius maiores comparauit copias, eisque ducem praefecit Ioannem Myſta-

h) Βασιλεως πατηρ. haec dignitas, quam alias βασιλεοπάτορος vocant, longe diuerſa eſt a dignitate patricii.

i) Addit haec interpres.

22. Id. p. 126.

23. THEOPHYLACTVS L. II. c. 17. p. 55. Cf. *Auarica* §. 83.

Imp. MAVRICIO.

a. C. 586.

Myſtaconem, cui *Droctonem* [k]) pro hypoſtratego adiunxit]. Hic Longobardus [l]) natione, vir fortiſſimus et ad arma promtiſſimus erat. Adrianopolin vt peruenerunt, ſtrategemate hoſtes circumueniens Drocto, magnam eorum ſtragem edidit.

§. 25.

a. M. 6080.
a. C. 580.

a. C. 587.

24. α) Hoc anno menſe Septembri, indictione ſexta, Longobardi aduerſus Romanos bellum mouerunt.

Sub
Phoca et reliquis imperatoribus vsque ad Theodoſium Adramytenum nulla fit Longobardorum mentio.

Imp. LEONE *Iſauro.*
a. M. 6210. a. C. 710. a. 2. Leon.

§. 26.

Imp. LEONE *Iſauro.*

a. C. 717.

25. β) SERGIVS protoſpatharius et Siciliae dux vrbem imperantem a Saracenis obſeſſam audiens, Baſilium quendam CP. natum Gregorii Onomaguli filium, Tiberium a ſe vocatum, illic loci proprium imperatorem corona inſigniuit. Imperator [c] hoc cognito Paulum Chartularium patricium et Siciliae ducem renunciatum contra illum miſit.

α) THEOPHYLACTVS: *Roma vetus Longobardorum impetus retundit.* CEDRENVS: *Anno ſexto* [imperii Mauricii] *Longobardi* (Λογγιβαρδοι) *bellum Romanis intulerunt.*

β) NICEPHORVS: *— Sergius ad Longobardos confugit —.* ZONARAS: *— ſtatim arrepta fuga verſus Longobardiam proficiſcitur —,* reliqua ſimilia omnia.

k) Τον Δροκτωνα.

l) Λογγοβαρδος.

24. THEOPHANES p. 220. Theophylactus L. III. c. 4. p. 66. Cedrenus T. I. p. 396.

m) οἱ Λογγιβαρδοι.

25. THEOPHAN. p. 333, 334. Nicephorus Patriarcha p. 35, 36. Zonaras T. II. p. 101, 102.

Imp. LEONE *Iſauro*

a. C. 717.

miſit. Quem' vbi — Syracuſas attigiſſe audiit Sergius, obſtupuit: propriaeque conſcientiae crimine impulſus, ad vicinos Calabriae Longobardos confugit. ᶜ Vnde non diu poſt, rebellione compreſſa, accepta incolumitatis fide reuertit '.

§. 27.

a. 8. imp. Leonis.

a. C. 723.

STEPHANVS [papa Romanus] cum multa mala ᵉ ab ASTALPHO Longobardorum rege n) pertuliſſet, apud Francos profugit ad Pipinum maiorem domus et exarchum omnium rerum, totiusque Francorum gentis. o) 26.

§. 28.

Imp. CON-STANTINO *Copr.*

Imp. CONSTANTINO *Copronymo.*

a. C. 749.

SALERNVM — habitatum fuit a *Sicardo*, cum principatus diuiderent Longobardi. Et ſunt in hodiernum vsque diem, quae ſeptima indictio eſt, anni a condito mundo 6457. (Chriſti 949.), a diuiſa Longobardia anni ducenti. Erant autem fratres duo ᶜ *Sico* atque Sicardus. p) Et Sico quidem Beneuento imperabat, ac Bareos et Sipendi q) partibus; Sicardus vero Salernum, Capuam et partes Calabriae poſſidebat. — Capua vero erat vrbs ingens, captaque eſt a *Vandalis* ſiue Afris et vaſtata: atque ita deſolata cum iaceret, inhabitarunt eam Longobardi. 27.

26. THEOPHANES p. 337.

n) ὑπο τȣ Αϛαλφȣ τȣ ῥηγος των Λογγιβαρδων.

o) De regibus et maioribus domus his nonnulla ſubiungit, et deinde addit; *Stephanus itaque conſilii apud ſe inops et Aſtalphi crudelitate coactus, permiſſum etiam tendendi in Franciam, et quod concederetur agendi, ab eo* [Pipino] *obtinuit.*

27. CONSTANTIN. de Adm. Imp. c. 27. p. 83, 84. vbi haec noſtra iis, quae ſupra §. 21. adtuli, ſubiunguntur.

p) Ὁ Σικων και ὁ Σικαρδος Bandurius in Animaduerſ. p. 61. „De Sico, inquit, et Sicardo vide Camillum Peregrinum in hiſtoria principum Longobardorum„.

q) και τȣ Σιπενδȣ. Bandurius l. c. „Non dubito, inquit, quin hic pro *Sipendi* legendum ſit *Siponti.* Sipontum quippe Apuliae Dauniae vrbs eſt, et Colonia Romana. Eadem Straboni Σηπιȣς dicitur, Σηπȣς Ptolemaeo, et Σιπȣς Stephano„.

Imp. CONSTANTINO *Copr.*

§. 29.

a. C. 775.

28. γ) Hoc — anno Longobardorum rex THEODOTVS r) in vrbem imperatricem veniens ad imperatorem confugit.

Imp. CONSTANTINO Leon. F.

§. 30.

Imp. CONSTANTINO Leonis F.

a. 9. imp. Conſt.

a. C. 788.

29. MISIT — Irene [Auguſta] Ioannem Sacellarium et militiae logothetem in Longobardiam, cui expeditionis ſocium Theodotum maioris Longobardiae nuper regis filium adiunxit s), tentatura, ſi forte Carolum vlciſci, et ab eius fide incolas aliquos poſſet ſubducere. Illi, cum Theodoro patricio, Siciliae duce, viribus coniunctis, proelium conferuerunt cum Francis, a quibus ipſe Ioannes captus et acerba morte occiſus eſt.

γ) CEDRENVS: *Primo imperii* [Leonis Chazari] *anno Tellerigus Longobardorum rex* (Τελλεριγος ὁ τῶν Λογγιβαρδων ῥηξ) *ad eum CPlin. confugit. quem is ſuſceptum muneribus ſibi deuinxit.*

28. THEOPHANES p. 378. Anaſtaſius p. 155. qui, nomine regis omiſſo, reliqua vt Theophanes. Cedrenus T. II. p. 468.

r) Θεοδοτος. Alii Deſiderium vocant, ſub eoque regnum Longobardorum a. C. 774. a Carolo M. deletum docent. Apud Cedrenum dormitante librario *Tellerigus* ex ſequentibus, vbi Pellerigi (alii Tellerigum vocant) Bulgarorum regis Cedrenus meminit [vide *Bulgarica* §. 45.] pro *Theodatus* irrepſiſſe videtur.

29. THEOPHANES p. 391.

s) μετα και Θεοδοτου, του ποτε ῥηγος της μεγαλης Λογγιβαρδιας.

HERV-

HERVLICA

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

SVMMARIVM DE HERVLIS.

Herulorum Hiſtoria.

HERVLORVM (Eluri et Aeluri a quibusdam appellabantur) gens, quam ad *Gothicas* Zonaras refert, olim in Maeoticae paludis vicinia ſedes habuiſſe videtur. Inde enim illi Valeriano et Gallieno imperantibus (circa a. C. 267) claſſe in Pontum Euxinum vecti, Aſiae atque Europae oras maritimas infeſtarunt. deſcenſu quoque facto, Athenas, Corinthum, Spartam, Argos, Achaiamque vniuerſam populati ſunt. Non impune tamen has fecerunt irruptiones, ab exercitu Gallieni clade affecti. Tunc et Naulobatus, eorum princeps, ad Romanos tranſiens conſularem dignitatem obtinuit.

Breui poſt, ſub Claudio imperatore, altera claſſe Romani imperii prouincias adorti ſunt; ſed tunc quidem proeliis naualibus, tempeſtate, fame denique afflicti perierunt.

Abhinc autem per ducentos fere et triginta annos altum eſt apud Scriptores Byzantinos de hac gente ſilentium, et Anaſtaſii demum temporibus eos in partibus Iſtro flumini ad ſeptemtriones ſitis habitantes deprehendimus.

Herulorum tunc cum potentia ita creuerat ſuperbia, vt gentes finitimas variis temere afficerent iniuriis; Longobardis et aliis, praeter gentium illas regiones tunc incolentium morem, tributa imponerent.

Impotens illa gentis ſuperbia in cauſa fuit, vt circa quartum imperii Anaſtaſii annum (a. C. 494.) regem ſuum Rodulfum Longobardis, iisque pacem ſemel iterumque deprecantibus, bellum inferre cogerent. Quod vero ita temere et omine infauſto ſuſceptum erat bellum, inſigni Herulorum clade et Rodulfi regis caede finitum eſt.

Gens itaque vniuerſa, auitis ſedibus relictis, vt nouas quaereret, bifariam diſceſſit. Alii, regionibus Iſtro vlterioribus peragratis, terram olim a Rugis habitatam ingreſſi ſunt; eaque, cum plane deſerta eſſet, iterum relicta, ad Gepaedes; ab iis autem va-

riis-

riis affecti iniuriis, ad Romanos acceſſerunt. Et his quidem Anaſtaſius Aug. in Illyrico ſedes aſſignauit. Alii vero Slauorum, Varnorum, Danorum denique terras, nemine prohibente, emenſi, in Thulen inſulam abierunt, ibique a Gautorum gente, quae cum aliis illam incolebat, ſuſcepti ſunt.

Sub ipſa Iuſtiniani I. exordia Herulorum, qui ad Iſtrum conſederant, rex Graetis Conſtantinopolin cum magnatibus ſuis venit, ibique baptizatus, foedus cum Iuſtiniano percuſſit. Non diu vero poſt Herulorum gens, agris licet ab imperatore in Dacia, non procul Singedone donata, pactis et foederibus ſtare neſcia, variis in benefactores ſuos iniuriis graſſata eſt.

Hoc circiter tempore Heruli illi regem ſuum Ochonem, immerentem plane, occiderunt, regium, vt dicebant, auerſati imperium. Sed cum factum ſtatim poenitentia ſecuta eſſet, re ſaepius in conſilium vocata, qui e Thule aliquem, regio ſanguine ortum, accerſerent, miſerunt. His longiorem facientibus moram, reliqui interim a Iuſtiniano regem petierunt. qui ipſis Suartuam, et ipſum genere Herulum, miſit. Hic vero breui admodum tempore imperium tenuit. Cum enim legati in Thulen miſſi inde tandem cum Todaſio et Aordo fratribus reuertiſſent; eorum alterum, Todaſium puta, regem ſibi praefecerunt Heruli; Suartuas vero, a ſuis deſertus, Byzantium aufugit. Quem cum Iuſtinianus in regnum reſtituere niteretur; Heruli, rebus timentes ſuis, ad Gepaedes defecerunt.

Caeterum omnibus fere bellis, quae Iuſtiniano I. imperante Romani cum Perſis, Vandalis et Gothis geſſerunt, Herulorum auxilia ſub gentis ſuae ducibus in exercitibus Romanorum militarunt. ſed, eodem adhuc imperante Iuſtiniano, gentis iſtius nomen euanuit.

Reges et viri inter Herulos illuſtres.

Naulobatus, (Ναυλοβατος),	Herul.	princeps	circa	a. C.	267.
Rodvlfvs (Ροδȣλφος).	—	rex	—	—	491.
Graetis (Γραιτις l. Γραιτης)	—	—	—	—	527.
Ochon, (Οχων) — —	—	—	—	—	
Svartvas (Σουαρτȣας)	—	—	—	—	
Todasivs (Τοδασιος) —	—	—	—	—	
Aordus (Αορδος) frater Todaſii.		—	—	—	

Duces

Duces Herulorum, in exercitibus Rom. militantium, inclaruerunt:

Faras (Φαρας), circa a. C. 530.	*Arufus* (Αρȣφος) circa a. C. 548.
Viſandus (Ουϊσανδος), — 539.	*Aruth* (Αρȣϑ), — — 543.
Alueth (Αλουηϑ), — —	*Vligagus* (Ουλιγαγος) — 551.
Fanotheus (Φανοϑεος). —	*Vligangus* (Ουλιγαγγος), — 556.
Filemuth (Φιλημȣϑ), 542.	*Fulcaris* (Φȣλκαρις), — — 554.
[illegible] (Β[illegible]ρος), — —	*Sindual* (Σινδȣαλ), — — —.

Scriptores de Herulis.

Herulorum meminerunt: Procopius, Agathias, Georgius Syncellus, Anaſtaſius Bibliothecarius, Theophanes, Cedrenus et Zonaras.

Et Georgius Syncellus quidem, Anaſtaſius Bibliothecarius et Zonaras ea habent, quae de irruptionibus Herulorum ſub imperiis Valeriani, Gallieni et Claudii occurrunt. Res eorum Anaſtaſio et Iuſtiniano I. imperantibus geſtas Procopius, isque, ſi, quae de Graete rege Theophanes, Anaſtaſius et Cedrenus, de Herulis Romanorum in bellis ſociis Agathias narrant, excipias, ſolus tradit.

INDEX
Capitum et Paragraphorum.

CAPVT I. *Res Herulorum, vsque ad infelix cum Longobardis bellum, et gentis migrationem: ab a. C. 248?-- 518?*

§. 1. Heruli mari potentes, oras Aſiaticas et Europaeas infeſtant, a Gallieni exercitu vincuntur.

§. 2. Naulobatus Herulorum dux, conſul.

§. 3. Heruli iterum ditionem Rom. vaſtant, praeliis naualibus et tempeſtatibus atteruntur.

§. 4. Herulorum ſedes, religio, ſenes et aegrotos occidendi mos.

§. 5. Heruli in finitimos iniurii, Longobardis et aliis tributa imperant.

§. 6. *Rodulfus rex conuiciis ſuorum permotus Longobardis immerentibus bellum infert.*

§. 7. *Iteratae Longobardorum de pace legationes, irritae.*

§. 8. *Omen Herulis infauſtum, eorum clades, caedes Rodulfi.*

§. 9. *Heruli patria relicta in regionem Rugorum abeunt, inde ad Gepaedes accedunt.*

§ 10. *A Gepaedibus primum benigne excepti, variis poſtea affecti iniuriis emigrant.*

§. 11 *Ab Anaſtaſio imp. ſuſcepti in Illyrico collocantur, in Romanos accolas iniurii domantur bello, ſupplices in gratiam recipiuntur.*

§. 12. *Pars Herulorum, poſt acceptam a Longobardis cladem, per Slauorum, Varnorum et Danorum terras in Thulen inſulam migrat.*

Caput II. *Thules inſulae & incolarum illius deſcriptio.*

§. 13. *Thules inſulae magnitudo, ſitus, ſolum, populi.*

§. 14. *Solis in hac inſula vices.*

§. 15. *Scritifinorum mores ac viuendi ratio.*

§. 16. *Reliquorum Thulitarum religio, ſacrificia. Gautorum gens, a quibus Heruli ſuſcepti.*

Caput III. *Res Herulorum ſub regibus Graete, Ochone, Suartua et Todaſio.*

§. 17. *Graetis Herulorum rex Cpli baptizatur, foedus cum imp. Iuſtiniano iungit.*

§. 18. *Heruli, quamuis agris a Iuſtiniano donati, et Chriſtiani, et ſocii, in Romanos graſſantur, improbiſſimi mortalium.*

§. 19. *Regem ſuum Ochonem occidunt, facti poenitentia ducti alium regem ex Thule inſula aduocare conſtituunt.*

§. 20 *Legati ab Herulis in Thulen inſulam miſſi, vnum inde adducunt, regio ſanguine ortum, eo in itinere mortuo, alterum, Todaſium nomine.*

§. 21. *Heruli morae impatientes regem a Iuſtiniano petunt, et accipiunt Suartuam, quem ſub Todaſii aduentum deſerentes ad Gepaedes deficiunt.*

§. 22. *Heruli tempore ſeditionis, a factionibus circenſibus CP. excitatae, a Iuſtiniano in ſeditioſos immittuntur; res ab iis geſtae.*

Ca-

CAPVT IV. *Heruli Romanorum in bellis, Perſico, Vandalico et Gothico temporibus Iuſtiniani I. ſocii.*

§. 23. Farae et Herulorum in acie Romana ad Daram vrbem contra Perſas inſtructa locus; ab iis edita in proelio facinora.

§. 24. Faras et Heruli in inſidiis collocati, ex illis conſurgentes Perſas in fugam vertunt.

§. 25. Faras et Heruli cccc. Beliſarium ad bellum Vandalicum ſequuntur.

§. 26. — Gelimerem in monte Pappua obſidet, tandem in deditionem accipit.

§. 27. Vandali ſacerdotes Herulos ad ſeditionem inſtigant.

§. 28. Gontharis et Heruli ad Albanorum oppidum a Beliſario miſſi, a Gothis pelluntur; a. 3. B. G.

§. 29. Auxilia Herulica Narſetem ad bellum Gothicum ſequuntur, duces eorum; a. 4. B. G.

§. 30. Heruli, orto Narſetem inter et Beliſarium diſſidio; Narſeti fauent.

§. 31. Fanotheus Herulorum dux Caeſenam cum aliis oppugnans cadit.

§. 32. Narſete a Iuſtiniano reuocato, Heruli defectionem faciunt, ad officium redeunt.

§. 33. Vitalius cum Herulis Ildibadum adortus clade afficitur; a. 6. B. G.

§. 34 Heruli tentorium Beliſarii, Perſarum legatos excipientis, cingunt.

35. Heruli, Filemuth et Vero ducibus, in Chorzianene caſtra habent, in hoſtile ſolum iniuſſi irrumpunt.

§. 36. Narſes cum Herulis Perſas ad Anglonem adoritur; caeduntur in anguſtiis Heruli; nudi fere pugnant.

§. 37. Herulorum auxilia in Thracia hybernantes, Slauos Iſtrum transgreſſos fundunt; a. 11. B. G.

§. 38. Ioannes Romanorum et Arufus Herulorum duces a Gothis in Lucania oppreſſi, Hydruntem cum ſuis fugiunt; a. 13. B. G.

§. 39. *Verus cum Herul. auxiliis Hydruntem appellit ; temere Brunduſium properat, vbi a Totila circumuentus, multis amisſis aegre euadit.*

§. 40 *Daciae loca ad Singedonem Herulis attribuit Iuſtinianus; a Romanis, licet eorum ditionem populantes, ſtipendia accipiunt ; a. 14. B. G.*

§. 41. *Herulorum alii Longobardis a Iuſtiniano auxilio miſſi ; alii Gepaedibus contra Longobardos militant, hi proelio vincuntur.*

§. 42. *Germanus Filimuthum cum Herulis contra Gothos ſibi adiungere iubetur ; a. 15. B. G.*

§. 43. *Vligagus Herulus dux Romanorum in bello Lazico.*

§. 44. *Suartuas vnus e ducibus copiarum Longobardis aduerſus Gepaedes a Iuſtiniano ſubmiſſarum ; a. 17. B. G. priora eius fata.*

§. 45. *Filemuth et Aruth cum Herul. auxiliis Narſetem ad bellum Goth. ſequuntur; a. 18. B. G.*

§. 46. *Heruli in media acie conſtituti, pedites aduerſus Gothos pugnare iubentur.*

§. 47. *Filemuth et Heruli Romam cum Narſete oppugnant.*

§. 48. *— cum exercitu in Tuſciam miſſus, Teiae profectionem in Campaniam impeditum ; hoc nihilominus in Campaniam progreſſo, reuocatur.*

§. 49. *Fulcaris poſt Filemuthi obitum Herulis praefectus, cum parte Rom. exercitus ad Padum mittitur, Francorum expeditioni moram iniecturus.*

§. 50. *Fulcaris in vrbem Parmenſem incurſionem facit, mira temeritate.*

§. 51. *Butilinus Francos ſuos in inſidiis collocat, ex quibus conſurgentes Herulos fundunt ; Fulcaris cum ſatellitio ſuo diu adhuc pugnans tandem occumbit, et cum eo Herulorum reliqui.*

§. 52. *Herulorum, reliqui Fauentiam abeunt.*

§. 53. *Sindual dux Herulis praeficitur.*

§. 54. *Nobilis quidam Herulus ob ſerui ſui caedem Narſetis iuſſu capite plectitur.*

§. 55. *Heruli id indigne ferentes defectionem meditantur, Sindual eos ad officium reducit.*

§. 56.

§. 56. *Duo Heruli transfugae Francis proelio quamprimum decernendi auctores ſunt.*

§. 57. *Sindual et Heruli inito iam proelio adueniunt, in Francos irruentes, eos in fugam dant.*

§. 58. *Vligangus Heruliti exercitus in bello Lazico dux.*

§. 59. *Herulorum manus partem praeſidii, Phaſidi vrbi impoſiti, conſtituit.*

§. 60. *Paeoniam Secundam olim Herulorum ſedes, Auaris aſſignare Iuſtinianus decernit.*

HERVLICORVM

CAPVT I.

Res Herulorum geſtae vsque ad infelix cum Longobardis bellum, et gentis migrationem;

ab a. C. 248? — 518?

Impp. VALERIANO et GALLIENO.

a. M. 5748. a. C. 248.

§. 1.

Impp. VALERIANO et GALLIENO.

a. C. 248—263. a)

1. α) EODEM tempore b) Aeruli quingentis nauibus vecti, Maeotide palude traiecta, in Pontum feruntur, et Byzantium Chryſopolimque occupant. Ibi conſertis manibus nonnihil retrocedere coacti ad fauces vsque Ponti Euxini, Hieron vulgo nuncupatas,

α) ZONARAS: *Galienus a patre, contra Perſas abeunte, in occidente relictus — Herulos* [Αἴρȣλοις] *gentem Scythicam et Gotthicam profligauit.* ANASTASIVS: *Tunc et Heruli cum quingentis nauibus per Meotides paludes ad Pontum nauigantes, Byzantium et Chryſopolin ceperunt.*

1. GEORGIVS SYNCELLVS p. 382. Zonaras T. I. p. 631. Anaſtaſius Bibliothecarius p. 22.

a) Sunt anni imperii horum imperatorum, ſecundum Syncellum p. 380.

b) Quo Zenobiae, poſt Odenati caedem, orientis imperium [quod vulgo ad a. C. 267. referunt] commiſſum eſt.

a. C. 248-263. *Imp.* VALERIANO.

patas, poſtero vero die proſperis venti flatibus ad Cyzici, Bithyniae inſignis ciuitatis, fretum primum exſcendunt, Lemnum deinde et Scyrum inſulas depopulantur: tum in Atticam facta irruptione, Athenas, Corinthum, Spartam, Argos, Achaiamque vniuerſam incendio et vaſtitate foedant: donec poſitis per loca difficilia inſidiis, auxiliisque a Gallieno miſſis, plurimos eorum Athenienſes occiderunt, et ad Neſlum alios ter mille proſtrauerunt.

§. 2.

SVB idem tempus *Naulobatus* Aerulorum [c] dux Gallieno imperatori deditione facta, conſularis dignitatis honorem accepit.

§. 3.

Imp. CLAVDIO.

Imp. CLAVDIO.

a. C. 263. a. M. 5763.

β) Eo imperante, Aeruli altera claſſe inſtructi per varia Romanae ditionis loca fortunam aduerſam experti ſunt. Et nunc quidem proeliis naualibus attriti, nunc tempeſtatibus agitati, nonnunquam etiam fame oppreſſi perierunt. 2.

Sub
Quintillo et reliquis
imperatoribus vsque ad Zenonem nulla
fit Herulorum mentio.

§. 4.

Ante imperium Anaſtaſii
ante a. C. 491. [d]

TRANS fluuium Iſtrum olim habitabant [Eruli], cultui dediti multorum numinum, quae humanis placare hoſtiis fas habebant. Inſti- 3.

β) ANASTASIVS: *Heruli etiam rurſus ſub iſto* [Claudio] *infeliciter operantur.*

c) Αἰλουρων.

2. SYNCELLVS p. 384. Anaſtaſius p. 22. Eadem de Scythis paulo fuſius narrant Zonaras et Cedrenus. Vide *Gothica* §. 9.

3. PROCOPIVS de Bello Gothico L. II. c. 14. p. 419. Haec iis, quae ſub anno 4. belli Gothici de auxiliis Herulicis refert, ſubiungit Procopius. cfr. §. 29.

d) Coll. §. 6.

Imp. CLAVDIO.

ante a. C. 491.

Inſtitutis plurimum differebant a caeteris nationibus. Nam nec ſenibus, nec aegrotis fas erat vitam producere: at ſi quem ſenium occupaſſet vel morbus, rogare is cogebatur propinquos, darent operam, vt quamprimum ex viuorum numero exturbaretur. Illi, pyra conſtructa ingenti, collocabant hominem in faſtigio, et ad ipſum mittebant Erulum aliquem, inſtructum ſica, non tamen ei coniunctum genere; nefas enim ducebant a conſanguineo caedem fieri. Reuerſo, qui illorum propinquum interfecerat, protinus ligna omnia, facibus imo ſubiectis rogo, vrebant. Poſtquam flamma reſederat, legebant oſſa, ac ſtatim terrae infodiebant.

Vbi vir quiſpiam Erulus fato conceſſerat, vt virtutem probaret vxor, ac relinqueret ſuperſtitem ſibi gloriam, neceſſe habebat vitam paulo poſt ad mariti tumulum finire laqueo: ni faceret; in aeternum dedecus, et propinquorum mariti offenſionem incurrebat. His quondam vtebantur legibus Eruli.

§. 5.

4 Procedente tempore, cum et numero et viribus ſupra finitimos omnes barbaros creuiſſent, adorti ſingulos, pronam habebant victoriam, et in eorum fortunas graſſabantur. Demum Langobardos, iam tum Chriſtianos, et quasdam alias gentes ſibi vectigales fecerunt, contra barbarorum in illis partibus degentium morem, ad id cupiditate arrogantiaque inducti.

§. 6.

Imp. ANASTASIO.

Imp. ANASTASIO.

a. C. 491-494.

SVSCEPTIS ab Anaſtaſio Romani habenis imperii, non habentes Eruli quos deinceps inuaderent, armis depoſitis quieuere ac triennio pax illa ſtetit: quam grauiter pertaeſi, RODVLFO regi ſuo impudenter maledicebant, ipſumque aditantes, mollem et effoeminatum vocabant, aliisque id genus conuiciis per ſummum dedecus os eius verberabant. Permotus contumelia Rodulfus, in Langobardos plane inſontes expeditionem ſuſcipit, nullius delicti poſtulans, nec

4. Id. ibid. p. 420.

nec violatas pactiones praetexens; ſed bellum inferens ex animi mera libidine.

§. 7.

Quo Langobardi audito, mittunt, qui ex ipſo Rodulfo ſcitentur ſupplices cauſam mouendi contra ſe belli, de quo Eruli conſilia ac ſermones conferrent. Si qua ſint fraudati vectigalium parte; ſpondent ſe illico repenſuros cum magno foenore: ſi leuius eſſe tributum querantur; haud graue Langobardis fore maius paciſci. Proponentes haec legatos Rodulfus remittit minitabundus, ac porro pergit.

Ab eadem gente mittitur altera cum iisdem precibus enixis legatio; qua ſimiliter repulſa, gerentes ad ipſum tertiam, denuntiant, committendum non eſſe Erulis, vt arma de nihilo in ſe intendant: ſe enim tali inuadentibus animo oppoſituros aciem, non ſua voluntate, ſed ſumma neceſſitate adductos, ac teſtatos Deum, cuius ad nutum vel modicus vapor omnibus humanis viribus retundendis par omnino futurus ſit. Conuenientiſſimum autem eſſe, ipſum, belli cauſis permotum, vtrique genti pugnae exitum pro imperio conſtituere. Haec illi; quibus aggreſſores territum iri exiſtimabant. At nihil prorſus veriti Eruli, conſilium vrgent confligendi cum Langobardis.

§. 8.

Vt in propinquo ſtetere acies, coeli partem, quae Langobardis imminebat, nubes atra denſiſſimaque obduxit: ſupra Erulos maxime ſudum erat. vnde quis conieciſſet, Erulos in proelium ſibi exitiabile vadere: nec triſtius eo portentum offerri poſſe barbaris, certamini ſe offerentibus. Sed neque huc mentem aduerterunt Eruli, 5.
cum ſumma ſecuritate ac ſuperbiſſimo contemtu hoſtem petunt, de euentu belli augurantes ex armatorum multitudine.

Vbi ad manus ventum eſt, magna fit Erulorum caedes, eaque Rodulfus ipſe inuoluitur: caeteri omnes conſternantur in fugam, virtutis immemores: inſequentibus hoſtibus, plerique ibidem oppetunt: pauci admodum elabuntur.

§. 9.

5. Id. ibid. p. 421.

Imp. ANASTASIO.

§. 9.

a. C. 494—518.

Quo factum, vt in patria amplius manere nequiuerint: ſed illa quamprimum egreſſi, iter porro continuarint, cum liberis et vxoribus peragrando oras omnes, Iſtro fluuio vlteriores. Regionem ingreſſi, habitatam olim a *Rugis*, qui in Italiam cum Gotthorum exercitu conceſſerant, ibi conſtitere. Sed cum inculta ſolitudo eſſet, paulo poſt exacti illinc ſtimulis famis, ad Gepaedum fines accedunt.

§. 10.

Ac primum quidem Gepaedes illis ſupplicibus permiſerunt, vt cum vicini ſui eſſent, tum inquilini. Poſtea vero abs re vexare ipſos importuniſſime coeperunt. Nam et foeminis vim afferebant; et boues facultatesque caeteras praedabantur; nec ſibi quidquam reliqui ad iniquitatem faciebant, eo demum prouecti, vt immerentibus bellum intulerint.

§. 11.

Impatientia abrepti Eruli Iſtrum amnem traiiciunt, Romanorum, in illis partibus degentium, vicinitatem ambiunt, Anaſtaſio imperatore. A quo benigniſſime accepti, ipſius permiſſu ibi e) ſedes fixerunt. Aliquanto poſt offenſus idem ſceleribus, quae in Romanos accolas barbari illi perpetrabant, aduerſus eos exercitum miſit. Acie victores Romani partem maximam interfecerunt, potueruntque ad internecionem caedere: verum qui ſupererant, ſupplices fuere ducibus, vt ſibi in poſterum viuere liceret in Romanorum ſocietate, et fidam nauare operam imperatori. Haec ſibi renuntiata probante Anaſtaſio, data ſalus eſt Erulorum reliquiis. Nec tamen ſocii Romanorum fuere, neque ipſos vllo officio remunerarunt. f)

§. 12.

6. Cum Eruli, acie victi a Langobardis, migraſſent e patria; pars, vti ſupra narraui, in Illyrico g) conſederunt: caeteri Iſtrum fluuium

e) In Illyrico, vt ex §pho ſequenti apparet.

f) Quae ſequuntur de rebus Erulorum tempore Iuſtiniani I. vide §. 18, 19.

6. PROCOPIVS de B. G. L. II. c. 15. p. 422. Haec iis, quae §. 19. habes, Procopius ſubiungit.

g) ἐς τα ἐν Ιλλυϱιοις χωϱια.

fluuium noluerunt traiicere; ſed in extremis orbis partibus fixere ſedes. Hos ducentibus multis, qui regio ſanguine creti erant, cuncti *Sclauenorum* populi per fines ſuos tranſmiſere. Inde vaſtam ſolitudinem permenſi, ad *Varnos* veniunt: poſtea transcurrunt *Danos*; h) nusquam in ipſos vim ſuſcipientibus illis barbaris. Exin ad Oceanum progreſſi, nauigant; in *Thulen* inſulam appellunt, ibique manent.

CAPVT II.

Thules inſulae et incolarum illius deſcriptio.

§. 13.

a. C. 494—518.

Est autem Thule ampliſſima: quippe Britannia maior decuplo, a qua plurimum diſtat, ad Aquilonem ſita. Vacat pars huius 7.
inſulae maxima: quae vero colitur, gentes habet XIII. multitudine abundantes, ſub totidem regibus.

§. 14.

Quotannis res hic mira contingit. Sol enim circa ſolſtitium aeſtiuum per dies XL. non occidit: ſed toto illo tempore ſupra terram conſpicitur. Rurſus poſt menſes haud minus ſex, circiter brumale ſolſtitium, haec inſula dies XL. ſolis aſpectu caret, ac nocte perpetua circumfunditur. Quod omne ſpatium in moerore traducunt incolae, erepta commercii et quotidianae conſuetudinis copia. Equidem mihi, quamuis maxime cupienti, nullo pacto contigit, vt in eam deferrer inſulam, et ab aliis relata meis ipſe oculis

h) Δανων τα ἐθνη.

7. Id. ibid. p. 423.

Imp. ANA-
STASIO.

a. C. 494-518.

lis acciperem. Ex iis autem, qui ad nos inde venerunt, ita quaeſiui: Quae veſtra eſt ratio circa ſtatos exortus ſolis atque occaſus, qui diem definiunt? Illi vere ac fideliter reſpondentes mihi dixere, per dies quidem illos, vt dictum eſt, XL. non occidere ſolem; at incolis lucem immittere, modo orientem verſus, modo in occidentem. Cum autem ſol flexo curſu inclinans ad horizontem, eo rediit, vnde primum ſurgens apparuit; diei noctisque vnius elapſum ſpatium numerant. Vbi noctium continuarum tempus aduenit, intente obſeruatis lunae curſibus, dierum numerum ſubducunt. Poſtquam dies XXXV. longa nox illa tenuit, mos eſt, vt quidam culmina montium aſcendant, et viſo inde vtcunque ſole, morantibus infra ſignificent, intra dies quinque ſolem ipſos colluſtraturum. Fauſtum illi nuntium feſto publico celebrant, idque in tenebris: quod quidem apud Thulitas feſtorum eſt omnium maximum. Enim vero quamuis illis, qui hanc inſulam colunt, idem quotannis accidat; mihi tamen videntur vehementer timere, ne ſol ipſos aeternum deſerat.

§. 15.

Inter barbaros, qui Thulen habent, vna admodum natio (*Scrithiſinos* appellant) ferinum vitae genus ſectatur. Nam nec induti ſunt veſtibus, nec calceati incedunt, nec vinum bibunt, nec veſcum quidquam e terra legunt: quoniam nec ipſi agriculturae, nec foeminae lanificio dant operam: ſed viri cum vxoribus in venatione toti ſunt. Vim certe magnam ferarum aliarumque animantium illis ſufficiunt montes ac ſiluae, quae ibi latiſſime patent. Ac ferarum quidem captarum carnibus veſcuntur vsque; pellibus
8. vero ſeſe induunt, nec linum habentes, nec quidquam ſuendo idoneum. Quare ferarum neruis pelles committunt, iisque totum inducunt corpus. Quin etiam nec ſuos foetus caeterarum ritu gentium nutricantur. Neque enim mulierum lacte aluntur Scrithiſinorum infantes, nec maternam contingunt mammam: medullis tantummodo ferarum, quae captae ſunt, educantur. Itaque ſimul ac foemina enixa eſt foetum, pelle inuolutum ſuſpendit ex arbore, et medulla ori eius inſerta, e veſtigio venatum it; ſiquidem hoc ſtudium foeminis cum viris commune eſt. Atque haec eſt barbarorum illorum viuendi ratio. §. 16.

8. Id. ibid. p. 424.

Imp. ANA-STASIO.

a. C. 494-518.

§. 16.

Thulitae reliqui fere omnes ab aliis nationibus parum diſcrepant. Complures Deos ac Genios colunt, partim coeleſtes, partim aërios, alios terreſtres, quosdam marinos, et alia quaedam minora numina, quae in aquis fontium fluminumque verſari perhibent. Operantur ſacris aſſiduiſſime, et victimis cuiusque modi litant: quarum praeſtantiſſimam eſſe iudicant hominem, quem primum bello ceperint. Hunc Marti, quem Deorum maximum ducunt, immolant. Sic autem ſacrificant, vt captiuum non mactent caede ſimplici, ſed e ligno ſuſpendant, vel proiiciant in ſpinas, et quouis alio mortis genere miſerando conficiant. His Thulitae moribus viuunt: quorum e numero ſunt *Gauti*, gens foecunda; quae ſedes Erulis tunc aduenis praebuit. a)

Sub

Iuſtino I.

nulla fit Herulorum mentio.

a) Quae hic ſequuntur, vide §. 20.

CAPVT III.

Res Herulorum ſub regibus Graete, Ochone, Suartua et Todaſio.

Imp. IVSTINIANO I. a.M. 6020. a. C. 520. a. 1. imp. Iuſtiniani.

§. 17.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 527.

9. α) Hoc eodem anno a) Erulorum rex, GRAETIS nomine, ad Romanos ſe adiunxit, et Conſtantinopolin vna cum gente ſua profectus eſt, et in Chriſtianorum religionem tranſire ab imperatore expetiit. Iuſſit imperator in Theophanis virum baptizari, et ex lauacri fontibus ſuſcepit. Senatores porro, et aulici, et affines eius duodecim b) vna cum eo initiati ſunt. Tum vero pactis cum imperatore foederibus, et aduerſus quos indiceret ille, ſuppetias ſe laturum pollicitus, domum ſe recepit.

§. 18.

10. POSTQVAM imperium Iuſtinianus ſuſcepit, illos [Erulos] agro donatos perbono, atque auctos largitione, vt et ſociis Romanorum, et

α) CEDRENVS: — *Gretes — profectus eſt, ab imperatore obtinuit, vt Chriſtianus fieret cum ſuis conſiliariis et cognatis: eaque re confecta, laetus domum rediit, pollicitus* &c. ANASTASIVS: *Rex autem Herulorum Graetes — ſuſcepit, repromittentem auxiliari ei in quibuscunque voluiſſet.*

9. THEOPHANES p. 149. Cedrenus T. I. p. 367. Anaſtaſius p. 58.

a) Vid. marg.

b) Συγκλητικοι αυτου, και οι συγγενεις δωδεκα. *et aulici* addit interpres.

10. PROCOP. de B. G. L. II. c. 14. p. 421. Haec iis, quae §. 11. habes, ſubiungit Procopius.

et Chriſtianis vellent omnes aſcribi perpulit. Itaque ad mitius vitae genus traducti, praeclara quidem formula Chriſtianam legem amplexi ſunt, et ſociali iure Romanas ſaepe ſequuntur acies: eos tamen adhuc experimur infidos, atque in vicinos graſſantur adeo proiecta cupiditate, vt nullum pudorem capiant ex facinore. Nefandos ſectantur coitus, etiam virorum ac pecudum. Improbiſſimi ſunt mortalium omnium, et mali male perdendi. 11.

§. 19.

Poſtmodum pauci in Romanorum ſocietate manſerunt; quemadmodum in ſuperioribus libris commemoraui: ab illa caeteri omnes diſceſſerunt iſtam ob cauſam. Eruli in regem ſuum, cui nomen Ochon, ferini ac furialis ingenii virus ita exſeruerunt, vt ipſum, nihil mali meritum, ex improuiſo occiderint; hoc vnum cauſati, ſe in poſterum nulli regi ſubeſſe velle. Quanquam antea rex nomine tenus, nihil fere amplius, quam priuatus quiuis, habebat: cum nemo non conſeſſor et conuiua illius eſſet, et contumelias, quicunque vellet, in ipſum iaceret impudenter: nulla quippe eſt hominum natio, quae vecordia ac leuitate Erulos ſuperet. Admiſſum ſcelus ſubſecuta eſt poenitentia negantium poſſe fieri, vt ſine Rege ac duce viuerent. Re ſaepius in medium vocata, placuit omnibus ſententia, quae potior viſa eſt, aliquem, genere natum regio, accerſendum eſſe ex inſula Thule. c)

§. 20.

Iam vero Eruli, qui apud Romanos habitabant, regis ſui patrata caede, quosdam ex optimatibus in Thulen inſulam deſtinarunt, qui perquirerent, ac ſi quem nacti ibi eſſent regii ſanguinis virum, ducerent. Illi in inſulam peruecti, multos e regia propinquitate illic inueniunt, delectoque vno, qui ipſis maxime placebat, cum eo renauigant. Verum is extremae iam viae proximus, morbo obiit. Quamobrem reuerſi iidem in inſulam, alterum, quem 12.

TODA-

11. Id. ibid. p. 422.

c) Addit Procopius: *quod quid rei ſit, ſtatim edam. Cum Eruli acie victi* &c. vid. §. 12.

12. Procopivs. de B. G. L. II. c. 15. p. 424. haec iis, quae §. 16. attuli, ſubiunguntur.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 527.

TODASIVM nominabant, ſecum duxere. Huic *Aordus* frater lectique ex Erulis, qui in Thule degebant, adoleſcentes cc. comites ſe addiderant.

§. 21.

Dum autem in hac profectione multum temporis ponunt, interea Erulis circa Singidonem agitantibus in mentem incidit cogitatio, ſe male rebus ſuis conſulere, aſciſcendo ſibi ex Thule
13. principem, praeter Iuſtiniani imperatoris aſſenſum. Ergo miſſa Byzantium legatione, ab imperatore petunt, vt regem ad ſe mittat, quemcunque volet. Statim ille SVARTVAM Erulum deſtinat, a multo iam tempore Byzantii commorantem: quem quidem Eruli principio viderunt lubentes, adoraruntque, et conſueta iubenti morem geſſerunt. At paucis poſt diebus nuntius venit, profectos ex Thule inſula appropinquare. Mox Suartuas obuiam ire iuſſit, qui illos perderent. Eruli, probato conſilio, ſine mora ſecuti ſunt. Vbi demum inter vtrosque diei iter interfuit; a Suartua digreſſi omnes de nocte, ad aduenas transfugerunt. Ille ſolus fugiens, Byzantium rediit: quem cum imperator in regnum omni ope reſtituere moliretur, Eruli, Romanam veriti potentiam, ad Gepaedes deſciuerunt. Atque hanc Erulorum defectio cauſam habuit.

§. 22.

a. 5. imp. Iuſtiniani.

a. C. 532.

14. β) AD [ſeditionem a factionibus circenſibus, Veneta et Praſina excitatam] comprimendam parte barbarorum ab imperatore immiſſa, qui Heluri nominantur, ea magis etiam commota eſt. Pu-

β) PROCOPIVS: [Tempore ſeditionis a factionibus circenſibus excitatae] *Spem omnem Imperator in Beliſario et Mundo repoſitam habebat: quorum ille e bello Perſico* [nuper redierat]. *Mundus Magiſter militum per Illyricum deſignatus, et tum temporis ad aliquid, quod ipſius operam poſtulabat, accitus Byzantium*,

13. Id. ibid. p 425.

14. ZONAR. T. II. p. 61. Procopius de B. P. L. I. c. 24. p. 73, 74. Seditionis huius meminerunt quoque Theophanes p. 154—158. Cedrenus T. I. p. 369. Sed nihil illi de Herulis, Mundi tamen mentionem faciunt.

Pugna etenim inter ciues et barbaros commiſſa, in loco qui Milium dicitur, et multis vtrinque cadentibus; eccleſiaſtici bellum et ſeditionem ſedare cupientes, cum ſacratiſſimis diuinorum Euangeliorum codicibus, et ſeruatoris noſtri venerandis imaginibus, in medium agmen proeliantium penetrarunt, rati, eos, verecundia ſacrarum rerum, poſitis armis pugnam omiſſuros. Sed barbari, illis plane deſpectis, populum trucidabant, neque ſacris, neque baiulis eorum parcentes. Id vrbanae multitudini velut incentiuum ſeditionis fuit, vt, tanquam numinis vlturi iniuriam, maiori deſperatione inflammarentur: neque viri ſolum, ſed mulieres etiam e coenaculis pugnarent, lapides et teſtas, et quicquid obuium erat, in barbaricam illam multitudinem iaculantes. At illi furore perciti, vlturique mulieres, ignem iniiciunt aedibus, vnde feriebantur. — [Imperator cum Venetorum multos ſibi conciliaſſet, eos inter ſe concitauit.] Quo facto, imperatorii ſatellites ſubito e regia erumpentes armati, et ex vrbe alii milites, praetereaque barbari intromiſſi, multitudinem, quae et ipſa iam inter ſe diſſidebat, graminis inſtar ceciderunt, parcentes nemini.

cum Erulorum barbarorum manu forte aderat. [Perducto in circum Hypatio et in ſolio conſidente,] *E palatio Mundus per eam exiit portam, in qua eſt Cochleas.—Beliſarius autem primum quidem recta ad ipſum Hypatium ſoliumque imp. ſubire inſtituit. Verum — repulſam paſſus, ad Aug. rediit,* [ſed ab Aug. iuſſus, armatus in circum irrupit.] *Exorto — clamore ingenti, Mundus, qui haud procul ſubſtiterat, ac rem quidem, pro innata vi atque ardore animi, volebat gerere, haerebat, neſcius quid tempus poſceret, vbi coniecit, Beliſarium dimicare, confeſtim per portam, quam vocant Libitinenſem, irrupit in circum. Hinc inde iam Hypatiani ſtragem accipere, et manu valida paſſim ſterni.* —

CAPVT IV.

Heruli Romanorum in bellis, Perſicis, Vandalico et Gothico ſocii.

§. 23.

a. M. 6022. a. C. 522. a. 3 Iuſtiniani I.

a. C. 530.

15. [PERSIS Darae appropinquantibus, Romani ſic aciem ordinarunt.] Buzes cum magno equitum numero, et *Pharas* Erulus cum CCC. popularibus ſuis ſpatium obtinebant inter foſſae ſiniſtrae [quam pro porta, quae Niſibin ſpectabat, duxerant Romani,] quae cornu ſubiecta erat, extremitatem, ac vicinum tumulum iacens. Ad eorum laeuam, extra foſſam, in angulo, quem cornu et foſſa ſiniſtrorſum procurrens efficiebant, Sunicas et Augan Maſſagetae cum DC. equitibus locati ſunt, eo conſilio, vt, ſi Buzes ac Pharas verterentur in fugam, ipſi ex obliquo inuecti a tergo hoſtem exciperent, et Romanis ea parte laborantibus adeſſent celeriter et expedite —.

Iamque dies in veſperum declinabat, cum a Perſarum exercitu manus equitum cornu dexteri ſe abiunxit, et in alam incurrit, cui Buzes ac Pharas praeerant. Hi pedem referre ſenſim. Tum ſuſtinere ſe Perſae, —poſt ab iisdem illis, qui retro ceſſerant, repente appetiti, neque impreſſionem ferentes, citatis equis refugerunt ad ſuam aciem; Romani ad aſſignatum ſibi locum et ordinem ſeſe retulerunt.

§. 24.

16. Acie vtraque [Perſarum Mirrhane, Romanorum Beliſario ducibus] compoſita, Beliſarium et Hermogenem Pharas adiit, et illis

15. PROCOPIVS de B. P. L. I. c. 13. p. 36 \ 37. annum in margine adſcriptum habet Theophanes p. 153.

16. PROCOPIVS de B. P. L. I c. 14. p. 41.

a. C. 530.

lis aſtans, ſi ibi a), inquit, cum Erulis meis poſitus maneam, nihil in hoſtem, quod ſit operae pretium, facturus mihi videor, ſin latebimus in eo cliuo, ac deinde, cum Perſas pugnae ardor prouexerit, ſuperato repente tumulo, factoque a tergo impetu, auerſos telis petemus; peſſime profecto ipſos habebimus. Haec locutus, probatum Beliſario conſilium impleuit. —

[Proelio inito cum Romanorum cornu ſiniſtrum laboraret,] effuſe in barbaros incurrerunt Sunicas et Augan, atque his celerius trecenti illi cum Phara Eruli, ex edito auerſis hoſtibus imminentes, mira facinora cum in alios ediderunt, tum maxime in Cadiſenos, qui vt Sunicam etiam cum ſuis e transuerſo prorumpentem viderunt, illico arripuere fugam.

§. 25.

a. C. 533.

α) [BELISARIVM, ad bellum Vandalicum, a Iuſtiniano I. contra Gelimerem ſuſceptum,] ſequebantur D. Eruli, duce Phara. 17.

§. 26.

a. 7. imp. Iuſtiniani I.

a. C. 534.

[GELIMERE poſt Tricamarenſe proelium cum ſuis in montem Pappuam elapſo,] Beliſarius, cum tentare montem nequiret, praeſertim hyeme, — montis obſidionem delectis militibus ac duci Pharae demandat. 18.

Gnauus erat vir Pharas, et, quamuis Erulus, cordatus tamen ac virtute praeſtans. *Rarum ſane eſt, maximaque dignum commendatione, ſi quis Erulus nec perfidus, nec ebrioſus, ſed virtutis ſit compos.* Neque haec moderationis laus vni Pharae propria fuit; verum omnibus communis Erulis, qui ſub ipſo merebant. Quam-

 obrem

α) THEOPHANES: *Ipſum vero mille Eluri duce Phara ſecuti ſunt.*

a) Vbi antea [§. 23.]. eadem enim forma rurſus ordinaſſe Romanos aciem Procopius p. 40. docet.

17. PROCOP. de B. V. L. I. c. 11. p. 205. Theophanes p. 161.

18. Id. de B. V. L. II. c. 4. p. 244, 245.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 534.

obrem huic Beliſarius, vti ad montis radices ſtatiua haberet hyeme, ac diligenti prouideret cuſtodia, ne Gelimeri e monte effugium, neu commeatui ad illum aditus pateret, edixit. Nec defuit man-
19. datis Pharas; [et, tribus menſibus in hac obſidione conſumtis, Gelimerem vt deditionem faceret perpulit.]

§. 27.

a. 10. imp. Iuſtiniani I.

a. C. 536.

20. β) [CVM Romani milites circa decimum imperii Iuſtiniani I. annum ſeditionem in Africa excitarent;] erant forte in caſtris Romanis Ariani milites ſaltem mille: quo in numero multi barbari; inter hos Eruli aliquot. His maxime ad ſeditionem faces Vandali ſacerdotes ſubdebant, frementes ereptam ſibi facultatem vacandi, vt ſoliti erant, rei diuinae, et ad myſteria ſacraque omnia praecluſum aditum. —

§. 28.

a. 3. B. G.

a. C. 538.

21. [ANNO tertio belli Gothici Beliſarius] ad Albanorum oppidum, in via ſitum Appia—Gontharin, cum Erulorum agmine miſerat; quos Gotthi non multo poſt inde vi expulerunt.

§. 29.

a. 4. B. G.

a. C. 539.

22. [NARSETI cum multis copiis anno quarto belli Gothici in Italiam proficiſcenti] ſe adiunxerant Eruli, ad duo ſummum millia: quibus *Viſandus*, *Alueth* ac *Phanotheus* praeerant [b].

§. 30.

β) THEOPHANES: — *Ex ipſis vero* [Rom. militibus] *et ex Gotthis maxime nonnulli in Arianam haereſim defecerunt, quos eccleſiae ſacerdotes ab eccleſiae communione tenuere extorres, nec eorum liberos baptiſmo initiare ferebant; quare-ſeditio exorta*—.

19. Id. ibid. c. 6, 7. p. 248-251. vid. et p. 279. cfr. *Vandalica* §. 104. ſeqq.

20. PROCOP. de B. V. L. II. c. 14. p. 69. Theophanes p. 172. et ex illo Anaſtaſius p. 62.

21. PROCOP. de B. G. L. II. c. 4. p. 396. cf. *Gothica* §. 201.

22. Id. ibid. c. 13. p. 419.

b) Addit Procopius: *Iam vero, quodnam hominum genus Eruli ſint, atque vnde in Romanorum ſocietatem ſe contulerint, explicabo. Trans fluuium* — reliqua vid. §. 4.

a. C. 539.

§. 30.

NARSETI, ne in gerendo bello ſequeretur Beliſarium, amici inſtabant, oſtendebantque, — ſi Romanum exercitum ductare ſeorſum vellet, ſecum et plures milites et meliores duces habiturum: quippe Erulos, ipſiusque ſatellitium, et Iuſtini, Ioannis, Aratii ac Narſetis turmas numerum conflare minimum decem millium virorum, animo et bellica virtute praeſtantium; qui Italiae deuictae laudem non vni Beliſario tributam cuperent, ſed cum Narſete communicatam —. 23.

§. 31.

NARSES [vbi Vrbinum a Beliſario receptum audiit] Ioanni, vt cum omnibus copiis Caeſenam peteret, imperauit. Illae ſcalis inſtructae ad caſtellum cum acceſſiſſent, muro impreſſione tentato, ac barbaris valide propulſantibus, non paucos ibi amiſerunt: in quibus fuit Erulorum dux Phanotheus. 24.

§. 32.

[CVM Narſes, a Iuſtiniano reuocatus, Byzantium rediret;] neque Eruli, illo abeunte, in Italia manere voluerunt; quamuis, ſi ſubſiſterent, multa in eos bona Beliſarius cum a ſe, tum ab Auguſto profectura polliceretur. Verum omnes, collectis ſarcinis, in Liguriam primum migrarunt: vbi, cum in Vraiae [ducis Gothorum] copias incidiſſent, mancipia, et quidquid pecoris abducebant, venundedere, multaque aucti pecunia, iurarunt, ſe nunquam laturos arma in Gothos, nec manus cum ipſis collaturos. Eo pacto cum pace digreſſi, in agrum venere Venetum: vbi cum Vitalio collocutos admiſſi in Iuſtinianum Aug. peccati poenituit: idque deteſtati, Viſando, e principibus ſuis vno, ibi relicto cum ſuis, Byzantium caeteri omnes reuerſi ſunt, ducentibus Alueth ac *Philemuth*, qui, Phanitheo in tentorio mortuo, principatum obtinuit. 25.

§. 33.

a. C. 541. a. 6. B. G.

[ANNO ſexto belli Gothici Vitalius] cum in agro Veneto, praeter alias copias, multos ſecum haberet Erulos, auſus eſt cum Ildi- 26.

23. Id. ibid. c. 18. p. 430.
24. Id. ibid. c. 19. p. 433.
25. Id. ibid. c. 22. p. 440.
26. PROCOP. de B. G. L. III. c. 1. p. 468, 469.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 541.

Ildibado [Gothorum rege] pugnare, veritus, ne is poſtmodum, quod et contigit, magnas adeptus vires, non poſſet amplius reprimi. Acerrimo ad vrbem Taruiſium facto proelio, Vitalius inſigniter victus aufugit. — In hoc certamine luculenta fuit Erulorum clades, qua inuolutus eſt ipſorum princeps Viſandus.

a. 14. imp. Iuſtiniani I.

§. 34.

a. C. 541.

27. CVM aduentare legatum [Choſrois, qui tertio in Rom. ditionem irruperat] ac iam prope eſſe Beliſarius intellexit, — milites — ad hunc modum diſpoſuit. Tentorium dextra laeuaque cingebant Thraces atque Illyrii. Succedebant Gotthi, coniunctique his Eruli c): quos Vandali ac Mauri excipiebant.

a. 15. d) imp. Iuſtiniani I.

§. 35.

a. C. 542.

28. [CHOSROES peſtilentiae metu in Aſſyriam cum conceſſiſſet], Valeriano, cum ſuis cohortibus ad Theodoſiopolin caſtrametato, Narſes Armenios ſecum habens et agmen Erulorum, ſeſe adiunxit. — In Chorzianenem ſe contulere non longe a Martini caſtris Philemuth et *Verus* cum Erulis, quibus praeerant. —

Repente Petrus, nemini communicato conſilio, in hoſtile ſolum ſuas turmas inexplorato induxit. Quo poſtridie cognito, ſecuti continuo ſunt Philemuth et Verus, Erulorum duces.

§. 36.

ante a. C. 546. e)

29. ROMANI in Perſas., ad Anglonem, vicum in regione Dubios ſitum, acie inſtructa exſpectantes, cum ex improuiſo incidiſſent;]

27. Id. de B. P. L. II. c. 21. p. 138. Theophanes p. 186. ex hoc annum adſcribo.

c) *Eluri* Theophanes.

28. Id. ibid. c. 24. p. 148, 149.

d) Hoc anno peſtilentiae illius meminit Theophanes p. 188.

29. PROCOP. de B. P. L. II. c. 26. p. 150, 151. Haec ante quinquennales ſaltim Perſas inter et Romanos a. 19. imperii Iuſtiniani I. factas inducias geſta eſſe p. 160. docet, vbi illarum meminit, Procopius.

e) Locum integrum vide in *Slauicis*.

ante a. C. 546.

ſent;] primus omnium Narſes cum Erulis et ſequentibus ipſum Romanis hoſtes inuaſit. [His dum incautius inſtat Narſes, alii ex inſidiis in ipſum irruunt, et] caeſis aliquot Erulis, Narſetem in pupilla vulnerant. — Hinc magna, vt fit, in Romanum exercitum iniecta perturbatione, omnes Perſarum copias Nabedes immiſit. Illi maximam et in anguſtiis confertiſſimam multitudinem telis appetentes, cum plures alios letho facile ſternebant, tum maxime Erulos, qui cum Narſete primi hoſtem aggreſſi, *abſque vllo fere corporis munimento pugnabant, pro veteri gentis more.* Nam nec galea, nec lorica, nec re alia quapiam ſe Eruli protegunt, praeterquam ſcuto et craſſiore lacerna, qua cincti dimicant. Quin ipſo etiam nudi clypeo *Serui Eruli* ad pugnam procedunt: poſtea vero quam viros fortes in bello ſe praeſtitere, tum illis vſum ſcuti in proeliis domini permittunt. Sic eſt quod ad Erulos attinet.

§. 37.

a. C. 546. — a. 11. B. G.

30. [Cvm Beliſarius anno vndecimo belli Gothici Epidamni moraretur, et nouas exſpectaret Byzantio copias]; Narſetem quoque eunuchum ad Erulorum principes deſtinauit, vt ad bellum Italicum eorum multos pelliceret. Nec pauci ipſum Eruli ſecuti ſunt, Philemuthi et aliorum ductu, et cum eo venerunt in Thraciam: vbi in hybernis collocati, ad Beliſarium ineunte vere profecturi erant: vna aderat Ioannes, cui cognomen Helluo. Iter agendo caſu quodam ac praeter expectationem, magnum illi in Romanos contulere beneficium, [cum Sclauenis, qui partes illas vaſtarant, proelio congreſſi, quo victores, multos Romanorum in libertatem vindicarunt.]

§. 38.

a. C. 548. — a. 13. B. G.

31. [Gotthi anno decimo tertio belli iſtius Romanos eorumque ducem Ioannem in Lucania ex improuiſo adorti, paucos occiderunt];

30. Id. de B. G. L. III. c. 13. p. 495.

31. Id. ibid. c. 26. p. 528.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 548.

runt]; at longe plurimos ſtratis excitos ita nox texit, vt eggreſſi caſtris in montes, qui magno numero proxime ſe attollunt, curſu euaſerint. In his fuere Ioannes, Erulorumque dux *Aruſus* —. Ioannes et Aruſus contentiſſima fuga Hydruntem cum ſuis ſe receperunt.

§. 39.

32 [Eodem anno Iuſtinianus praeter alias copias] Verum cum Erulis trecentis — in Italiam proficiſci iuſſit. Verus Hydruntem primus appulit, ibique relictis nauibus in caſtris Ioannis manere noluit: at cum ſuis equitans porro perrexit. Erat hic vir ingenio leui, maxime ebrioſus, et ea re ſemper plenus inconſideratiſſimae temeritatis.

Cum proxime vrbem Brunduſium caſtra fixiſſent, hac de re certior factus Totilas, Horum, inquit, altero praeditus ſit Verus neceſſe eſt; vel magnis viribus, vel amentia ſingulari. Eum igitur actutum petamus: vt vel virium eius faciamus periculum; vel amentiam ipſe ſuam agnoſcat. Sic fatus Totilas, validas contra illum copias ducit: quas vt iam adeſſe viderunt Eruli, in nemus vicinum confugerunt. Gotthi facta indagine, amplius ducentos conciderunt: iamque ipſum Verum ac reliquos in ſentibus abditos capturi erant, cum ſalutem illis caſus inopinatus attulit. Repente enim naues, quibus Varazes et qui cum ipſo erant Armenii vehebantur, ad littus proximum appulſae ſunt. Quo Totilas viſo — abſceſſit. Tum qui Vero ſupererant in naues curſu libenter ſe conieceruut. — Varazes — cum illis Tarentum petiit.

a. 14. B. G.

§. 40.

a. C. 549.

33. Alia *f*) quaedam Daciae loca Erulis imperator attribuit ad Singedonem *g*); vbi nunc habitant, Illyricum Thraciamque crebris populantes incurſionibus. Ex his aliquot Romanae militiae dederunt nomina, *Foederatorum*, vt vocant, aſcripti numero. Cum autem

32. Id ibid. c. 27. p. 529.

33. Procop. de B. G. L. III. c. 33. p. 543.

f) Maximam Daciae partem obtinuerant Gepaedes. Vide *Gepaed.* §. 8.

g) Huius rei etiam paulo infecius p. 546. meminit Procopius. Vid. *Gepaed.* §. 11.

a. C. 549.

autem Byzantium veniunt Erulorum legati, omnia ſtipendia vel eorum, qui ditioni Romanae ſubditos expilant, ab imperatore facillime conſecuti, redeunt.

§. 41.

[DVCES Romanos, Longobardis contra Gepaedes auxilio miſſos,] ſequuntur Eruli foederati mille quingenti, quibus praeter alios Philemuthus praeerat. Nam caeteri omnes Eruli, ad tria millia, cum Gepaedibus coierant, a Romanis non ita pridem defectione ſeiuncti eam ab cauſam, quam ſupra[b]) commemoraui. Tunc pars Romanorum ſocia arma Langobardis ferentium in Erulorum caterуam et Aordum regis fratrem inopinato incidit. Feruido commiſſo certamine, vincunt Romani, et cum Erulis multis Aordum ipſum conficiunt.[i]) — 34.

§. 42.

a. C. 550. a 15 B. G.

[Anno decimo quinto belli Gothici Iuſtinianus Germanum, fratris ſui filium, cum imperio in Italiam mittens] praecepit, vt ſecum duceret Philemuthum Erulorum principem cum ipſius turmis. 35.

§. 43.

a. C. 551. a. 16. B. G.

[PAVLO ante, quam Beſſas, ſummus exercitus Rom. dux declaratus, in Lazicam veniret,] eodem cum copiis iam miſſi fuerant Buzis frater Benilus, Odonachus, Babas natione Thrax et *Vligagus* Erulus. 36.

§. 44.

a. C. 552. a. 17. B. G.

COPIAS [anno decimo ſeptimo belli Gotthici Longobardis aduerſus Gepaedes auxilio miſſas] ducebant Iuſtinus ac Iuſtinianus Ger- 37.

34. Id. ibid. c. 34. p. 547.
b) Vid. §. 21.
i) Reliqua vide in *Gepaed.* §. 13.
35. Id ibid c. 39. p. 558.
36. PROCOP. de B. G. L. IV: c. 9. p. 586. huius viri infra aliquoties adhuc Procopius meminit. ſed vid. *Lazica*.
37. Id. ibid. c. 25. p. 638.

Kkk

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 552.

Germani filii, Aratius et Suartuas, cui quidem antea Iuſtinianus principatum Erulorum decreuerat: is vero, vt in ſuperioribus libris narraui [k], eorum, qui ex inſula Thule venerant, rebellione pulſus, ad imperatorem confugerat, ac ſubinde creatus fuerat Magiſter militum in praeſenti [l].

§. 45.

a. 18. B. G.

a. C. 553.

38. [NARSETEM ad bellum Gothicum, duodeuiceſimo illius anno, in Italiam proficiſcentem] equitum quoque Erulorum plus tria millia ſequebantur, duce cum nonnullis aliis Philemutho. —

Vna ibat plurimorum dux Erulorum, quorum virtus in belli periculis enituerat, vir fortiſſimus *Aruthus* [m], et ipſe Erulus, qui a puero Romanorum viuendi rationem amauerat, et filiam Mauritii, qui patrem habuit Mundum [n], vxorem duxerat. — Porro Narſes munificentiſſimus erat, — inprimis Erulos caeteroſque barbaros ſibi ille deuinxerat ſingulari munificentia.

§. 46.

39. [NARSES ad proelium cum Totila ineundum ſe accingens] media in acie Langobardos, Erulos, caeteroſque omnes barbaros conſtituit iuſſitque ad pedes digredi, ne, ſi metu, vel forte perfidia ardorem pugnae remitterent, ad fugam eſſent expeditiores.

§. 47.

40. NARSES [Romam obſidens] ingenti ſagittariorum numero ſuccinctus, muri partem adoriebatur; alteram Ioannes Vitaliani nepos cum ſuis; Philemuthus cum Erulis tertiam, ſequentibus caeteris longo interuallo.

k) Vid. §. 21.

l) και Ρωμαιοις ϛρατηγος των ἐν Βυζαντιῳ καταλογων ἐυθυς γεγονε.

38. Id ibid. c. 26. p. 641. 651. hunc poſteriorem locum vide in *Hunnicis* §. 247.

m) Αρουθ, idem forte, qui ſupra §. 38. Αρουφος vocabatur.

n) De hoc cfr. *Gepaed* §. 5.

39. Id. ibid. c. 31. p. 652.

40. PROCOP. de B. G. L. IV. c. 33. p. 659.

a. C. 553.

§. 48.

[Teias cum Cumis ſuccurrere pararet;] Narſes Ioannem Vitaliani nepotem ac Philemuthum in Tuſciam proprio cum exercitu deſtinauit, ſtatiua illic habere iuſſos, hoſtiumque profectionem in Campaniam impedire; quo liberius Cumas vel caperent vi, vel ad deditionem perpellerent obſeſſos. [Teiam vero nihilominus in Campaniam penetraſſe audiens] Ioannem et Philemuthum, qui in Tuſcia tranſitum cuſtodiebant, accerſit — et in Campaniam — contendit. 41.

§. 49.

a. C. 554.

[Cvm Leutharis et Butilinus cum Francorum et Alemannorum copiis intra Padum veniſſe nunciarentur] Narſes quanta potuit celeritate maximam exercitus partem eo ductabat. Cum vero Philimuth, ſequentium ſe Erulorum dux, paucis antea diebus morbo correptus obiiſſet, ac neceſſe eſſet, vt proprio alicui ſuaeque nationis duci ſubeſſent, cum *Fulcarim* ipſis contribulem, Phanithei nepotem, praefeciſſet, iuſſit vt vna cum Ioanne Vitaliano, et praeterea Valeriano et Artabane, aliisque praefectis et ducibus, cumque maiore et validiſſima exercitus parte, Alpium iugo, quod inter Tuſciam et Aemyliam prominet, circumito, circa Padum fluuium ſe reciperet, ibique fixis caſtris, munitioribusque locis praeoccupatis, hoſtium inſultus propulſaret et reprimeret; et, ſi eos penitus profligare poſſet, gratiam haberet fortunae; ſi vero multitudine preſſus non poſſet, moram tamen eorum expeditioni iniiceret, efficeretque, ne audacter intrepideque progrederentur; ſed metu eis maximo incuſſo, quam poſſet longiſſime, arceret, donec ipſe omnia, quae opus erat, ex animi ſententia diſpoſuiſſet. Hi itaque quo ipſis mandatum erat conceſſerunt. 42.

§. 50.

His initio [maxima cautione adhibita] hoſtilia loca populantibus, paucis poſt diebus omnia in contrarium verſa peſſum iuerunt. 43.

41. Id. ibid. c. 34. p. 662.
42. AGATHIAS Lib. I. p. 22.
43. Id. ibid. p. 25.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 554.

Fulcaris enim Herulorum dux, ſtrenuus quidem ille, nihilque plane hoſticum formidare ſolebat, audax vero et inordinatus erat, et ad res gerendas exequendasque non ita bene comparatus. Neque enim praefecti ac ducis decus eſſe cenſebat, aciem inſtruere ac diſponere: ſed ſicubi ipſe in proelio conſpicuus aliosque praecurrens magnoque impetu et ardore animi in hoſtem ferretur, ſuisque ipſe manibus pugnam cum hoſte confereret, hoc vero ſibi magnae laudi ducebat, valdeque eo nomine gloriabatur. Tum vero temporis maiore etiam temeritate elatus, in Parmenſem vrbem excurſionem fecit (erat vero iam tum Parma a Francis occupata) cumque oportuiſſet eum ſpeculatores prius emittere, qui hoſtium conſilia accurate explorarent, atque ita ordinate ad res praecognitas exercitum ducere: at ille praecipitantia ſola et temerario animi impetu fretus, nullo ordine Herulorum copias educens, et quotquot e Romanis legionibus eum ſequebantur, concitato agmine tendebat, nihil aduerſi eventurum ſuſpicatus.

§. 51.

Quae cum praeſciuiſſet Butilinus Francorum dux, in Amphitheatro quodam non procul ab vrbe erecto — delectam e ſuis copiis ſtrenuorum maxime bellicoſiſſimorumque militum manum occultauit, maximisque inſidiis diſpoſitis obſeruabat, exſpectabatque rei bene gerendae occaſionem. Poſtquam vero Fulcaris et Heruli iam intra hoſtes eſſent progreſſi, tum ſigno dato erumpentes Franci, impreſſioneque in eos, inordinate neglectimque euntes, confer-
44. tim facta, obuios promiſcue omnes gladiis trucidabant; repentina impreſſione perculſos, atque inopinato indagine cinctos. aegre vero quamplurimi, conſcii iam quo mali veniſſent, ignobilem turpiſſimamque ſalutem quaeſiuerunt. Terga enim hoſtibus vertentes concitatiſſimo curſu fugerunt; omnis et bellicae virtutis et diuturnae periculorum exercitationis obliti.

Ita vero fuſo exercitu, Fulcaris Herulorum praefectus, ſolus cum ſatellitio ſuo relictus, nequaquam ſibi, vt aliis, fugiendum putabat: praeclarius facturum ſe ratus, ſi glorioſa morte occumberet, quam parum generoſe ſuperuiueret. ſubſtitit itaque quam potuit

44. Id. ibid. p. 26.

potuit firmiſſime ad tumulum quendam ſiue ſepulchrale monumentum tergo imminens, multosque ex hoſtibus occidit, modo impetuoſe in eos irruens, modo aduerſa fronte ſenſim retrorſum ſe recipiens. Cum vero ei etiam ſic adhuc integrum eſſet, quam facillime fugam capeſſere, ſuique, vt ita faceret, hortarentur: Et quo pacto, inquit, Narſetis linguam ſuſtinuerim, temeritatis me inſimulantem? Conuicium itaque, vti videtur, magis quam gladium extimeſcens, manſit, et quam diutiſſime reſtitit, neque deſtitit pugnare, donec circumfuſa hoſtium multitudine, multisque iaculis pectore exceptis, ſecuri etiam capiti impacta, et iam cum morte conflictans, pronus in ſcutum concidit. Super hunc vero reliqui etiam, quotquot ei adhaeſerant, ad vnum omnes, ſiue ſua ſponte, ſiue hoſtili vi, ſunt trucidati.

§. 52.

Fulcari itaque Herulorum praefecto caeſo non fuit diuturna illius dignitatis poſſeſſio, ſed breui admodum tempore proſperis rebus, veluti laetitia quadam quae ſomniantibus accidit, vſus, celerem habuit et praefecturae et vitae exitum ac finem. — Copiae vero Romanorum, quas Ioannes Butaliani filius, vt antea dixi, et Artabanes ducebant, et ex Herulis quotquot fuga euaſerant, Fauentiam ſtatim ſeſe receperunt. — Hiſce vero rebus Narſeti nuntiatis, dolebat ille quidem moleſteque ferebat barbarorum inſolentiam, 45.
et quod Fulcaris ita ſubito periiſſet; vir non e multis neque obſcurus, ſed ſtrenuus inprimis, multisque victoriis clarus, qui nunquam ab hoſte vinci potuiſſet, ſi prudentiam cum fortitudine coniunctam habuiſſet.

§. 53.

Poſteaquam — Herulorum exercitus proprio iterum duce fuit orbatus, duo autem inter eos eſſent viri inſignes, dubiaeque inter ſe praeſtantiae, varie in vtrumque militum animi et ſtudia inclinarunt. Vna enim exercitus pars Aruth maximi faciebat, planeque ſibi perſuadebat, omnia melius ſucceſſura, ſi ille ipſis dux daretur. alteri parti magis placebat *Sindual*, vt ſtrenuus maxime, et in re bellica valde exercitatus. Cui quidem parti etiam aſſentiens Narſes, hunc eis ducem praefecit; miſitque etiam hos, vbi commodiſſime videbantur hybernaturi. 46.

 §. 54.

45. Id. ibid. p. 27, 28. 46. Id. ibid. p. 32.

Imp. IVSTINIANO I.

§. 54.

a. C. 555.

47. Interea—dum exercitus mouet [cum Francis ad ripas Caſulini fluuii proelium initurus], et iam praetor equum conſcenderat, nunciatur ipſi, Herulum quendam non e multis inter ipſos, neque obſcurum, ſed nobilem inprimis illuſtremque virum, quendam e domſticis ſuis ſeruis, quod aliqua in re deliquiſſet, miſerrime interfeciſſe. Statim itaque adductis habenis equum ſiſtens, homicidam in medium producit, tanquam fas non eſſet proelium adire, niſi caede expiata. Interrogatus ergo ab eo barbarus, quum factum fateretur, neque inficias iret, immo e contrario aſſereret, *liberam*
48. *dominis eſſe poteſtatem de ſeruis ſuis pro ſuo arbitrio decernendi*, vt et alii ſcirent, niſi officium facerent, ſimiliter ſecum actum iri. Cum itaque veluti nulla caedis perpetratae poenitudine ductus, peruicax et caedem ſpiranti ſimilis permaneret, Narſes lictoribus vt eum interficiant mandat. atque is quidem, enſe ilia perfoſſus, interiit.

§. 55.

Herulorum vero turba, vtpote barbari, dolebant, moleſteque id ferebant, et a proelio ſe ſubducere ſtatuebant. Narſes vero, hoc pacto caede expiata, et de Herulis parum ſollicitus, in aciem progreſſus, edixit vniuerſae multitudini et proclamauit, vt, quicunque victoriae particeps eſſe vellet, vna ſecum ſequeretur. — Sindual autem, Herulorum dux, turpe quiddam et generoſo animo indignum cenſebat, ſi, tanto proelio vtrinque inſtructo, ipſe pariter et ſui defectionis inſimularentur; et viderentur re quidem ipſa hoſtes reformidaſſe; formidinem vero ſuam praetextu beneuolentiae erga mortuum palliaſſe. Nequaquam itaque conquieſcere ſuſtinens, Narſeti ſignificat, opperiatur ſe, vtpote iamiam cum ſuis aduenturum. Narſes vero, ſe quidem non praeſtolaturum, reſpondit, curaturum tamen, vt et ipſi ſuo in acie loco ordinentur, etiamſi paulo ſerius aduenerint. Heruli itaque optime armati, bonoque ordine ocius procedebant. [Narſes interea aciem inſtruit et] He-
49. rulis quidem in medio totius agminis locus erat deſignatus: neque enim adhuc illi aduenerant. §. 56.

47. AGATHIAS L. II. p. 42. 49. Id. ibid. p. 44.
48. Id. ibid. p. 43.

a. C. 555.

§. 56.

Interea duo Heruli, qui paulo ante ad hoſtes defecerant, adeo vt quid poſtea conſilii cepiſſet Sindual ignorarent, barbaros omnes incitabant, vt quam citiſſime Romanos adorirentur, affirmantes, fore, vt apud eos omnia tumultus et perturbationis plena eſſent deprehenſuri, quod nimirum Herulorum copiae indignabundae ſeceſſionem feciſſent, proeliumque vna adire detrectarent, et reliquae multitudinis animi illorum defectione eſſent conſternati. Hisce ita dictis, Butilinus — confeſtim copias in hoſtem educit. — Poſtquam — barbari — impetum in Romanos fecerunt, confeſtim anteſignanos, medio inter duo cornua loco ſtantes, perrumpentes in vacuum illum exercitus locum irruerunt; neque enim adhuc Heruli aduenerant.

§. 57.

Interea [dum Franci iuſto longius in hoſtilem aciem prouecti a Romanis caeduntur] Sindual et Heruli quum proelio appropinquaſſent, in hoſtes incurrunt, qui perfracta penetrataque Romanorum acie, reliquos praeuerterant. ſtatim itaque atque ad manus ventum eſt, pugnam cum eis conſerunt. at illi inopinato rei euentu perculſi, immo potius inſidias eſſe ſuſpicati, confeſtim in fugam ſunt verſi; transfugas inſimulantes, quod ab eis eſſent decepti. Sindual vero acriter eis absque vlla intermiſſione inſtabat, donec alios quidem proſtrauit, alios vero in vorticoſum flumen adegit. Atque ita Herulis in ſuum locum receptis, vacuitas illa in medio exercitus ſuppleta eſt, et phalanx clauſa; Francique deinceps veluti retibus inuoluti, omni ex parte caedebantur. — Ipſe itaque dux Butilinus cum vniuerſo exercitu ad internecionem periit. inter quos etiam illi Heruli, qui ante proelium transfugerant. — In hoc autem proelio ſtrenue rem geſſerunt e Romanis legionibus fere omnes; ex auxiliaribus vero barbaris Aligernus Gotthus —, et Sindual Herulorum dux nihilo aliis inferior. 50.

§. 58.

a. C. 556.

[Dvrante bello Lazico Romanorum duces vtrum Onogorin caſtellum obſiderent, an vero Perſis aduentantibus obuiam irent, de- 51.

50. Id. ibid. p. 45, 46.

51. Agathias L. III. p. 78.

Imp. IVSTI-NIANO I.

a. C. 556.

deliberabant. Buzes hoc poſterius faciendum eſſe cenſuit.] Placuit id conſilii etiam *Vligango* o), Herulici exercitus duci: vnde ille frequenter prouerbiale quoddam dictum, barbaricum quidem illud et craſſum, efficax tamen atque vtile, in ore habebat: arcendas primum eſſe apes, et deinde mel commodius legendum.

§. 59.

52. [ROMANI Phaſide, Lazica vrbe, recepta] praeſidia per muros ſuo quaeque ordine diſponunt. — Primus—Iuſtinus Germani filius cum ſuo agmine in editiſſima vrbis parte, ad mare vergente, locatur; exiguo vero abhinc ſpatio praefectus ſtabat et Martini copiae. Sub ipſum autem medium, Angilas, Mauros penes ſe habens, peltatos et haſtigeros, Theodorus vero, Tzanos grauioris armaturae, et Philomathius Iſauros funditores et iaculatores habens; neque procul ab his ſtationem habebat Langobardorum et Herulorum manus, ductante vtrosque *Gibro*.

§. 60.

a. C. 562?

53. [IVSTINIANVS Aug. de poſtulato Auarorum, vt ſibi ſedes in Romana ditione ponere liceret, certior factus,] apud ſe conſultauit, an gentem collocaret in ea terra, vbi prius habitabant Eluri p) (ſecunda Pannonia q) vocatur.) Et imperator, ſi illis videretur, annuit.

o) Idem forte, quem ſupra [§. 43.] Vligagum vocat Procopius.

52. Id. ibid. p. 96.

53. MENANDER in Excerptis de legationibus p. 101. cfr. *Auarica* §. 7.

p) Adnotat ad h. l. Cantoclarus p. 198.„ Lege in Alororum regione. Alorus eſt Ptolomaeo Paeoniae in Macedonia vrbs. Sunt et Haloritae apud Plinium et Heruli populi, quorum rex Getas [Graetis. vid. §. 17.]: apud Cedrenum Herulos interpretatur Xylander. Sunt et Aeluri apud Zonaram [vid. §. 171.]„.

q) δευτερα Παιονια.

HVNNICA

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

SVMMARIVM DE HVNNIS.

Hunnorum Nomen

ITA late patet apud ſcriptores Byzantinos et fluctuat Hunnorum nomen, vt, quam proprie gentem eo deſignare voluerint, ipſi ignoraſſe videantur. Hunnos nobis dicant an Scythas, fere perinde eſt. Participant quidem *Hunnorum nomen* AVARES, apud Menandrum, Theophylactum, Theophanem et Cedrenum. quorum duo poſteriores eos *Hunnos occidentales* vocant. BVLGARI, apud Nicephorum Patriarcham, Theophanem et Cedrenum; COMANI, apud Nicephorum Gregoram; GEPAEDES, apud Auctorem Chronici Paſchalis; HVNGARI, ap. Leonem Grammaticum, Cinnamum, Nicetam Choniatem et alios; SLAVI, apud Cedrenum. quod ad mores et viuendi rationem attinet, multa ipſis cum Hunnis communia fuiſſe Procopius ait; TVRCI, apud Theophanem; VZI, apud Annam Comnenam et Cedrenum. Ad *Tribus* vero *Hunnicas* magis definite et perpetuo a ſcriptoribus Byzantinis referuntur; HVNNI ATTILANI, qui καὶ ἐξοχὴν Hunni vocantur, nullo perculiari addito gentis vel tribus nomine; ACATIRI (Ακατζιροι, Ακατιροι, Ακατιροι et truncate Κατζιροι); VITTORES (Βιτlορες); BVRVGVNDI (Βȣρȣγȣνδοι); EPHTHALITAE ſeu *Hunni Albi* (Εφθαλιται Procopio, Menandro et Theophani Byzantino, Νεφθαλιται Theophani Iſaacio, Agathiae, Theophylacto, qui eos etiam Αβδελας vocat, et Cedreno dicti); CIDARITAE (Κιδαριται); CVTVRGVRI (Κȣτȣργȣροι Procopio, Καντριγȣροι, Κοτραγηροι, Κȣτριγȣροι, Κȣτραγȣροι Menandro, Κοτριγοροι Agathiae dicti); VTVRGVRI (Ουτȣργȣροι Procopio, Ουτιγȣροι, Ουlριγȣροι, Agathiae, Ουlηγȣροι, Ουlιγȣροι, Ουϊτιγȣροι Menandro dicti); VNIGVRI (Ουνιγȣροι Menandro, Ουνȣγȣροι Theophylacto, Ουνȣγȣροι Agathiae dicti); VGVRI (Ουγȣροι, Ουϊγȣροι Menandro, Ογωρ Theophylacto dicti, et forte, Ουρωγοι Priſci); VLTIZVRI (Ουλτιζȣροι l. Ουλτινζȣροι); SABIRI (Σαβειροι Procopio, Agathiae et Menandro, qui eos et truncate Αβειρ

vocat, Σαβηρ Theophani Iſaacio et Cedreno, Σαβιροι Priſco, Theophani Byzantino et Theophylacto dicti). Saragvri (Σαραγουροι). Saraguros et, quorum ſupra mentio facta eſt, Vrogos gentes Hunnicas fuiſſe, non quidem expreſſe dicitur; attamen cum eos cum Onoguris et Acatiris, gentibus Hunnicis, Priſcus coniungat, quin et ipſi ad eandem ſtirpem referendi ſint, vix dubitare licet. Sarselt (Σαρσελτ).

Praeterea Hunnis *Cimmeriorum* (et hoc quidem in ſpecie Vturguris et Cuturguris) et *Maſſagetarum* a Procopio, *Scytharum* a Priſco inprimis et Theophane, *Auarum* a Conſtantino Porphyrogenneta, Turcorum denique a Theophylacto tribuuntur nomina.

De gentibus Hunnorum praecipuis.

I.

Hunni Attilani.

Hunnorum gens, ſi, quae de illa ex obſcuriſſima antiquitate parum fida ſcriptores Byzantini tradunt, demas, ſub Valentis Aug. imperio (circa a. C. 377.) Romanis primum innotuit. Tunc enim ingens eorum multitudo, antiquis in Oriente relictis ſedibus, in Europam effuſa eſt. Hi pulſis, qui regiones a Maeotica palude et Tanai fluuio inde vsque ad Iſtrum late incolebant, Gothis, eorum terra potiti ſunt, et ſuccedente tempore imperii ſui fines in Pannonias vsque extenderunt.

Et ita Romanis facti finitimi, cum illis etiam rem habuiſſe videntur. Id quod forte legationi, quam Olympiodorus apud Donatum, Hunnorum regem, obiit, cauſam dedit. Idem vero Donatus cum poſtea, iureiurando circumuentus, a Romanis, vt videtur, occiſus eſſet, Charaton, inter reges primus, ob caedem ira incenſus, donis ab imperatore * * * placatus eſt.

Rua, qui aliquanto tempore poſt Hunnos imperio rexit, Amilzuros, Itimaros, Tonoſures et Boiſcos, aliasque gentes Iſtri accolas bello petens, prius ad Theodoſium II. qui transfugas, belli metu incuſſo, repeterent, legatos miſit. Quae dum aguntur, Rua de vita deceſſit, et imperio Hunnorum Attilas et Bledas, Mundiuchi filii, potiti ſunt. Cum his itaque Romani pacem compoſuerunt, pro trecentis et quinquaginta auri libris, quas hucusque Hunnis

Hunnis annui tributi nomine pependerant, ſeptingentas ſoluere coacti. Firmata hoc pacto (a. C 434.) cum Romanis pace, arma in Sorosgos conuerterunt Attilas et Bledas.

Non diu vero poſt (a. C. 438.) Hunni pacem, dolo primum, deinde aperto bello contra Romanos ſuſcepto violarunt. Et ab hoc tempore quotannis fere Romanas incurſarunt ac vaſtarunt ab Illyrico inde vsque ad Cherſoneſum Thracicam prouincias. Tributa ſemper maiora poſtulabant, ita vt poſt Cherſonenſem pugnam (a. C. 443.) ipſis bis mille et centum auri librae, non connumeratis, quas ſtipendiorum nomine accipiebant, pecuniis, quotannis pendendae eſſent. Acatiros, Ponti accolas, Attilas ſub iugum miſit, iisque filiorum ſuorum natu maximum regem dedit. Sub vltimos demum Theodoſii Aug. annos pacem iniit cum Romanis, iisque ſponte regione, quam Iſter a meridie alluit, quamque ipſe antea bello ceperat, ceſſit, neque ſe amplius Romanis de transfugis reddendis, quam toties bellis cauſam praetenderat, moleſtum fore (a. C. 449.) promiſit.

Fato functo Theodoſio Aug. ad Marcianum, qui ipſi in imperio ſucceſſerat, de tributis conſtituendis Attilas legatos miſit. At hic, a Vandalis, cum quibus Theodoſius diuturnum geſſerat bellum, pace facta ſecurus, ſe munera quidem quieſcenti daturum, minime vero tributa penſurum eſſe reſpondit. Sub hoc ipſum tempus Gothi, quos Attilas ad Valentinianum Aug. de Honoria ſibi in matrimonium danda miſerat, legationis irriti redierunt. Duplici hac irritatus Attilas repulſa, arma primum in Occidentem conuertit, et in Galliam vsque penetrans ad Aurelianorum vrbem cum Romanis duce Aetio proelio congreſſus eſt: ſed ingenti illic clade affectus ad Iſtrum reuertit. Sublato vero breui poſt Aetio, iterum Occidentem bello petiit Attilas, et vniuerſa Francia crudeliſſime vaſtata, in reditu Aquileiam, vrbem ad ſinum Ionium ſitam celeberrimam, diruit. Ita demum victor in Orientem reuerſus, quod iamdiu meditabatur, aduerſus Marcianum ſuſcipere parabat bellum. Sed tunc felici quodam accidit Romanorum fato, vt Attilas ipſa nuptiarum, quas tunc celebrabat, nocte, multo ſanguine ex ore eius et naribus erumpente, moreretur.

Hunnorum autem imperium ſub filiis Attilae ſenſim inclinatum, Dengizicho tandem in proelio a Romanis occiſo, penitus

 euer-

euerſum eſt. Et gens ipſa, breuiſſimo temporis ſpatio a ſummo, ad quod ſub Attila aſcenderat, potentiae et celebritatis faſtigio ita deiecta eſt, vt etiam, vbi terrarum eſſet, ignoraretur.

II.

Vturguri et Cuturguri.

Hunni Cimmerii, cum vni olim paruiſſent regi, ſub duobus demum fratribus, quorum alteri Vturgur, alteri Cuturgur nomen erat, bifariam diuiſi, atque inde Vturguri et Cuturguri appellati ſunt. Antiquae eorum ſedes a Tanais fluuii oſtiis vsque ad Cimmerium Boſporum pertinebant.

Hinc ſaeculo poſt C. N. quinto cum iam Viſigothi Hiſpaniam, Africam Vandali tenerent, cerua, vt ferunt, duce in aduerſam continentem vado transierunt; et Gothos (Oſtrogothos) qui illas regiones incolebant, auitis eiecerunt ſedibus. Quo facto Cuturguri quidem, vxoribus et liberis accitis, in campis, qui a Tanai fluuio vsque ad Iſtrum patent, ſedes fixerunt; Vturguri vero in antiquam reuerſi patriam, eam deinde tenuere ſoli.

Cuturguri itaque Iſtro tantum a Romanis disiuncti, procedente tempore fluuio ſaepius traiecto Romanas armis infeſtarunt prouincias. Anno XVI. belli Gothici (a. C. 551.) Gepaedes eos ſibi adiunxerunt belli ſocios aduerſus Longobardos: ſed cum ante elapſas, de quibus inter vtramque gentem conuenerat, inducias iam adeſſent, Gepaedes eos, dum belli tempus appropinquaret, Romanis finibus immiſerunt. Hos cum Cuturguri late vaſtarent, et Iuſtinianus, quas ipſis opponeret, copias non haberet, Vturguros, in terram illorum irruptionem vt facerent, praedae ſpe obiecta et muneribus miſſis, adduxit. Hi itaque Sandile duce vna cum Gothis Tetraxitis, quorum fines contingebant, Tanai transmiſſo in Cuturgurorum terram irruperunt, et victis proelio hoſtibus, cum magna captiuorum multitudine domum reuerterunt. Quibus Cuturguri cognitis, tunc quidem, foedere cum Iuſtiniano percuſſo, a bello abſtinuerunt; Iuſtinianus vero duobus eorum millibus, qui Vturguros euaſerant, cum vxoribus et liberis Iſtrum transgreſſis, in Thracia ſedes aſſignauit, moleſtiſſime illud ferentibus Vturguris. Octo inde elapſis annis, Zabergan (a. C. 559.) Cuturgurorum

gurorum dux, cum innumera ſuorum multitudine Iſtrum glacie obductum transiens in Romanorum agros, omnia igni ferroque vaſtans, irrupit, et in Graeciam adeo et ad Cherſoneſum Thracicam copias miſit. ſed tunc a Beliſario, iam fere decrepito, dolo magis quam virtute aut numero armatorum, victus, cum reliquas copias e Graecia et Cherſoneſo, illos quidem nulla, hos re male geſta, recepiſſet, magna prius a Iuſtiniano expreſſa pecunia, ad patrios lares remeauit. Auguſtus vero cum nunquam quieturos barbaros iſtos eſſe facile videret, hoc iniit, quo eos omnino perderet, conſilium. Miſſis nempe eo ipſo tempore ad Vturguros, ſibi foederatos et mercenarios, legatis, iis, vt Cuturgurorum fines inuaderent, auctor fuit. Hi ſtatim, duce Sandile (Sandilchus hic vocatur), irruperunt, ac terra hoſtili late vaſtata, cum iis, qui e ſolo Romano reuertebantur, proelium inierunt, iisque victis omnem eripuere praedam. Hinc orto diuturno inter illos bello, vtraque gens mutuis cladibus afflicta et debilitata, ab Auaris tandem debellata atque euerſa eſt.

III.

Acatiri.

Acatiri, qui ad Pontum Eux. accolebant et in plures tribus diuidebantur, a Theodoſio II. ſollicitati, relictis Attilae partibus, ſe Romanis adiunxerunt. At non diu poſt cum vnus e regulis huius gentis, Curidachus nomine, ſe non ita, vt mereretur, muneribus a Romanis cultum eſſe putaret, Attilam, quaſi vltorem huius ſibi illatae iniuriae futurum, aduocauit. qui miſſo confeſtim exercitu, gentem, regulis illius partim occiſis, partim in deditionem acceptis praeter Curidachum omnibus, ſubegit, et filium ſuum natu maximum ipſis regem praefecit (a. C. 448). Aliquanto tempore poſt, Marciano Romanis imperante, Acatiri a Saraguris, Vrogis et Hunnoguris, qui tunc patria profugi nouas ſedes quaerebant, deuicti ſunt; et poſtea (quae vltima occurrit gentis memoria) vna cum Saraguris ad Portas Caſpias deſcenderunt, indeque digreſſi in Iberiam et Armeniam irruptionem fecerunt.

IV.

Cidaritae.

Cidaritae, Perſis ad Portas Caſpias finitimi, horum regibus olim tributarii fuerunt. Sed is, qui genti non diu ante Leonis I.

Aug.

Aug. imperium praefuit, tributum exuens, bellum cum Perſarum rege ſuſcepit. Quod cum ſub eius filio Cuncha adhuc duraret, Perozes illud fraude finire cogitabat. Regi itaque Cidaritarum ſororem ſuam in matrimonium ſe daturum promiſit; ſed pro illa aliam mulierem ſubſtituit, et hoc dolo pacem impetrauit. Cunchas vero, cognita ex muliere ipſa fraude, hanc factam ſibi iniuriam caede trecentorum e principibus Perſarum, quos ſibi, in bello cum finitimis duces futuros, mitti poſtulauerat, vltus eſt. Inde bellum recruduit, quod, tandem Cidaritis victis et vrbe eorum Balaam capta, confectum eſt.

V.

Sabiri.

Sabiri ab Auaris ſuis ſedibus pulſi imp. Marciano Saraguros, Vrogos et Onoguros bello adorti ſunt. Anaſtaſii vero Aug. tempore per Caſpias portas eruptione facta, Armeniam, Cappadociam, Galatiam et Pontum depopulati ſunt. Primo imperii Iuſtiniani I. anno (a. C. 527.) quo tempore ad extremum Caucaſum vltra Zechos habitabant, eorum regina Boarex nomine, Balachi vidua, ſe Romanis adiunxit, et duo alios Hunnorum reges Glonem et Styracem, tunc per regionem ipſius Perſis aduerſum Romanos auxilio proficiſcentes, proelio vicit, ibique Glone interfecto Styracem captum Byzantium miſit. Iis autem quae ſequebantur temporibus Sabiri nunc in Romanorum nunc in Perſarum exercitibus ſtipendia meruerunt. Sub vltimos Iuſtiniani Aug. annos gens ab Auaris debellata eſt, et quae adhuc ex illa ſupererant reliquiae ſub imperio Tiberii II. a ducibus Rom ex Albania excitae et ad ripas Cyri amnis in ſolo Romano collocatae ſunt.

VI.

Ephthalitae.

Ephthalitae a ſcriptoribus Byzantinis ad gentes Hunnicas referuntur, licet moribus, viuendi ratione, et vultu adeo ipſo, quo minime deformes erant, ab Hunnis diuerſiſſimi eſſent. Albi etiam vocantur, a colore cutis vt videtur, quam ex Hunnis hi ſo-

li

li candidam habuerunt. Cum Perſis, quibus a ſeptemtrionibus, vbi vrbs Gorgo ſita erat, Ephthalitarum ſedes oppoſitae fuerunt, diuturna geſſerunt bella. quorum illud, quo Perozes cum vniuerſo periit exercitu, celeberrimum eſt. Cabadem, Perozis filium, qui e carcere elapſus ad ipſos confugerat, in regnum reſtituerunt (a. C. 495), ac ſub eodem rege in Perſarum exercitu ſtipendia meruerunt. A Choſroe (circa a. C. 563.) debellati, tandem proditione cuiusdam Catulfi (circa a. C. 569.) in Turcorum poteſtatem venerunt.

Series regum Hunnicorum.

Ex tribu Attilana.

ab a. C. 377?—468.

DONATVS (Δονατος). CHARATON (Χαρατων). RVA (Ρουα).

NN.

Mundiuchus (Μουνδιουχος, al. Ομυνουδιος); regem fuiſſe Byzantini non dicunt. — *Oebarſius* (Ωηβαρσιος); priuatus.

ATTILAS (Αττηλας, Αττιλας). vx. 1. *Recan* (Ρεκαν, al. loco Κρεκα) 2. filia *Eſcam* (Εσκαμ). — BLEDAS. (Βληδας, al. Βλιδας, al. Βδελα).

DENGIZICH (Δεγγιζιχ. al. Δινζιριχος); occiditur a. C. 468. — ERNACH (Ηρνας, al. Ηρναχ).

Ex tribubus Vturgurica et Cuturgurica.

NN.

VTVRGVR (Ουτουργουρ). primus Vturgurorum rex a. ***
SANDIL (Σανδιλ, al. Σανδιλχος l. Σανδικλος) a. C. 551-559.

CVTVRGVR (Κουτουργουρ). primus Cuturg. rex. a. ***
CHINIALVS (Χινιαλος) } a. C. 551.
Sinnio (Σιννιων l. Σισιννος. } a. C. 551.

ANAGAEVS (Αναγαιος) } a.C. 580.
Accagas (Ακκαγας) regina ſubordinata.

ZABERGAN (Ζαβεργαν, l. Ζαμεργαν) a. C. 559.

Ex tribu Acatirica.

CVRIDACHVS (Κυριδαχος). NN. Filius Attilae natu maximus.

Ex tribu Cidaritica.

CVNCHAS (Κυγχας l. Γυγχας). circa a. C. 457-474.

Ex tribu Sabirica.

BALACH (Βαλαχ l. Μαλαχ) ante a. C. 527.

BOAREX (Βοαρηξ, l. Βαρηζ), a. C. 528. vidua prioris.

Ex tribu Ephthalitica.

EPHTHALANVS (Εφθαλανος). a quo gentem nomen traxiſſe Theophanes Byz. autumat.

Ex tribu ***

AMBAZVCES (Αμβαζουκης) Portarum Caſpiarum dominus tempore Anaſtaſii.

ZILIGDES (Ζιλιγδης, al. Ζιλγβι, l. Ζιαγβιρ), rex Hunnorum tempore Iuſtini I., a Perſarum rege Cabade occiditur.

GORDAS (Γορδας) Hunnorum Boſporo vrbi vicinorum rex, Chriſtianus, a ſuis occiſus a. C. 527.

MOAGERAS (Μοαγερας l. Μουαγερης), frater prioris, eius loco rex conſtituitur.

GLONES (Γλωνης. Γλωνις).

STYRAX (Στυραξ).

Viri inter Hunnos illuſtres.

Ex tribu Attilana.

Atacum (Ατακαμ) } viri a regio genere orti.
Mama (Μαμα)

Berichus (Βεριχος) multorum vicorum in Scythia dominus.

Edecon (Εδηκων) vir rebus bello geſtis clariſſimus.

Eſla (Ησλα, l. Εσλας) a Rua et Attila aliquoties ad Romanos legatus miſſus.

Onegeſius (Ονηγησιος) Attilae dignitate proximus.

Scotta (Σκοττα), frater Onegeſii.

Ex tribu Ephthalitica.

Catulfus (Κατουλφος) gentem ſuam, ob ſtuprum vxori ſuae a rege illatum, Turcis prodidit.

Du-

Duces Romanorum inclaruerunt in bello Vandalico.

Aigan (Αἴγαν) domeſticus Beliſarii.
Sinnio (Σιννιων) ex Cuturgurorum tribu v. ſupra.
Balas (Βαλας).
} equitibus Hunnicis praefecti.

In bello Gothico.

Zanter (Ζαντηϱ).
Chorſomanus (Χοϱσομανος l. Χοϱσαμαντις).
Aeſchmanus (Αιχμανος).
} ſtipatores haſtati Beliſarii.

Buchas (Βȣχας), ſtipator Beliſarii.

Bulgudu (Βȣλγȣδȣ), Valeriani ſtipator, Anconam, a Gothis oppugnatam, ſeruat.

Oldogando (Ολδογανδων), praeſidio Peruſino praefectus.

Chalazar (Χαλαζαϱ), Praetorianus, Ruſciano caſtello capto a Totila occiſus.

Vldach (Ουλδαχ), auxiliorum Hunnicorum dux.

Ragnaris (Ραγναϱις) vltimus Gothorum dux. e tribu Vittorica.

In bello Perſico.

Sunicas (Συνικας)
Augan (Αυγαν l. Αἴγαν).
Simas (Σιμας).
Aſcan (Ασκαν).
} equitum Hunnicorum ductores.

Argec (Αϱγηκ), Praetorianus.

Elminzur (Ελμινζȣϱ), dux exercitus, Archaeopolin, vrbem Lazicam capit.

Balmach (Βαλμαχ).
Iliger (Ιλιγεϱ).
Cutilzis (Κȣτιλζις).
} auxiliorum Sabiricorum duces.

Apſich (Αψιχ), imp. Mauricio exercitus dux.

Scriptores de Hunnis.

De rebus geſtis Hunnorum memoriae prodiderunt: Eunapius, Olympiodorus, Priſcus, Procopius, Agathias, Menander, Theophylactus Simocatta, Auctor Chronici Paſchalis, Conſtantinus Manaſſes, Georgius Syncellus, Theophanes Iſaacius, Anaſtaſius, Theophanes Byzantinus, Conſtantinus Porphyrogenneta, Cedrenus, Zonaras, et Chalcocondylas.

Rara eſt Hunnorum ante Theodoſii Iun. imperium apud ſcriptores Byzantinos memoria. De gente a Iapheto orta, a Seſoſtre in Aſſyria collocata, expeditione contra illam ſub Caro Aug. ſuſcepta, pauca quaedam et incerta Syncellus, Conſtantinus Manaſſes et Zonaras tradunt. De primis Hunnorum irruptionibus et

rebus contra Gothos geſtis Olympiodorus, Euriapius, Theophanes, Anaſtaſius, et Chronici Paſch. auctor breuiſſime mentionem faciunt, Donati et Charatonis regum ſolus Olympiodorus meminit.

Rerum ſub Rua, Attila ac filiis eius Dengizicho et Ernacho geſtarum memoria a Priſco inprimis, diligentiſſimo etiam in minimis ſcriptore et oculato teſte, conſeruata eſt. ſed cum quaedam tantum hiſtoriae eius fragmenta ad nos peruenerint, multos deprehendi in ea lacunas, nemo facile mirabitur. Quae quidem Attilas in Oriente geſſit, eorum ſatis multa Priſcus ab obliuionis iniuria vindicauit; pauca quaedam de illis Chronici Paſchalis auctor, Theophanes et ex illo Anaſtaſius attingunt: bella vero ab Attila Occidenti illata Procopius, Auctor Chronici Paſchalis, Theophanes, et Conſtantinus Porphyrogenneta breuiſſime delibant; eorum quaſi in tranſitu Chalcocondylas meminit. De obitu Attilae Auctor Chr. P., et Theophanes memoriae produnt. De filiis Attilae quaedam Priſcus habet, caedem Dengizichi Auctor Chr. P. memorat.

De variis Hunnorum irruptionibus, impp. Zenone, Anaſtaſio et Iuſtiniano I., in ſolum Rom. factis, multa apud Procopium, Theophanem, Anaſtaſium et Cedrenum, nullo addito gentis vel tribus nomine, occurrunt.

Res geſtas Vturgurorum et Cuturgurorum Procopius inprimis et Agathias, Menander, ex quo gentem ab Auaris debellatam eſſe diſcimus, Theophanes et Cedrenus, qui eos ſimpliciter Hunnos vocant, enarrant.

Saragurorum, Vrogorum, Acatirorum et Cidaritarum vnicus Priſcus mentionem facit.

Hunogurorum Priſcus, Agathias, Menander, (hic etiam Vgurorum,) et Theophylactus meminerunt.

Sabirorum memoriam Priſcus, Procopius, Agathias, Menander, Theophylactus, Theophanes Iſaacius, Anaſtaſius, et Theophanes Byzantinus conſeruarunt. Iique praeter Priſcum omnes, res Ephthalitarum geſtas, ſed fuſiſſime Procopius, tradunt.

De Hunnis Aſiaticis, nullo addito tribus nomine, varia apud Procopium, Auctorem Chron. P., Theophanem, Anaſtaſium, et Menandrum leguntur.

Hunnorum Boſporo vrbi vicinorum Procopius, Theophanes, Anaſtaſius, et Cedrenus meminerunt.

De Hunnis denique vniuerſe, Romanorum foederatis, multa apud Procopium, Agathiam et Theophanem occurrunt. INDEX

INDEX
Capitum et Paragraphorum.

CAPVT I. *Antiquiora quaedam et inerta de Hunnorum gente.*

§. 1. *Hunni a Iapheto orti.*
§. 2. *Hunni a Seſoſtre Aſſyriam obtinent; Parthi appellantur.*
§. 3. *Carus Aug. in bello Hunnico occiſus.*
§. 4. *Statua argentea in Thracia breui ante irruptionem Hunnorum effoſſa.*

CAPVT. II. *Gothi ab Hunnis debellati. res geſtae (Balameris,) Donati et Charatonis, regum Hunnorum; ab a. C.* 377—387.

§. 5. *Gothi ab Hunnis pulſi, et a Valente Aug. ſuſcepti.*
§. 6. *Balamer Scytha Rom. prouincias vaſtat; annuo a Romanis impetrato tributo, quieſcit.*
§. 7. *Gothi ab Hunnis pulſi, et a Theodoſio M. ſuſcepti.*
§. 8. *Legatio a Romanis ad Donatum miſſa; Donati caedes; Charaton muneribus placatus.*

CAPVT III. *Res ab Hunnis, ducibus Rua, Attila et Bleda, vsque ad Bledae obitum geſtae; ab a. C.* 434—444.

§. 9. *Rua de transfugis reddendis ad Rom. legatos mittit; Romani et ipſi ad illum mittere legatos decernunt.*
§. 10. *Plinthas ad Attilam legatus miſſus, cum Hunnis ad Margum vrbem in colloquium venit.*
§. 11. *Conditiones pacis; pax iurata.*
§. 12. *Transfugae a Romanis redditi, ab Hunnis cruci affixi.*
§. 13. *Attilas et Bleda in Soroſgos bellum mouent.*
§. 14. *Hunni Romanos, tempore mercatus, perfide adoriuntur; Margi epiſcopum et transfugas ſibi dedi poſtulant.*

§. 15. *Hunni Romanis bellum aperte inferunt; Viminacium vrbem capiunt.*

§. 16. *Epiſcopus, ne Hunnis dederetur, veritus, ſponte ad eos tranſit, Margumque prodit.*

§. 17. *Attilas et Bleda Illyricum vaſtant.*

§. 18. *Pax poſt Cherſoneſem pugnam cum Hunnis facta; Romani conditionibus ab Hunnis latis, licet inuiti, ſubſcribunt.*

§. 19. *Romanorum in exigenda, quae Hunnis ſolueretur, pecunia, et reddendis transfugis ſeuera diligentia.*

§. 20. *Attilas captiuos et transfugas ab Aſimuntiis repetit.*

§. 21. *Hi duos captiuos reddunt, neque plures apud ſe eſſe iurant.*

§. 22. *Attilas iteratis vicibus transfugas repetitum legatos mittit, Romanorum liberalitate abutens.*

§. 23. *Romani ob imminentes vndique barbaros Attilae in omnibus dicto audientes.*

CAPVT IV. *Bellum Romanis ab Attila illatum; Acatziri, gens Hunnica, ab eodem ſubacti; ab a. C.* 446—448.

§. 24. *Romanis, transfugas dedere renuentibus, Attilas bellum infert.*

§. 25. *Attilas Acatzirorum gentem debellat, eis filium natu maximum regem praeficit.*

CAPVT V. *Legationes ab Attila ad Theodoſium Iun. et ab hoc ad Attilam miſſae; a. C.* 448, 449.

SECTIO I. *Legatio Attilae ad Theodoſium; paratae vitae Attilae a Chryſaphio eunucho per Edeconem et Bigilam inſidiae.*

§. 26. *Edecon et Oreſtes legati ab Attila ad Theodoſium cum litteris miſſi; litterarum argumentum.*

§. 27. *Edecon cum Bigila interpret Chryſaphium adit.*

§. 28. *Facto colloquio, de inſidiis vitae Attilae ſtruendis inter eos conuenit.*

§. 29. *Imperator rem magiſtro officiorum aperit; Maximinum legatum cum Bigila interprete ad Attilam mittere decernit.*

SE-

SECTIO II. *Theodoſii ad Attilam legatio; varia de Hunnorum moribus, viuendi ratione &c.*

§. 30. *Maximinus legatus, interpres Bigilas; litterae et mandata legato data*

§. 31. *Priſcus comes a Maximino legitur; Hunni Sardicae a Maximino conuiuio excipiuntur.*

§. 32. *Oreſtis cum Maximino colloquium; Bigilae de eo iudicium.*

§. 33. *Maximinus ab Illyrici praefecto quinque transfugas accipit, Attilae dedendos.*

§. 34. *Legatus cum comitibus ab Hunnis Iſtrum transmittitur; Attilae ad bellum contra Romanos apparatus.*

§. 35. *Legati aduentus Attilae nunciatur, qui eum ad ſe venire iubet.*

§. 36. *Cauſam legationis Hunnorum quidam curioſe percontantur.*

§. 37. *Legatus diſcedere iuſſus, profectionem parat, id aegre ferente Bigila.*

§. 38. *Propter noctem ingruentem adhuc manere iuſſus, poſtero die ſe ad iter accingit.*

§. 39. *Priſcus cum Ruſticio quodam Scottam adit, qui ſe ipſi aditum ad Attilam patefacturum promittit.*

§. 40. *Legatus ad Attilam admiſſus ei litteras Theodoſii reddit; Attilas in Bigilam inuehitur; transfugas apud Romanos reſtare contendit.*

§. 41. *Eslam cum Bigila transfugas repetitum ad Theodoſium Attilas mittit.*

§. 42. *Legatus, muneribus traditis, dimittitur; Bigilas de ira Attilae dubius.*

§. 43. *Bigilas ab Edecone aurum ad inſidias neceſſarium adferre iubetur; quidquam emere prohibentur legatus et eius comites, Onegeſium opperiri iuſſi*

§. 44. *Legatus Attilam ad loca magis ad ſeptentrionem ſita comitatur; iter deſcribitur.*

§. 45. *Romani tempeſtate horrida oppreſſi, in vico quodam a Bledae vidua hoſpitio excipiuntur.*

§. 46. *In vico quodam ſubſiſtentes, in legatos Romanorum occid. incidunt*

§. 47. *Cauſa legationis eorum.*

§. 48.

§. 48. *Regia Attilae, Onegeſii aedes et balneum.*

§. 49. *Puellarum chorus Attilae aduentanti obuiam prodit, vxor Onegeſii eidem cibum offert.*

§. 50. *Romani ab Onegeſii vxore conuiuio excepti, non procul ab aedibus Attilae tentoria figunt.*

§. 51. *Priſcus Onegeſio dona traditum miſſus, in virum quendam Graecum incidens, cum eo colloquia ſerit.*

§. 52. *Priſcus munera tradit; Maximino Onegeſii aduentum ſignificare iubetur.*

§. 53. *Maximinus et Onegeſius colloquuntur.*

§. 54. *Priſcus Crecam uxorem Attilae ſalutat, eique dona exhibet.*

§. 55. *Attilas ius dicit; legatos exterarum gentium audit.*

§. 56. *Legati Romanorum Occidentalium et Orient. de ſucceſſu legationis colloquuntur.*

§. 57. *Legati occid de ſuperbia Attilae queruntur; cauſam ſuperbiae eius exponunt.*

§. 58. *Bellum olim Perſis ab Hunnis illatum; legatorum de huiusmodi bello diuerſae ſententiae.*

§. 59. *Attilas Dux Rom. exercitus.*

§. 60. *Enſis Martis tempore Attilae repertus.*

§. 61. *Attilas viros dignitate praeſtantes ad ſe legatos mitti poſtulat; ſin minus, bellum minatur.*

§. 62. *Maximinus et Priſcus Attilae nomine ad conuiuium inuitantur, deſcribitur conuiuium.*

§. 63. *Carmina poſt coenam recitantur; morio.*

§. 64. *Zerchon Mauruſius hac feſtiuitate vxorem recipere ſperat.*

§. 65. *Attilas ſemper eodem vultu; eius praecipuum erga filium natu minimum ſtudium.*

§. 66. *Maximinus, vt dimittatur, rogat; Attilas concilium procerum cogit, litteras ad imperatorem exarari iubet.*

§. 67. *Maximinus vxoris Syllae et liberorum, Ratiariae captorum, libertatem pro 500. aureis impetrat.*

§. 68. *Recan Attilae vxor Maximinum et Priſcum conuiuio excipit.*

§. 69. *Maximinus et Priſcus iterum apud Attilam coenant; factum ibi de vxore Conſtantio, ſcribae Attilae, a Theodoſio promiſſa colloquium.*

§. 70. *Legati dimittuntur, Bericho Hunno ipſis adiuncto.*

§. 71. *Exploratores et ſeruus parricida capti ab Hunnis cruci affiguntur.*

§. 72. *Ortum Berichum inter et Maximinum in itinere diſſidium.*

CAPVT VI. *Fata Bigilae inſidiarum Attilae ſtructarum conuicti; Legationes eadem de re ab Attila ad Theodoſium et a Theodoſio ad Attilam miſſae; a. C. 449, 450.*

§. 73. *Bigilas de pecunia, quam attulerat, interrogatus, et vitae filii timens, clandeſtina aperit conſilia.*

§. 74. *Filius Bigilae, qui pro libertate patris pecuniam afferret, cum Esla et Oreſte CP. mittitur.*

§. 75. *Mandata Eslae et Oreſti ab Attila data.*

§. 76. *Maximinus de vxore Conſtantio olim promiſſa ad imperatorem refert.*

§. 77. *Anatolius et Nomius de his rebus ad Attilam legati mittuntur.*

§. 78. *Attilas placatus ſe pacem ſeruaturum promittit, pecunia accepta, Bigilam et captiuos alios dimittit, Conſtantium cum legatis CP. mittit.*

§. 79. *Conſtantio nuptui datur Armatii, filii Plinthae, vidua.*

§. 80. *Senator vir conſularis a Theodoſio ad Attilam legatus mittitur.*

§. 81. *Breuis rerum geſtarum Attilae vsque ad obitum Theodoſii Aug. enarratio.*

CAPVT VII. *Res ab Hunnis tempore Marciani Aug. tam in Oriente quam in Occidente, vsque ad Attilae obitum, geſtae; ab a. C. 450—454.*

§. 82. *Attilas ad Marcianum et Valentinianum Augg. legatos mittit, ad illum de tributis, ad hunc de Honoria; fruſtra.*

§. 83. *Attilas de bello deliberans, primum in Occidentem arma mouere ſtatuit.*

§. 84. Iterum de Honoria ad Valentinianum Aug. legatos mittit; fruſtra.
§. 85. Gothi has legationes obeunt.
§. 86. Aetius, adiunctis ſibi Viſigothis duce Alarico, ad Iſtrum cum Attila congreditur proelio.
§. 87. Attilas poſt Aetii obitum vtrumque imperium vectigale habet.
§. 88. Aquileiam capit.
§. 89. Incolae Aquileia relicta, Venetias condunt.
§. 90. Leo Pontifex pro Italis legatione apud Attilam fungitur.
§. 91. Attilas tributum a Marciano poſtulat, minatur; Apollonium ad ſe ab Aug. legatum miſſum non admittit.
§. 92. Attilas bellum aduerſus Marcianum parans, dum nuptias celebrat, moritur.
§. 93. Gentes a Rom. ob acceptas ab Attila clades, in armorum ſocietatem aſcitae.

CAPVT VIII. *Res Hunnica ſub filiis Attilae; ab a. C. 457–468.*

§. 94. Legatio a filiis Attilae ad Leonem Aug. de pace, et mercatu ad Iſtrum celebrando, miſſa, irrita.
§. 95. Dengizich fratrum natu maior Romanis bellum minatur, Leo conditionibus pacis ab illo latis ſubſcribit.
§. 96. Gothi et Hunni a Romanis obſeſſi; obſidio dolo Chelchalis Hunni ſoluta.
§. 97. Dengizichi, ab Anagaſto occiſi, caput CP. mittitur.
§. 98. Oſtrogothi Hunnorum iugum excutiunt.
§. 99. Scythae in exercitu Marcellini in Sicilia ſtipendia merent.

CAPVT IX. *Hunnorum in Europaeas imperii orientalis prouincias incurſiones; ab a. C. 474–565.*

§. 100. Hunni Thraciam tempore Zenonis Aug. vaſtant.
§. 101. Hunni Vitaliani rebellis ſocii.
§. 102. Iuſtinianus intempeſtiua ſua liberalitate Hunnos allicit.
§. 103. Iteratae Hunnorum et quaſi in orbem redeuntes incurſiones.

§. 104.

§. 104. Illyricum, Thracia, Graecia, Cherſoneſus ab Hunnis &c. vaſtata.

§. 105. Hunni multis proeliis a Dagare Rom. duce fuſi.

§. 106. Aſcum Hunnus, Magiſter milit. Rom., Bulgaros vincit; capitur.

§. 107. Hunni Iſtrum traiiciunt, a ſinu Ionio ad Byzantii ſuburbia omnia vaſtant; cum praeda et captiuis incolumes redeunt.

§. 108. In Cherſoneſum Thrac. irrumpunt, freto traiecto Aſiam adeo populantur.

§. 109. Alia incurſione Illyricum, Theſſaliam, Graeciam ad Peloponneſum vsque vaſtant.

§. 110. Hunni in Illyricum irrumpunt, multos in captiuitatem abducunt.

§. 111. Iuſtinianus Antis vrbem Turrim promittit, ſi Hunnos Iſtrum traiicere prohibeant.

§. 112. Hunni Thraciam incurſant; eorum alii Byzantium, alii Theſſalonicam abeunt.

§. 113. Anaſtaſiopolis ab Hunnis capta.

§. 114. In Hunnorum exercitibus etiam feminas militarunt.

§. 115. Boſporum vrbem, ab Hunnis diu poſſeſſam, Iuſtinianus recipit.

§. 116. Iuſtinianus ob imminentes Hunnos &c. ad Iſtrum caſtella exſtruit.

§. 117. Hunnorum caſtri, ad Iſtrum ſiti, muros reficit.

§. 118. Factiones Circenſes Hunnico more veſtiuntur.

§. 119. Fuga ſimulata, Hunnis vſitatum ſtratagema.

CAPVT X. Res geſtae Vturgurorum et Cuturgurorum; ab a. C. ***—574.

SECTIO I. Vturgurorum et Cuturgurorum ſedes et migrationes.

§. 120. Hunni vltra Sagidas habitant; Vturguri, olim Cimmerii, ad Boſporum Cimmerium.

§. 121. Cimmerii in Vturguros et Cuturguros, a duobus fratribus ita dictis diuiſi.

§. 122. Adoleſcentes Cimmerii cerua duce Boſporum Cimmerium traiiciunt; Cimmerii omnes traiiciunt, Gothos antiquis ſedibus pellunt.

§. 123. *Cuturgurorum gens in antiqua Gothorum patria conſidet.*
§. 124. *Vturguri antiquas ſedes repetunt, adiunctis ſibi Gothis Tetraxitis.*
§. 125. *Cuturgurorum ſedes; regionem inter Boſporum et Cherſonem vrbes Hunni tenent.*

SECTIO II. *A Cuturguris contra Rom. ſuſcepta, auctoribus Gepaedibus, expeditio; Vturguri a Rom. in illos immiſſi; foedus Romanos inter et Cuturguros iunctum moleſtum Vturguris.*

§. 126. *Cuturguri a Gepaedibus contra Longobardos euocati, ante tempus adſunt.*
§. 127. *Gepaedes eos interim per Iſtrum in Rom. ditionem immittunt.*
§. 128. *Iuſtinianus Vturguros arceſſit.*
§. 129. *Vturguri adiunctis ſibi Gothis Tetraxitis Cuturguros, qui domi remanſerant, inuadunt; magna eorum ſtrage edita, domum redeunt.*
§. 130. *Iuſtinianus foedus cum Cuturguris iungit; eorum multis cum vxoribus et liberis in ſolo Rom. ſedes aſſignat.*
§. 131. *Vturgurorum dux hac de re queſtum legatos mittit.*
§. 132. *Cuturguri a Iuſtiniano aduerſus Ildigiſalem et Longobardos miſſi vincuntur.*

SECTIO III. *Antiquiora quaedam de Hunnorum gente; Bellum Romanis a. 32. Iuſtiniani I. a Cuturguris illatum; mutua Vturgurorum et Cuturgurorum clades.*

§. 133. *Hunnorum antiquae ſedes, tribus, migratio.*
§. 134. *Vltinzuri et Burugundi Leonis I. Aug. tempore adhuc celebres; aetate Agathiae plane ignoti.*
§. 135. *Cuturguri Iſtrum glacie obductum transgreſſi per Moeſiam et Scythiam in Thraciam irrumpunt.*
§. 136. *Zamergan eorum dux alios in Graeciam, ad Cherſoneſum Thracicam alios mittit; ipſe cum reliquis CP. petit.*
§. 137. *Iuſtiniani in Vturguros liberalitas; cauſa huius irruptionis.*
§. 138. *Inaudita Cuturgurorum in obuios quosque, ſequiorem inprimis ſexum, crudelitas.*
§. 139. *Per murum longum irrumpunt, nemine eos impediente; miſer exercitus Rom. ſtatus.*

§. 140.

§. 140. *Cuturguri ad Melantiadem vicum caſtra ponunt; ingens Romanorum pauor.*

§. 141. *Beliſarius in eos emittitur, qui ad Chetti vicum caſtra ponit.*

§. 142. *Partem copiarum in inſidiis locat.*

§. 143. *Cuturguri in inſidias delapſi, vndique premuntur.*

§. 144. *Eorum clades et fuga.*

§. 145. *Zabergan cum reliquis aegre euadit.*

§. 146. *Hoſtes, Beliſario Byzantium reuocato, lentius rurſum procedunt.*

§. 147. *Altera Cuturgurorum pars murum Cherſoneſi oppugnat, ſaepius a Romanis repelluntur.*

§. 148. *Cuturguri naues ex arundinibus conſtruunt.*

§. 149. *Viri ſexcenti nauiculas ingreſſi nauigant; Germanus Rom. dux 20. naues actuarias in inſidiis locat.*

§. 150. *Romani nauibus actuariis in claſſem arundineam inuecti; naues cum vectoribus perdunt.*

§. 151. *E muro eruptione facta, hoſtes terreſtri proelio fundunt.*

§. 152. *Cuturguri e regionibus Cherſoneſo vicinis et e Graecia ad reliquos in Thraciam reuertuntur.*

§. 153. *Zabergan a Iuſtiniano pecunia accepta domum verſus iter inſtituit.*

§. 154 *Iuſtinianus Vturguros in Cuturguros concitat.*

§. 155. *Sandiclus cum Vturguris terram Cuturgurorum vaſtat reliquos e Thracia redeuntes caedit.*

§. 156. *Oritur hinc diuturnum Cuturguros inter et Vturguros bellum, quod tandem vtriusque gentis clade finitur.*

§. 157. *Auarorum dux Cuturguros tempore Iuſtini II. in Dalmatiam immittit.*

§. 158. *Idem pecunias Vturguris et Cuturguris dari a Rom. ſolitas, ſibi pendi poſtulat.*

CAPVT XI. *Res a Saraguris, Vrogis, Hunoguris Acatiris et Cidaritis geſtae; ab a. C. 456—580.*

§. 159. *Saraguri, Vrogi et Hunoguri cum Sabiris bellum gerunt; Acatiros debellant; ad Marcianum Aug. legatos mittunt.*

§. 160. Perſae a Leone Aug. ad Portas Caſp. tuendas pecuniam, et aduerſus Cidaritas auxilia poſtulant; fruſtra.
§. 161. Saraguri et Acatiri Iberiam et Armeniam incurſant; Perſae ad bellum Cidariticum, et Portarum Caſp. cuſtodiam pecuniam aut milites poſcunt; fruſtra.
§. 162. Perozes bellum Cidariticum dolo finit, regi Cunchas muliere alia pro ſorore ſua in matrimonium data.
§. 163. Cunchas fraude cognita, iniuriam caede 300. principum Perſarum vlciſcitur, vnde nouum bellum.
§. 164. Hunni Cidaritae a Perſis debellati; vrbs eorum Balaam capta.
§. 165. Sarſelt, Hunnuguni et Sabiri Auaros aduenas muneribus placant.
§. 166. Viguri et Sabiri ab Auaris debellati.
§. 167. Onuguris vrbs Lazica ab Hunnis appellationem ſortita.
§. 168. Romanorum legati e Turcorum terra redeuntes Vgurorum ducem adeunt.
§. 169. Anagaeus Vitigurorum princeps.
§. 170. Vniguri a Turcis debellati.

CAPVT XII. *Res geſtae Hunnorum Sabirorum; ab a. C. 456—581.*

§. 171. Sabirorum ſedes.
§. 172. Sabiri ſuis ſedibus ab Auaris eiecti.
§. 173. Imp. Anaſtaſio Armeniam, Cappadociam, Galatiam, et Pontum depopulantur.
§. 174. Boarex Sabirorum regina in partes Rom. tranſit, duo alios Hunnorum reges Perſis aduerſus Romanos auxilio venientes vincit.
§. 175. Sabiri Cabadis Perſ. regis in bello cum Romanis ſocii.
§. 176. Sabiri a Gubaze Laxorum rege accerſiti a Iuſtiniano Aug. ſtipendia accipiunt.
§. 177. Sabirorum legati, dum Petra vrbs Laz. a Romis obſidetur, adueniunt.
§. 178. Hi Romanis arietem ſtructurae plane nouae excitant.
§. 179. XII. M. Sabirorum Perſis ſubſidio veniunt, eos maximam partem Mermeroes remittit.

§. 180.

§. 180. Sabiri Perſis Archaeopolin obſidentibus arietes conſtruunt.
§. 181. Choſroes Mermeroi Sabirorum ſubmittit auxilia, eorum dux ad Archaeopolin occiditur.
§. 182. Sabiri Romanorum ſocii Dilimnitas a Perſ. duce contra ſe miſſos occidione caedunt.
§. 183. Sabiri Perſarum in bello Miſimiano ſocii.
§. 184. Eorum quingenti in ſtabulo quodam a Romanis delentur.
§. 185. Sabiri Auaros aduenas muneribus placant.
§. 186. Ab Auaris euerſi.
§. 187. Romanis ſe aduerſus Perſas imp. Iuſtino II. adiungunt.
§. 188. Duces Rom. irruptione in Albaniam facta, obſides a Sabiris accipiunt; eorum regulus ſe Perſis adiungit.
§. 189. Duces Rom. iterum Albaniam ingreſſi Sabiros, ſuis excitos ſedibus, ad ripas Cyri amnis collocant.
§. 190. Sabiri Romanorum ſocii.

CAPVT XIII. *Res geſtae Hunnorum Boſporo vrbi vicinorum; ab a. C. 518–540.*

§. 191. Iuſtinus Aug. Probum Boſporum mittit, inde Hunnorum arceſſitum auxilia; re infecta ille cum paucis Hunnorum reuertitur.
§. 192. Gordas Hun. rex cum Iuſtiniano Aug. foedus iungit; religionem Chriſt. amplexus ad fines Rom. tutandos dimittitur.
§. 193. Dommum reuerſus idola deſtruit; Hunni eo occiſo, et Muagere fratre rege ſalutato, Boſporum vrbem occupant, Romano exercitu appropinquante abeunt.
§. 194. Boſporitae antea Hunnis ſubiecti, a Iuſtiniano Rom. ditioni adiuncti.

CAPVT XIV. *Res geſtae Hunnorum Ephthalitarum; ab a. C. 475–599.*

§. 195. Perozes Perſ. rex cum Hunnis Ephth. tempore Zenonis Aug. de regni finibus bello contendit.
§. 196. Ephthalitarum genus, ſedes, habitus corporis, mores.
§. 197. Perozes Ephthalitas fugientes temere ſecutus in inſidias incidit.

§. 198.

§. 198. Periculi fugam deſperans conditiones pacis, a rege Ephthalitarum latas, accipit; exercitum incolumem reducit.

§. 199. Perozes Ephthalitas perfide bello adoritur.

§. 200. Rex Ephthalitarum foſſam ducit, eamque calamis et humo obtegens Perſis inſidias ſtruit.

§. 201. Perſae Ephthalitas fugientes effuſo curſu ſecuti et in foueam delapſi vna cum rege ſuo pereunt omnes.

§. 202. Cabades Perſ. rex e carcere elapſus ad Ephthalitas confugit eorumque ope in regnum reſtituitur imp. Anaſtaſio.

§. 203. Cabades Anaſtaſium Aug. vt ſibi pecuniam, quam Ephthalitis debebat, credat, ſed fruſtra rogat; qua repulſa irritatus Cabades Romanis bellum infert.

§. 204. Ephthalitae Perſarum in bello aduerſus Rom. ſuſcepto ſocii.

§. 205. Octingenti Ephthalitae a Romanis caeſi.

§. 206. Ephthalitae a Perſis debellati.

§. 207. Sogdaitae primum Ephthalitis, deinde Turcis ſubiecti.

§. 208. Ephthalitae a Turcis ſubiugati, imp. Iuſtino II.
§. 209. — — — — — imp. Mauricio.

CAPVT XV. *Supplementa ad Hiſtoriam Hunnorum Aſiaticorum; ab a. C. 506–623.*

§. 210. Perſae bello Hunnico impediti cum Anaſtaſio Aug. inducias faciunt.

§. 211. Portae Caſpiae, vltra quas populorum Hunnicorum ſedes.

§. 212. Ab Alexandro M. exſtructae, ab Ambazuce Hunno Anaſtaſio Aug. pro certa pecunia oblatae, tandem a Perſis occupantur.

§. 213. Perſis bello Hunnico impeditis, Romani vrbem Daram condunt.

§. 214. Ziligdes H. rex Romanis contra Perſas, et Perſis contra Romanos auxilia pollicitus, his ea mittit; perfidiae conuictus vna cum ſuis a Perſis occiditur.

§. 215. Lazi olim, ne Hunni per terram ſuam in Rom. ditionem irrumperent, diligenti cuſtodia prouiderunt.

§. 216. Perſae, vt Romani Portas Caſpias vna cum ipſis cuſtodiant, poſcunt.

§. 217.

§. 217. *Sibi a Romanis quotannis pecuniam, vt Hunnis, pendi poſtulant.*

§. 218. *Perſae ſi Lazicam teneant, facile barbaros in Rom. prouincias poſſunt immittere.*

§. 219. *Hunni Perſis bellum inferunt.*

§. 220. *Opſites Abaſgorum regulus a Romanis bello petitus ad Hunnos Caucaſi accolas concedit.*

§. 221. *Conditio pacis, Perſas inter et Rom. factae, ne Perſae Hunnos per Portas Caſp. in Rom. ditionem tranſire ſinant.*

§. 222. *Baeſipolis ab Hunnis capta.*

§. 223. *Turcorum princeps Hunnos captiuos patri defuncto inferias immolat.*

§. 224. *Hunnorum rex CP. venit, vna cum proceribus ſuis baptizatur, et ab Heraclio Aug. patriciatus honore ornatus dimittitur.*

§. 225. *Heraclius proelium cum Perſis declinans in Hunnorum regionem abit.*

CAPVT XVI. *Hunni aliarum gentium in bellis ſocii; ab a. C. 533—587.*

SECTIO I. *Hunni Romanorum in bello Vandalico ſocii.*

§. 226. *Hunni ſexcenti, equites ſagittarii, ſub ducibus ſuis ad bellum Vandalicum miſſi.*

§. 227. *Hunni duo ebrii commilitonem occidunt; iuſſu Beliſarii ſupplicio afficiuntur.*

§. 228. *Beliſarius Carthaginem petens Hunnos cum aliis exercitui praeire iubet; in quos incidens Gibamundus cum Vandalis clade afficitur.*

§. 229. *Hunnorum duces, a Vandalis ad defectionem ſollicitatos, Beliſarius blanditiis et donis in officio continere nititur.*

§. 230. *Hunni inclinata Vandalorum acie, tandem et ipſi in eos irruunt.*

§. 231. *Aigan Hunnus a Mauris occiditur.*

§. 232. *Hunni decem ab exercitu Africae fuga dilapſi a Gothis Neapoli ſuſcepti.*

SECTIO II. *Hunni Romanorum in bello Gothico ſocii.*

§. 233. *Hunni ducenti Beliſarium ad bellum Gothicum ſequuntur.*

§. 234. *Hunnorum in Neapolitanos, vrbe capta, crudelitas.*

§. 235. *Zanter, Chorſoman et Aeſchman Hunni, ſtipatores Beliſarii, in Tuſciam miſſi.*

§. 236. *Recentia ex Hunnorum gente auxilia in Italiam mittuntur.*

§. 237. *Hunni equites ſagittarii peritiſſimi.*

§. 238. *Feliciſſime contra Gothos in campo Neronis rem gerunt.*

§. 239. *Chorſamantis Hunnus, protector Beliſarii, aliquoties ſolus cum Gothis proeliatus, occiditur.*

§. 240. *Buchas ſtipator Beliſarii mira fortitudine aduerſus Gothos pugnat, vulneratus ex vulnere moritur.*

§. 241. *Hunni Roma emiſſi, Gothos leuibus vexant proeliis.*

§. 242. *Vlimus Thrax et Bulgudu Hunnus Antonam ſeruant.*

§. 243. *Modica Hunnorum manus in Italiam mittitur.*

§. 244. *Oldogandonis, Peruſino praeſidio praefecti, ope Martianus Spoletio potitur.*

§. 245. *Chalazar Ruſciano caſtello praefectus, caſtello capto, a Totila occiditur.*

§. 246. *Hunnorum multi Narſetem in Italiam ſequuntur.*

§. 247. *Totilae de Hunnis Romanorum ſociis iudicium.*

§. 248. *Artabanes et Vldach Hunnus cum Rom. et Hunnico exercitu Leutharin et Francos adorti, victoria potiuntur.*

§. 249. *Ragnaris ex Hunnis Victoribus oriundus Gothorum dux, occiditur.*

SECTIO III. *Hunni nunc Romanorum, nunc Perſarum ſocii.*

§. 250. *Sunicas, Aigan, Simas et Aſcan cum 1200. equitibus dextrum et ſiniſtrum aciei Rom. ad Daram vrbem inſtructae cornu claudunt.*

§. 251. *Horum inprimis virtute victoria potiuntur Romani.*

§. 252, 253. *Hunni Perſis auxilio venientes, cum hos non offendunt, domum redeunt.*

§. 254. *Choſroes Iuſtinianum pacem violaſſe contendit, litteris ad Hunnos de irruptione in Perſium facienda datis.*

§. 255. *Hunni in exercitu Perſarum, Edeſſam oppugnantium, militant.*

§. 256. —— *a Rom. duce Edeſſa emiſſi multos Perſarum occidunt.*

§. 257. *Elminzur Hunnus dux Rom. in bello Miſimiano Archaeopolin vrbem Lazicam capit.*

§. 258. *Apſich Hunnus tempore Mauricii in caſtris Rom. militat.*

HVNNICORVM

CAPVT I.

Antiquiora quaedam et incerta de Hunnorum gente.

§. 1.

INTER gentes a Iapheto ortas etiam numerantur [a]) Hunni. 1.

§. 2.

a. ante C. N. 1036 [a]).

AEGYPTI rex Seſoſtris — coacto de tota natione ſua exercitu — 2.
adſumtisque belli ſociis ex Vnnorum gente, quam muneribus ſibi totam adiunxerat, terram vniuerſam, Aſiam maxime, percurrit: et omnes vt tributa ſibi penderent, vi coëgit. — Vnnis autem Aſſyriorum regionem dono dedit, et *pro Vnnis ſiue Scythis Parthos* appellauit.

§. 3.

Imp. CARO.

a. C. 284. [b])

Imp. CARO.

QVIDAM Carum imperatorem in expeditione Hunnica occiſum [c]) ferunt. 3.

 §. 4.

a) CHRONICON PASCHALE: *Venni* [Ο'υεννοι]. CEDRENVS: *Vnni.* [ita interpres: in graeco legitur: Ο'υεϱνοι].

1. GEORGIVS SYNCELLVS p. 50. Chronicon Paſchale p. 27. Cedrenus T. I. p. 14.
2. CONSTANTINVS MANASSES in Compendio Chronico p 12.

a) Initium imperii Seſoſtris ſecundum alios.

3. ZONARAS T. I. p. 638.

b) Hoc anno Carum Aug. obiiſſe docent alii.

c) Hanc inter alias de morte Cari opiniones adfert Zonaras.

Imp. CON-ſTANTIO.

§. 4.

Imp. CONSTANTIO.

a. C. 337—361. d)

4. CONSTANTII imperatoris temporibus, praefecto in Thracia Valerio—tres ſolidae ex argento fabricatae ſunt repertae ſtatuae, ſpecie barbarica ſitae, et vtroque brachio anſato, veſte praeterea variegata barbarico ritu indutae, et comam capite geſtantes, atque in ſeptentrionem, quae eſt barbarorum regio, conuerſae. Quae ſimulatque ſtatuae ſublatae ſunt, paucos poſt dies Gotthorum primum gens vniuerſam incurrit Thraciam, futuraeque poſt paulo erant Hunnorum ac Sarmatarum incurſiones in Illyricum et ipſam Thraciam.

CAPVT II.

Gothi ab Hunnis debellati; res geſtae Balameris, Donati et Charatonis, regum Hunnorum;

ab a. C. 377 ? — 387.

§. 5.

Imp. VALENTE.

a. 2. a) Valentis.

a. C. 377.

5. β) SCYTHAE victi et ab Hunnis caeſi et eorum magno numero ad internecionem vſque deleto, (omnes enim qui comprehendi

β) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Hoc anno* [v. marg.] *Gotthi ab Hunnis bello ſuperati, ab imp. Valente per Euphilam* [*Hulfi-*

4) OLYMPIODORVS T. I. Corp. Byz. Eclog. hiſt. de rebus Byzantinis p. 9. 10. cfr *Gothica* §. 50.

d) Sunt anni imperii Conſtantii.

5. EVNAPIVS T. I. Corp. Byz. in Excerptis de Legationibus p. 19. Theophanes p. 55. Anaſtaſius Bibliothecarius p. 33. Chronicon Paſchale, in ſelectis ad illuſtrationem Chr. Paſch. p. 448.

a) Quo ſcilicet poſt Valentiniani obitum ſolus imperauit. Cfr etiam *Annales Veteres Hunnorum* &c. Georgii Pray. p. 63, 64. et *Gothica* §. 19. 22.

Imp. VALENTE.

a. C. 377.

hendi potuerunt cum mulieribus et eorum filiis interempti ſunt, cum nullus crudelitatis et caedium eſſet modus) in magnam multitudinem coaluerunt, et non minus quam hominum ducenta millia, qui ad bellum apti, et aetate florentes erant, vt fugerent conuenerunt, et a Valente Romanorum imperatore ſuſcepti per Romanas prouincias diſtributi ſunt b).

§. 6.

Imp. GRATIANO.

Imp. GRATIANO.

a. C. 380.

6. CVM BALAMERVS Scytha c) foedera violaret, et Romanorum regiones depopularetur, et multas vrbes euerteret, Romani ad eum legatos miſerunt, qui de pace violata quererentur. Et vt deinceps a vexanda incurſionibus Romanorum regione abſtineret, decem et nouem auri libras illi quotannis ſolui conſtituerunt. Dicebat enim ſuae gentis multitudinem, rerum neceſſariarum inopia ad bellum inſurrexiſſe.

Sub
Valentiniano II.
nulla ſit Hunnorum mentio.

am Anaſt.] *Epiſcopum ſuum, — auxilium expoſcunt.* CHRONICON PASCHALE: *Valente Aug. quinto et Valentiniano coſſ. victi et expulſi ſunt Gotthi a gente Hunnorum et ſuſcepti ſunt in Romania pro miſericordia iuſſu Valentis Auguſti a. C. 376.*

b) Quem hic excerptum dedi, integrum vide locum *Gothicorum* §. 22.

6. PRISCVS in Excerptis de legationibus, p. 74.

c) Quae hic de Balamere Scytha Priſcus refert, de Balambere (Balamirem Iornandes vocat) Hunnorum rege intelligenda eſſe autumat. Pray in Annalibus Hunnorum p. 72. Sed temporis ratio pro Valamere Oſtrogothorum rege (de quo v. *Gothicis* §. 79.) pugnare videtur. Res enim a Priſco narratae intra Theodoſii II., Marciani et Leonis imperia continentur. Et haec noſtra ad Leonis tempora referenda eſſe arbitror, cum quae praecedunt et ſequuntur, ſub hoc imperatore geſta ſint. Hoc argumento non facile vterer, cum ordo horum excerptorum etiam in reliquis ſit perturbatiſſimus, ſi Priſci hiſtoria ad Gratiani tempora (ad quae illa Pray referenda putat) aſcenderet.

§. 7.

Imp. THEODOSIO I.

Imp. THEODOSIO I. M.

a. C. 382. *d)*

7. SVB Theodoſio, primis eius imperii annis Scytharum gens ſedibus ſuis excita, et ab Hunnis expulſa, vna cum ſuarum tribuum ducibus et aliis, qui genere et nobilitate praeſtabant, traiecerunt *e)* —.

§. 8.

a. C. 387. *f)*

8. REFERT *g)* item [Olympiodorus] de DONATO et Hunnis; deque regum eorum ſagittandi peritia: ſe ipſum ad illos et Donatum oratorem miſſum, ſcriptor ait, multisque maris erroribus periculisque iactatum, tragice narrat. Donatum quoque iureiurando circumuentum contra fas iugulatum eſſe: et CHARATONEM, inter reges primum, ob caedem ira incenſum, imperatoris donis rurſum mitigatum placatumque fuiſſe.

Sub

7. EVNAPIVS p. 21. ibidem paulo ſuperius Scytharum (Gothorum) rebellionem referens, ait: *Cauſa quaeſita erat, quia aeque conſtitutum fuerat, neque Hunnorum nomen Scythas, neque Romanos Scytharum ferre.* cfr. *Gothica* §. 24.

d) vid. *Gothica* §. 28.

e) reliqua vid. in *Gothicis* l. c. et alia quaedam his praemittenda ibid. §. 27. not.

8. OLYMPIODORVS p. 7.

f) Pray in Annal. Hunnorum p. 81. Annum, ait, aditi a Charatone regni — fuiſſe verſimiliter exiſtimo CCCLXXXVII. quod interitum Maximi, cuius iſtic Olympiodorus meminit, et poſt Charatonis mentionem locat, anno huius ſeculi LXXXVIII. euenit [ad annum 10. imperii Theodoſii M. illum refert Theophanes p. 60.]: niſi forte commentarios ſuos laudatus ſcriptor confuſo rerum ordine tractarit, vt videtur Tillemontius T. VII. Hiſt. Impp. innuere, qui Charatonem ad annum CCCCXV. reiicit. [Hambergerus in libro zuverläßige Nachrichten von den vornehmſten Schriftſtellern T. III. p. 94. Olympiodorum hanc ad Donatum legationem a. C. 412. obiiſſe docet.] Phil. Labbe in Nott. ad Olympiod. p. 95. „Parum, inquit, lucis affulget iis, quae de Charatone primario Hunnorum rege et de Donato &c. Hiſtoricus ſubiicit. Certe vix eius ex narratione elici poteſt, cuias fuerit Donatus ille, aut quis fuerit imperator, a quo ad barbaros miſſus ſit."

g) Verba ſunt Photii, ex cuius Bibliotheca haec excerpta deſumta ſunt.

Sub
Arcadio
nulla ſit Hunnorum mentio.

CAPVT III.

Res ab Hunnis, ducibus Rua, Attila et Bleda vsque ad Bledae obitum geſtae.

ab a. C. 434 — 444.

§. 9.

Imp. THEODOSIO II.

a. C. 434 a).

Imp. THEODOSIO II.

CVM ROVA, Humorum rex, ſtatuiſſet, cum *Amaldſuris*, *Ithamaris*, *Tancaſſiis*, *Boiſcis* b), caeteriſque gentibus, quae Iſtrum accolunt, quod ad armorum ſocietatem cum Romanis iungendam con- 9.

9. PRISCVS p. 47.

a) Ad hunc annum legationem iſtam affigit Pray p. 104. vbi, Conſulatus, inquit, Plinthae in an. 414. [ſecundum alios 419.] Dionyſii vero in 29. incidit: itaque cum poſt geſtum conſulatum illis legatio decreta ſit, conſectaneum eſt, legationem non ante a. 429. ad Ruam Hunnorum regem decretam eſſe.

b) gr. Ἀμιλζούροις, Ἰτιμάροις, Τουνσούροις, Βοΐσκοις. Harum gentium nomina paulo aliter refert Iornandes de rebus Get. c. 24. *Ingentem illam paludem transiere* [Hunni], *ilico Alipzuros*, *Aladzuros*, *Itamaros*, *Tuncaſſos et Boiſcos — rapuere.* cfr. et Pray p. 66.

confugiſſent, bello decertare; *Eſlam* [c]), componendis Romanorum controuerſiis adhiberi ſolitum, miſit, qui Romanis denuntiaret, ſe a foedere, quod ſibi cum illis eſſet, receſſurum, niſi omnes [Scythas [d])], qui ad eos ſe contuliſſent, redderent.

Romanis vero conſilium de mittendis ad Hunnos legatis capientibus, Plinthas et Dionyſius, hic ex Thracia, ille ex Scythia oriundus, ambo exercituum duces, et qui conſulatus dignitatem apud Romanos geſſerant, hanc legationem obire voluerunt. Vt vero viſum eſt, non ante legatos proficiſci, quam Eslas ad Rouam rediiſſet; Plinthas vna cum Esla miſit Singulachum [e]), vnum ex ſuis neceſſariis, qui Rouae in animum induceret, cum nullo alio Romanorum quam cum ipſo colloquium inire.

§. 10.

Cum autem, Roua mortuo, Hunnorum regnum ad ATTILAM [f]) perueniſſet; ſenatus decreuit, Plintham legationem ad Attilam exequi. Quo ſenatus conſulto imperatoris ſuffragio comprobato, Plintham cupido inceſſit, Epigenem, qui ſapientiae laude celebris erat, et quaeſturae dignitatem obtinebat, ſocium legationis ſibi adſciſcere. Qua de re lato quoque ſuffragio, ambo in eam legationem profecti ſunt, et Margum [g]) peruenerunt. Eſt autem Margus vrbs in Illyrico Myſorum [h]) ad Iſtrum ſita ex aduerſo Conſtantiae arcis, ad alteram fluminis ripam collocatae. In hanc vrbem a rege et Scythis delecti [i]), extra ciuitatem equis inſidentes, nec enim barbaris de plano verba facere placuit, conuenerunt. Neque vero non ſuae dignitatis rationem legati Romani habuerunt, et

c) Εισλαν. ita etiam infra hoc nomen ſcribitur.

d) Supplet hanc vocem interpres.

e) Σηγγιλαχον.

f) Αττηλαν, ita et alibi Priſcus.

g) Adnotat ad h. l. Pray p. 106. Eutropius, Euſebius et Iulianus in Encomio Conſtantii Murgum vocant. Accepit autem hoc loco Priſcus Illyricum orientis, in quo Moeſia et Thracia fuere: nam alterum Illyricum occidentis fuit, vt fuſius videri poteſt in Notitia imperii. vide et Cantoclari Notas. p. 193.

h) Textus gr. habet: ἐν Ιλλυρια Βυσων. Cantoclarus p. 194. vide, num ἐν Ιλλυρια Μυσων.

i) Forte: *a rege et Scythis delecti*, graeca enim ſic habent: εἰς ἣν και οἱ βασιλειοι συνησαν Σκυθαις. ad quam legati imperatoris cum Scythis congreſſi ſunt.

et ab hac vſurpatione, eodem quoque apparatu, in Scytharum conſpectum venerunt; ne ſibi peditibus cum equitibus diſſerendum foret.

§. 11.

Itaque placuit: I. Profugos omnes, etiam qui multo ante 10
profugerant, vna cum captiuis Romanis, qui non ſoluto redemtionis pretio ad ſua redierant, dedi: aut pro vnoquoque captiuo Romano his, qui eum bello ceperant, octo aureos dari: II. Romanos belli ſocietatem cum barbara gente, quae bellum cum Hunnis gerat, non facere k): III. Conuentus ad mercatus paribus legibus celebrari, et in tuto Romanos et Hunnos eſſe: IV. Vt foedera rata maneant et obſeruentur, vnoquoque anno ſeptingentas auri libras, tributi nomine, Scytharum regibus a Romanis pendi l) cum antea tributum annuum non fuiſſet niſi trecentarum quinquaginta librarum. His conditionibus pacem Romani et Hunni pepigerunt, qua, iureiurando ritu patrio vtrinque praeſtito, confirmata, vtrique ad ſua redierunt.

§. 12.

Itaque qui ex barbaris ad Romanos transierant, redditi ſunt, de quorum numero filii *Mama* et *Attacam* m), ex regio genere, quos Scythae ſuſcipientes in Carſo Thraciae caſtello crucis ſupplicio affecerunt, et hanc ab his fugae poenam exegerunt.

§. 13.

n) PACE cum Romanis facta, Attilas et BLEDA o) ad ſubigendas gentes Scythicas profecti ſunt, et contra p) Sorosgos bellum communibus viribus mouerunt.

§. 14.

10. PRISCVS p. 48.

k) ἐθνει δε βαρβαρῳ μη συμμαχειν Ρωμαιυς, προς Ο'υννους αἰρομενυς πολεμον.

l) Φυλαττεθαι δε και διαμενειν τας συνθηκας ἑπτακοσιων λιτρων χρύσιυ ἐτυς ἑκαςου τελυμενων παρα Ρωμαιων τοις βασιλειοις Σκύθαις.

m) Ατακαμ.

n) Haec praecedentibus immediate apud Priſcum ſubiunguntur; ſed Pray p. 113. ea ſeparanda et ad a. C. 444. referenda putat.

o) Ὁι. δε περι Αττηλαν και Βληδαν.

p) Cantoclarus in Notis ad h. l. p. 200. vide, inquit, num Sogdros.

Imp. THEODOSIO II.

§. 14.

a. C. 438. q)

11. Scythae, quo tempore mercatus r) Scytharum et Romanorum frequenti multitudine celebrabatur, Romanos cum exercitu ſunt adorti, et multos occiderunt. Romani ad Scythas miſerunt, qui de praeſidii expugnatione et foederum contemtu cum eis expoſtularent. Hi vero, ſe non vltro bellum inferentes, ſed factas vlciſcentes iniurias haec feciſſe reſponderunt. Margi enim epiſcopum in ſuos fines transgreſſum regum ſuorum loculos et reconditos theſauros indagatum expilaſſe. Hunc niſi dederent, vna cum transfugis, vt foederibus conuenerat, (eſſe enim apud eos plures) bellum illaturos.

§. 15.

Quae cum Romani vera eſſe negarent, barbari vero in eorum, quae dicebant, fide perſtarent, iudicium quidem de his, quae in contentione erant poſita, ſubire minime voluerunt, ſed ad bellum conuerſi ſunt. Itaque transmiſſo Iſtro, oppidis et caſtellis ad ripam ſitis plurima damna intulerunt, et inter caetera Viminacium ſ), quae Myſorum vrbs eſt in Illyrico, ceperunt.

§. 16.

His geſtis cum multi in ſermonibus dictitarent, epiſcopum dedi oportere, ne vnius hominis cauſa vniuerſa Romanorum resp.
12. belli periculum ſuſtineret; ille ſe deditum iri ſuſpicatus, clam omnibus ciuitatem incolentibus, ad hoſtem effugit, et vrbem traditurum, ſi

11. PRISCVS p. 33.

q) Ad hunc annum ſequentia affigit Pray p. 108.

r) πανηγυϱεως. „Mercatus, inquit Cantoclarus in Notis, antiquo foedere inter Romanos et Scythas cautum erat, vt Romani certo tempore ad ripam Iſtri haberent, vnde Scythis deſumendi ea, quae ſibi opus eſſent, facultas eſſet: hos mercatus πανηγυϱεις vocat„.

ſ) „Viminacium quoque (ait Cantoclarus in Notis) oppidum ad Danubium in Myſia inferiore. — Multa extant impp. reſcripta Viminacii data I. 16. de furtis et ſer. C. I. 24. C. de fideic. l. 14. C. ad legem Fal. Poſteriores fere imperatores in Pannoniis frequenter erant, nonnulli etiam in illis orti„.

12. PRISCVS p. 34.

a. C. 438.

ſi ſibi Scytharum reges liberalitate ſua conſulerent t), pollicitus eſt. Ad ea cum beneficium omni ratione compenſuros, promitterent, ſi rem ad exitum perduceret, datis dexteris, et dictis iureiurando vtrinque praeſtito firmatis, (epiſcopus) cum magna barbarorum multitudine in fines Romanorum reuerſus eſt. Eam multitudinem cum ex aduerſo ripae in inſidiis collocaſſet, nocte, dato ſigno, exiliit, et vrbem inimicorum ditionis poteſtatisque fecit. Et ab eo tempore barbarorum res in diem auctiores melioresque fuerunt.

a. 34. Imp. Theodoſii II.

§. 17.

a. C. 442.

OLYMPIADIS 304. anno ſecundo, indict. 10. anno 34. imperii Theodoſii, Eudocio et Dioſcoro coſſ. traiecerunt Hunni, et Illyricum vaſtarunt Attilas et Blidas v). 13.

§. 18.

a. C. 443. x)

POST Cherſoneníem pugnam Romani cum Hunnis pacem per Anatolium legatum fecerunt, et in has conditiones conuenerunt. 14. I. Profugos Hunnis reddi. II. Sexies mille auri libras pro praeteritis ſtipendiis ſolui. III. Duo millia et centum in poſterum ſingulis annis tributi nomine pendi. IV. Pro vnoquoque captiuo Romano, qui in Romanorum fines, non ſoluto redemtionis pretio, euaſiſſet, duodecim aureorum mulctam inferri. Quae ſi non ſolueretur, qui captiuum recepiſſet, reſtituere debere. V. Romanos neminem e barbaris ad ſe confugientem admittere.

t) Ε'ιγε ἐπιεικες τι οἱ των Σκυθων βυλευσαιντο βασιλεις.

13. CHRONICON PASCHALE p. 315.

v) Du Freſne in Notis ad h. l. p. 574. „ De vtroque, inquit, Proſper a. CDXLIV. Marcellinus Comes a. CDXLIII. Iornandes cap. XXXV. &c. Sic. porro Attiſae nomen effertur etiam apud Procopium, Euagrium et alios, qui Attila in numo a nobis deſcripto in Famil. Byz. apud Priſcum Αττηλα; apud Proſperum Athila et Athela indigitatur „.

14. PRISCVS p. 34. 35.

x) Ad hunc annum ſequentia refert Pray p. 111. et pugnam Cherſoneníem ipſam ad a. C. 442. affigit.

Imp. Theo-dosio II.

a. C. 443.

In has quidem foederum leges Romani ſponte conſenſiſſe videri volebant; ſed certe, neceſſitate coacti. ſuperante enim metu, qui Romanorum ducum mentes occupauerat, quamtumuis duras et iniquas conditiones ſibi impoſitas, quo pacis conſequendae ſtudio tenebantur, lubentibus animis ſuſceperunt. Imo et tributi collationi ceſſerunt, quod illis fuit grauiſſimum, et maxime moleſtum: regii enim theſauri et priuatorum facultates in abſurda ſpectacula, in vanos honorum ambitus, et titulos, delicias et voluptates conſumtae fuerant, tam profuſis ſumtibus, vt eos nemo ſanae mentis, vel in maxime affluentibus diuitiarum copiis ſuſtineret, aut toleraret. Praeterea armorum et rei militaris ſtudium neglexerant, vt non ſolum Scythis, ſed reliquis barbaris, qui proximas imperii Romani regiones incolebant, quoad tributorum penſitationem parerent.

§. 19.

Itaque tributa et pecunias, quas ad Hunnos deferri oportebat, quibus exactio mandata erat, omnes conferre coegerunt, nulla etiam eorum immunitatis habita ratione, qui terrae onere tanquam nimis graui ad tempus, ſiue imperatorum benignitate, ſiue iudicum ſententia, leuati erant y). Conferebant etiam aurum indictum, qui altius repetita temporum memoria in ſenatum adſcripti fuerant, vltra quam facultates ferre poterant, et multis ſplendida, et illuſtris fortuna vitae commutationem attulit. Conficiebantur enim illae pecuniae cum acerbitate et contumelia pro arbitrio, et vt ſcripto quemque adnotauerant, quibus huius rei cura ab imperatore erat demandata. Ex quo, qui antiquas, et a maioribus acceptas diuitias poſſidebant, mundum vxorum, et pretioſam ſupellectilem in foro palam et publice venum exponebant. Ab hoc bello tam atrox et acerba calamitas Romanos excepit, vt multi ſibi violentas manus attulerint, aut aptato collo laqueo vitam finierint.

Tunc igitur paruo temporis momento recluſis et effuſis theſauris, aurum et exules, nam *Scotta*, qui ſuſciperet, aduenerat, ad

y) Τȣς κατα χρονον τινα την βαρυτατην κȣφισθεντας της γης ἀποτιμησιν ἐιτε δικαςων κρισει ἐιτε βασιλεων φιλοτιμιαις.

ad Scythas miſſi ſunt. Romani vero multos e profugis, qui dedi reluctabantur, trucidarunt, inter quos et praefectum Scytharum regii generis z), qui militare ſub Attila renuerant, et Romanis ſe adiunxerant.

§. 20.

His quoque pacis conditionibus exequendis Attilas operam nauauit, et Aſimuntios interpellauit, vt captiuos, quos penes ſe habebant, ſiue Romanos ſiue barbaros, redderent.

Eſt autem Aſimus a) oppidum validum, non multum ab Illyrico diſtans, quod parti Thraciae adiacet, cuius incolae grauibus damnis inimicos affecerant. Non illi quidem ſe murorum ambitu tuebantur, ſed extra propugnacula manus conſerebant, contra infinitam Scytharum multitudinem et duces magni apud eos nominis et exiſtimationis. Itaque Hunni dilabi, et oppido quam longiſſime recedere. Palantibus enim Scythis et a ſuis longius aberrantibus, ſi quando, eos exiſſe et praedas ex Romanis egiſſe, exploratores nunciabant, inopinantibus aderant, et parta ab eis ſpolia ſibi vindicabant. Et illi quidem ab hoſtibus mutiltudine vincebantur, 15.
ſed robore et virtute praeſtantiores erant. Itaque Aſimuntii plurimos ex Scythis in hoc bello necauerunt, et multos Romanorum in libertatem aſſeruerunt, nec ideo minus transfugas recipere deſtiterunt.

Quamobrem Attilas, ſe exercitum non ante deportaturum, aut foederis conditiones ratas habiturum, profeſſus eſt, quam capti-

 ui

z) τον βασιλικων υπαρχον Σκυθων.

a) Cantoclarus in notis ad h. l. p. 193. „Locus, inquit, eſt corruptus. Duo oppida a Ptolomaeo, Antonino, Ammiano et auctore Notit. Prouinc. imp. Rom. recenſentur in Pannonia inferiore ad Danubium. Prius eſt Acuminicum, quod et Acumnicum. De eo Ammianus lib. XIX. Secundum eſt Acinthus, de quo Ammianus l. XXXI. et Sidonius in Panegyrico ad Maiorianum: — *Qua Martia pollet Acinthus.* Itaque cum nullum oppidum ſit in Pannoniis, quod Aſemus vocetur, hic legendum eſſe exiſtimo Ακινθος et Ακινθιοι aut Ακιμυκους et Ακιμυνται. Prius tamen malim. Cum enim Sidonius, *Martiam* Acinthum vocet, qui erat horum temporum aequalis, adducor, vt exiſtimem, alludere ad ea, quae hic narrantur„.

15. PRISCVS. p. 36.

Imp. THEODOSIO II.

a. C. 443.

ni Romani, qui ad Aſimuntios perueniſſent, redderentur, aut pro his mulcta conuenta ſolueretur, et liberarentur in ſeruitutem abducti barbari. Quae contra ea diſſereret, non habebat Anatolius legatus, neque Theodulus, praeſidiariorum Thraciae militum dux et praefectus. Nec enim Aſimuntii illorum mandatis obſequebantur, quantumuis rationi conſentanea ob oculos ponerentur.

§. 21.

Barbarus autem recenti victoria elatus, et ferus, promte ad arma ferebatur: Romani contra, propter recens acceptam cladem, animis ceciderunt. Nihilominus tamen Aſimuntiis per litteras ſignificarunt, vt Romanos captiuos quoscunque nacti eſſent, reſtituerent, aut pro vnoquoque captiuo duodecim aureos penderent; et Hunnos captiuos liberarent. Quibus litteris lectis, Romanos, qui ad ſe confugiſſent, liberos abire iuſſiſſe, Scythas vero, quotquot in eorum manus veniſſent, trucidaſſe reſponderunt. Duos tantum captiuos habere, propterea quod hoſtes, dum in obſidione fuerunt, in inſidiis collocati nonnullos ex iuuenibus, qui ante munitiones greges paſcebant, rapuerunt, quos niſi reciperent, captiuos, iure belli ſibi acquiſitos, minime reſtituturos.

Haec nuntiarunt, qui ab Aſimuntiis venerunt. Quibus auditis, Scytharum regi [b]) et Romanis principibus placuit, exquiri iuuenes, quos Aſimuntii captos eſſe querebantur. Sed nemine reperto, barbari, ab Aſimuntiis capti, ſunt dimiſſi, prius tamen fide a Scythis accepta, nullos Aſimuntios captiuitati mancipatos penes ſe habere. Iurauerunt etiam Aſimuntii, Romanos, qui ad ſe effugiſſent, libertate donatos, quamuis adhuc multos in ſua poteſtate haberent. Nec enim ſibi peieraſſe videbantur, modo ſuos a barbarorum ſeruitute ſaluos et incolumes praeſtarent.

§. 22.

a. C. 444. [c])

16. PACE facta, Attilas rurſus legatos ad Romanos orientales miſit, qui transfugas repeterent. At illi legatos perquam humaniter

b) Τῳ Σκυθων βασιλει. 16. PRISCVS p. 36. 37.

c) Hunc annum habet Pray p. 143. ad eumque praeterea refert ex-

ter exceperunt, et plurimis donis ornatos, cum nullos perfugas apud ſe eſſe aſſeueraſſent, dimiſerunt.

Miſit et iterum Attilas alios legatos: quibus quoque amplis muneribus ditatis, tertia ab eo, poſt illam itidem quarta legatio aduenit. Ille enim Romanorum liberalitatem, qua vtebantur, veriti, ne a foederibus barbari recederent, ludibrio habens, nouas ſubinde cauſas fingebat, et vanas occaſiones legatorum mittendorum excogitabat, et ad ſuos neceſſarios, quos liberalitate complecti volebat, eas legationes deferebat.

§. 23.

Romani vero in omnibus Attilae dicto audientes erant, et quae praecipiebat, domini iuſſa ducebant. Non ſolum enim a bello contra eum ſuſcipiendo eorum rationes abhorrebant, ſed et Parthos, qui bellum apparabant, et Vandalos, qui maritimas oras vexabant, et Iſauros, qui praedis et rapinis graſſabantur, et Saracenos, qui regiones ad orientem excurſionibus vaſtabant metuebant. Praeterea gentes Aethiopum in armis erant, et defectionis conſilia agitabant. Itaque Romani animis fracti Attilam colebant, tantiſper, dum exercitus comparabant, et duces ſortiebantur.

peditionem in Soroſgos ſuſceptam [de qua vide §. 13.] et Martis gladium repertum. [de quo v. infra §. 60.]

Ad praeſentem annum, Pray inquit, repetitas has legationes conſignari debere, ipſius Priſci auctoritate moueor, qui inter reliquas cauſas, cur Romani Attilae imperata tam promte facerent, illam quoque refert, quod rebus ſuis in Africa a Vandalis, oras maritimas incurſantibus, metuerent. Conſtat autem ex Caſſiodoro in chronico ad conſulatum Dioſcori et Eudoxii, Africam inter Vandalos et Romanos anno ſeculi huius XLII. pactis foederibus diuiſam fuiſſe, quam hoc anno, — ſaepe infeſtarint.

CAPVT

CAPVT IV.

Bellum Romanis ab Attila illatum; Acatziri, gens Hunnica, ab eodem ſubacti;

ab a. C. 446—448.

Imp. THEODOSIO II.

§. 24.

a. C. 446. [a]

17. SVB Theodoſio Iuniore imperatore Attilas Hunnorum rex [b]) delectum ex ſuis habuit et litteras ad imperatorem ſcripſit de exulibus [c]) et de tributis. Exules vt quicunque occaſione huius belli redditi non eſſent [d]) quam citiſſime ad ſe remitterentur. Quantum ad tributa, vt eorum proximae deſcriptionis gratia legati mitterentur, ne, ſi cunctarentur, Scythae in bellum prorumperent. Nec enim iam, etiamſi velit, in ſua poteſtate eſſe, Scytharum multitudinem diutius continere.

His litteris lectis, imperator, nequaquam eos ex Scythis, qui ad ſe confugiſſent, traditurum dixit. Sed vna cum illis in animo ſibi eſſe, belli euentum expectare. Caeterum ſe legatos miſſurum, controuerſias diremturos. Ea ſicuti Romani decreuerant vbi Attilas reſciuit, ira commotus, Romanorum fines vaſtauit, et caſtellis quibusdam dirutis, in Ratiariam, vrbem magnam et populi multitudine abundantem, irruptionem fecit.

§. 25.

17. PRISCVS p. 34.

a) Cf. Pray Annales Hunnorum p. 117. Apud Priſcum haec iis, quae §. 16. attuli, ſubiunguntur.

b) ὁ των Ουννων βασιλευς.

c) περι φυγαδων.

d) ὁσοι προφασει τϰδε τϰ πολεμϰ ὀυκ ἐδιδοντο.

§. 25.

a. C. 448.

Ea gens [Acatziri [e]] eſt Scythica, quae in poteſtatem Attilae hac de cauſa venit. In eam gentem plures, per tribus et generationes, imperium exercebant, quos imperator Theodoſius, firmata inter eos concordia, ab Attilae ſocietate ad colendam cum Romanis pacem et ſocietatem muneribus traduxerat. Qui ea munera attulerat, pro cuiusque gentis merito et gradu minime diſtribuerat. Curidachus [f] enim ſecundo loco acceperat, qui, regum antiquior, primus accipere debuerat. Ille, tanquam contemtus et ſibi debitis praemiis fruſtratus, Attilam ad correges in iudicium vocauerat [g]. Is nihil cunctatus, magno exercitu emiſſo, regum alios ſuſtulit, alios ad deditionem compulit. Deinde Curidachum ad ſe vocat, tanquam illi victoriam, et quae ex victoria conſecutus fuerat, communicaturus. Sed dolum et inſidias ſuſpicatus, difficile et graue eſſe homini reſpondit, in Dei conſpectum venire. Si enim immotis oculis ſolis orbem intueri nemo poteſt, quomodo quis ſine ſenſu doloris cum Deorum maximo congrediatur? Atque ita Curidachus regnum ſuaque omnia ſalua ſibi et integra conſeruauit, et reliqua omnis Catiſorum [h] regio in ius ditionemque Attilae conceſſit. Ei genti cum ſeniorem ex filiis [i] regem Attilas conſtituere decreuiſſet, ad hanc rem conficiendam *Onegeſium* [k] miſerat. 18.

CAPVT

18. Priscus p. 55. Qui hanc in Acatziros ſuſceptam expeditionem alieno loco refert, et iis, infra quae §. 43. adfero, ſubiungit. Pray eam ad annum ſupraſcriptum affigit p. 121.

e) Cantoclarus in Notis ad h. l. p. 195. „Hunni, inquit, Acatiri ſunt apud Suidam in verbo *Abares*: ſed Ἀχτιροι eſt in Cod. Graeco. Iordanes Agazziros vel Acatiziros vocat, quem vide„. Valeſius in Notis ad eundem locum, p. 206. ita: Ἀκατιζίρων ἔθνος vel Ἀκατζιρων; infra Κατζιρων ſcribitur truncate. At p. 59. 60. dicuntur Ἀκατιροι; ſed Iord. in hiſt. Goth. Acatziros vocat. ſic enim habent Mſſ. Palatini, quos Gruterus inſpexit. Gens eſt Scythica teſte Priſco. [plura de iis vide infra §. 159. 161.]

f) Κουρίδαχος.

g) ἐπικαλέσασθαι τὸν Ἀττήλαν κατὰ τῶν συμβασιλευόντων.

h) Κατζίρων.

i) Ellaco nomen fuiſſe docet Pray p. 121. vid. Iornandem de Reb. Get. cap. 50.

k) Ὀνηγήσιον. eum interpres fere ſemper Oneſegium vocat.

CAPVT V.

Legationes ab Attila ad Theodoſium, et ab hoc ad Attilam miſſae;

a. C. 448, 449.

SECTIO I.

Legatio Attilae ad Theodoſium; ſtructae vitae Attilae a Chryſaphio eunucho per Edeconem et Bigilam inſidiae.

§ 26.

a. C. 448. a)

19. EDECON b) vir Scytha, qui maximas res in bello geſſerat, venit iterum legatus cum Oreſte. Hic genere Romanus Paeoniam, regionem ad Saum ſitam, incolebat, quae ex foedere inito cum Aetio, Romanorum occidentalium duce, barbaro parebat.

Itaque *Edecon* in palatium admiſſus, imperatori litteras Attilae reddidit, in quibus I. de transfugis non redditis querebatur, qui niſi redderentur, et II. Romani a colenda terra abſtinerent, quam bello captam, ſuae ditioni adiecerat, ad arma iturum minabatur.

19. PRISCVS p. 37.

a) Hoc adhuc anno hanc legationem miſſam docet Pray p. 122.

b) Ἐδήκων. Pray p. 122. Nominis, inquit, huius etymologiam Otrocotſius Part. II. Orig. Hungar. cap. XII. ita explicat: De Edecone apud Priſcum hoc tantum dico: poterat forte nomen illud Edek eſſe, vel potius Idegen ſignificat alienum, vel Hegedüs, ſiue iuxta vulgum Hegyüs, hoc eſt, *Fidicen*.

batur. Ea vero ſecundum Iſtrum a Paeonibus ad Nouas [c]) vsque Thraciae in longitudinem extendebatur. Latitudo autem erat quindecim [d]) dierum itinere. Neque III. forum celebrari, vt olim, ad ripam Iſtri, ſed in Naiſſo, quam vrbem, a ſe captam et dirutam, quinque dierum itinere expedito homini ab Iſtro diſtantem, Scytharum et ditionis [Romanorum] limitem conſtituebat [e]). IV. legatos quoque ad ſe venire iuſſit, non ex quolibet hominum genere et ordine, ſed ex conſularibus illuſtriores, quos mittere libuerit, quorum excipiendorum gratia in Sardicam deſcenderet.

§. 27.

His litteris lectis digreſſo ab imperatore Edecone cum Bigila, qui ea, quae Attilas verbis imperatori denuntiari voluerat, interpretaturus venerat, cum reliquas quoque domos obiret, in conſpectum Chryſaphii ipſius imperatoris ſatellitis venit: is plurimum auctoritate et gratia apud imperatorem valebat.

§. 28.

Admiratus erat barbarus regiarum domuum magnificentiam. Bigilas autem ſimulatque barbarus in colloquium venit cum Chryſaphio, interpretans retulit, vt laudaſſet imperatorias aedes, et Romanos beatos duceret, propter affluentes diuitiarum copias. Edeconi Chryſaphius dixit, fore eum huiusmodi domuum, quae aureis tectis praefulgebant, compotem et opibus abundaturum, ſi, relicta Scythia, ad Romanos ſe conferret. Sed alterius domini ſeruum, Edecon ait, nefas eſt, eo inuito, tantum facinus in ſe admittere. Quaeſiuit ex eo Eunuchus, an facilis illi ad Attilam pa- 20.

c) Cantoclarus in Notis ad h. l. p. 193. „ Nouas, inquit, ſub diſpoſitione ducis Moeſiae non Thraciae eſſe vult Not. Prouinc. Neque Nouas in Thracia legere memini. Non longe tamen Nouas abeſſe ab Aemoniae parte Iordanes tradit. Quid ſi ὀρων των Θρακιων legas, vsque ad fines, aut ad montes Thraciae Attilae ditionem porrectam fuiſſe „.

d) Gr. habent, *πεντε ἡμερων ὁδον.*

e) ἡν ὁριον — της Σκυθων και Ρωμαιων ἐτιθετο γης.

20. PRISCVS p. 38.

Imp. THEO-DOSIO II.

a. C. 448.

teret aditus, et qua poteſtate praeditus apud Scythas eſſet. Ille ſibi neceſſitudinem intercedere cum Attila reſpondit, et decretam ſibi cum nonnullis aliis Scythiae primoribus eius cuſtodiam. Nam per vices vnumquemque eorum praeſcriptis diebus, cum armis circa Attilam excubias agere. Tum Eunuchus, ſi qua fides, inquit, ſe maximorum bonorum illi auctorem futurum. Cui rei tractandae otio opus eſſe. Hoc vero ſibi fore, ſi poſt coenam rediret, ſine Oreſtè et reliquis legationis comitibus. Facturum pollicitus barbarus, cibo ſumto, ad Eunuchum pergit *f)*.

Tum per Bigilam interpretem datis dextris et iureiurando vtrimque praeſtito, ab Eunucho, de rebus, quae Edeconi minime damno, ſed fructui et commodo eſſent, verba facturum; ab Edecone, ſe, quae ſibi crederentur, non enuntiaturum, etiamſi exequi nollet. Tunc Eunuchus Edeconi dixit: ſi in Scythiam rediens Attilam ſuſtulerit, et Romanorum partibus acceſſerit, vitam in magnis opibus beate traducturum. Eunucho Edecon aſſenſus adiecit: Ad hanc rem peragendam opus eſſe pecuniis, non quidem multis, ſed quinquaginta auri libris, quas militibus, quibus praeeſſet, qui ſibi ad rem impigre exequendam adiumento eſſent, diuideret. Cum Eunuchus, nulla mora interpoſita, dare vellet, dixit barbarus, ſe prius ad renuntiandam legationem dimitti oportere, et vna ſecum Bigilam, Attilae de transfugis reſponſum accepturum, cum quo de ordine componendae rei ageret, qui quoque, quando facto opus eſſet, viam auri deferendi iniret. Etenim Attilam ſe, ſimulatque redierit, percunctaturum, vt reliquos omnes, quis munera ſibi ſit largitus, et quantae pecuniae ſint illi a Romanis dono datae. Neque id celare per reliquos et comites licitum fore. Viſus eſt Eunucho barbarus recta ſentire, et eius eſt amplexus ſententiam.

§. 29.

Itaque a coena dimiſſo [Edecone], ad imperatorem conſilium initum [Chryſaphius] detulit, qui Martialium, magiſtri officiorum munere fungentem, ad ſe venire iuſſum, docuit, conuentionem

f) εἴγε παρ' αὐτον ἐπι δει- πνον ἔλθοι—ὑποσχομενος δε τῦτο ποιειν, ἐπι την ἑςιασιν προς τον Εὐνῦχον παραγενομενος.

ſionem cum barbaro factam: id enim illi credi et committi, iure magiſtratus quem gerebat, neceſſe fuit. Nam omnium imperatoris conſiliorum magiſter eſt particeps, ſub cuius cura ſunt tabellarii, interpres et milites, qui palatii cuſtodiae deputati ſunt. Imperatore autem et Martialio de tota re conſultantibus, placuit, non ſolum Bigilam, ſed et Maximinum legatum mittere ad Attilam.

SECTIO II.

Theodoſii Aug. ad Attilam legatio; Varia de Hunnorum moribus, viuendi ratione &c.

§. 30.

a. C. 449. a)

CHRYSAPHIVS Eunuchus ſuaſit Edeconi Attilam de medio tollere. Super ea re habito ab imperatore Theodoſio cum Martialio magiſtro conſilio, decreuerunt non ſolum Bigilam, ſed et Maximinum legatum ad Attilam ire, et Bigilam quidem ſpecie interpretis, quo munere fungebatur, quae Edeconi viderentur executurum. Maximinum vero, qui, minime eorum, quae in conſilio imperatoris agitata erant, conſcius, litteras ab eo Attilae redderet b). 21.

Scripſerat enim imperator legatorum cauſa, quemadmodum Bigilas interpretis munus obiturus, et Maximinus legatus mitteretur, qui quidem Bigilam dignitate ſuperabat, et genere illuſtris, et ad multa ſibi aptus et vtilis erat. Ad haec minime decere, Attilam foedera transgredientem, Romanorum regionem inuadere. Et antea quidem ad eum plures, nunc vero decem et ſeptem transfugas mittere. Nec enim plures apud ſe eſſe. Et haec quidem litteris

21. PRISCVS p. 48.

a) Ad hunc annum ſequentia referenda eſſe cenſet Pray p. 123.

b) Τον δε Μαξιμινον μηδεν των αυτοις βελευθεντων επισαμενον, τα βασιλεως αποδοναι γραμματα.

teris continebantur. Ore autem Maximinum ex ſe iuſſerat Attilae dicere, ne poſtularet maioris dignitatis viros ad ſe legatos tranſire. Nec enim a maioribus ſuis aliter vſurpatum, quam obuium quemque ex ſuis militibus, aut alium quemlibet nuntium, qui mandata
22. exponeret, ad eos, qui antea in Scythia regnabant, legare c). Caeterum ad ea, quae inter ipſos in dubietate verſabantur, diiudicanda, ſibi videri Onegeſium mitti debere. Qui enim fieri poſſet, vt in Serdicam d), quae diruta eſſet, Attilas cum viro conſulari conueniret?

§. 31.

Hanc ſibi legationem delatam vbi Maximinus, precibus victus, ſuſcepit, mihi [Priſco] perſuaſit, vt illi comes eſſem. Atque ita cum barbaris iter facere coepimus, et in Serdicam peruenimus, trium et decem dierum itinere expedito homini a Conſtantinopoli diſtantem. Ad eam poſtquam appulimus, ad cibum nobiscum ſumendum Edecona et caeteros barbaros inuitandos duximus. Bobus igitur et ouibus, quas locorum incolae nobis ſuppeditauerant, iugulatis, inſtructo conuiuio epulati ſumus. Inter epulas barbari Attilam, nos imperatorem admirari, et extollere. Ad quae Bigilas dixit; minime iuſtum eſſe, Deum cum homine comparare, hominem Attilam, Deum Theodoſium vocans. Id aegre tulerunt Hunni, et ſenſim ira accenſi exaſperabantur. Nos vero alio ſermonem detorquere, et eorum iram blandis verbis lenire.

§. 32.

A coena vt ſurreximus, Maximinus Edeconem et Oreſtem donis demereri ſtudens, ſericis veſtibus et gemmis Indicis donauit. Ore-

22. PRISCVS p. 49.

c) Τȣτο γαϱ ὀυδε ἐπι των αὐτȣ πϱογονων, ὀυδε ἐπι ἑτεϱων των ἀϱξαντων της Σκυθικης γενεϑαι, ἀλλα πϱεσβευσαϑαι τον τε ἐπιτυχοντα ϛϱατιωτην, και ἀγγελοφοϱον.

d) Cantoclarus in Notis ad h. l. p. 194. „Eutropius, inquit, Maximinum Galerium imperatorem in Dacia non longe a Sardica natum auctor eſt. Ammianus lib. 31. et Serdicam Macedoniae vrbem dicit. At Ptolomaeus Sardicam per *a*, inter mediterraneas Thraciae vrbes annumerat. Suidas per *e*, Daciae. Sozomenus l. 3. c. 10. per *a*. ſcribit, et ponit in Illyrico. Haec vrbs eſt nobilis concilio Sardicenſi. Plurima extant in cod. Iuſtiniani imp. praeſcripta Serdicae data. [Sardicae in Illyrico meminit Procopius de B. G. p. 560.] *m*.

a. C. 449.

Oreſtes deinde praeſtolatus Edeconis diſceſſum, verba faciens cum Maximino: ſibi quidem, ait, illum probum et prudentem videri, qui non itidem, vt alii, quod reges offenderet, commiſiſſet. Etenim nonnulli, ſpreto Oreſte, Edeconem, quem ad coenam inuitauerant, donis coluerant. Nos autem harum omnium rerum ignari, quo pertinerent Oreſtis verba non ſatis percipientes, cum ex eo ſciſcitaremur, quomodo, et qua in re deſpectui eſſet habitus, nihil reſpondit et diſceſſit.

Poſtridie cum iter faceremus, in Bigilam incidimus, cui, quae Oreſtes dixerat, retulimus e). Ille vero ait, Oreſtem non debere iniquo animo ferre, ſi eadem, quae Edecon, minime eſſet conſecutus. Oreſtem enim aſſeclam et ſcribam Attilae, Edeconem vero, bello clarum et genere Hunnum, longe illum dignitate antecellere. Quae cum loqueretur, patrio ſermone Edeconem affatus, non multo poſt nobis confirmauit, ſeu vera proferret, ſeu fingeret, ſe Edeconi ea, quae prius illi dixeramus, expoſuiſſe. Deinde ob ea, quae dixeramus, in iram verſus, vix ipſum ad vllam animi aequitatem reuocare potuimus.

§. 33.

Venimus Naïſſum, quae ab hoſtibus fuerat euerſa, et ſolo aequata: itaque eam deſertam hominibus offendimus, praeterquam quod in ruinis ſacrarum aedium erant quidam aegroti f). Paulo longius a flumine ad vacua loca diuertentes g) (omnia enim circa ripam erant plena oſſibus eorum, qui bello ceciderant) poſtridie ad 23.
Agintheum, ordinum in Illyrico ductorem, qui non longe a Naïſſo habitabat, acceſſimus. Imperatoris enim mandata ferebant, vt

e) Τῃ δε ὑϛεραιᾳ, ὡς ἐβαδιζομεν, φερομεν ἐπι Βιγιλαν ἁπερ ἡμιν Ορεϛης εἰρηκει.

f) Pray p. 124. „ Videntur, inquit, aegroti hi ſatis innuere tum ripa plena oſſium, Naïſſum vrbem nuperno bello iterum euerſam, cum prius a. 441. ſecundum Hadr. Valeſium deſtructa quoque eſſet „.

g) Cantoclarus p. 194. ad verba: μικρον δε ανω τȣ ποταμȣ ἐν καθαρῳ καταλυσαντες. „ lego, inquit, ἀπο ϛοτ. Nam ανω qui conuenit? caeterum quis fluuius? Iſter? non puto. Etenim 5. dierum itinere Naïſſus diſtabat ab Iſtro „.

23. PRISCVS p. 50.

Imp. THEODOSIO II.

a. C. 449.

vt reciperemus ab eo quinque transfugas, qui ſeptemdecim numerum, de quibus ad Attilam ſcripſerat, explerent. Hominem igitur conuenimus, et quinque profugos Hunnos tradere praecepimus, quos verbis conſolatus, nobiſcum dimiſit.

§. 34.

Nocte transacta, a montibus Naiſſi Iſtrum verſus iter pergentes, in vicum quendam opacum, per obliquos flexus, et gyros, et circuitus multos deferimur. Hic cum in ea opinione eſſemus, vt in occaſum iter tendere exiſtimaremus, ſimulac illuxit, ſol exoriens ſeſe oculis noſtris obiecit h). Itaque loci ſitum ignorantes exclamare, tanquam ſol, qui in oppoſita parte conſpiciebatur, contrarium ſolito curſum conficeret, et abhorrentia a conſtituto rerum ordine deſignaret: ſed propter loci inaequalitatem via ea parte ad orientem ſpectat.

Ex illo difficili et arduo loco ad plana et vliginoſa deuenimus. Hic nos barbari portitores in ſcaphis, vnico ligno conſtantibus i), quas arboribus ſectis et cauatis adornant, exceperunt et flumen transmiſerunt. Et lembi quidem minime ad nos transuehendos, ſed ad multitudinem barbarorum traiiciendam erant praeparatae, quae nobis in via occurreret, quaſi vellet Attilas tanquam ad venationem ad inuadendos Romanorum fines progredi. Huiusmodi erat Attilae ad bellum contra Romanos apparatus, cuius gerendi occaſionem ſumebat, quod transfugae non redderentur.

§. 35.

Transmiſſo Iſtro, quindecim fere ſtadiorum itinere cum barbaris emenſo, in campo quodam ſubſiſtere coacti ſumus, tantisper dum

h) Pray p. 125. Hic, inquit, Priſci locus Timoni occaſionem dedit, vt cum Cantoclaro regiam Attilae in Moldauia collocaret. Ita enim in Imag. antiqu. Hungar. L. II. c. V. ait. Otrocotſius in Originibus exiſtimauit, eos (legatos) ad Tibiſcum contendiſſe, Attilamque regiam Iasberinii vltra eum amnem habuiſſe, ſed Cantoclarus Priſci interpres recte animaduertit, eos in Moldauiam iter feciſſe — exiſtimo proinde ſedem Attilae fuiſſe in illo Moldauiae tractu, qui lapidibus ſiluisque caret, id enim exigunt verba Priſci.

i) ἐν σκαφεσι μονοξυλοις.

dum Edecon Attilam noſtri aduentus certiorem faceret, manentibus interim nobiscum ex barbaris, qui nos exteros erant deducturi. Circa veſperam nobis coenantibus, auditus eſt ſtrepitus equorum ad nos venientium. Nec mora, duo viri Scythae aduenerunt, qui nos ad Attilam venire praeceperunt. Nobis vero prius eos ad coenam accedere rogantibus, de equis deſcendentes, vna conuiuium inierunt, et poſtridie viam praeeuntes demonſtrarunt. Qua die hora fere octaua ad Attilae tentoria [k]) peruenimus. Nam erant et aliorum plurima. Et cum in tumulo et colle quodam tentoria figere vellemus, obuii barbari prohibuerunt, quoniam Attilae tentorium erat in proxima valle poſitum. Quamobrem ad barbarorum arbitrium locum tentorii collocandi cepimus.

§. 36.

Huc Edecon, Scotta, Oreſtes et reliqui ex Scythis primores, mox aduenerunt, et ex nobis quaeſierunt: Quarum rerum
conſequendarum gratia hanc legationem ſuſceperamus? Nos vero 24.
inuicem intueri, et tam ineptam percunctationem admirari. Illi nihilominus perſeuerare, et quo a nobis reſponſum elicerent, in turbas coire [l]). At ſoli Attilae, non aliis imperatorem mandata exponere iuſſiſſe reſpondimus. Quo dicto Scotta offenſus, hoc ſibi a ſuo duce praeceptum eſſe; veſtra enim nobis in rebus gerendis aſtutia et verſutia non eſt incognita. Nos vero obteſtari, nusquam hanc legem legatis impoſitam, vt mandata edant, et palam faciant, antequam eos, ad quos miſſi ſunt, adierint, et in conſpectum eorum venerint. Neque hoc Scythas neſcire, qui ſaepenumero legatos ad imperatorem miſerint: oportere autem idem quoque iuris in aliis ratum et firmum eſſe, alioquin legatorum iura minime colere. Hinc ad Attilam perrexerunt, vnde non multo poſt ſine Edecone reuerſi, omnia, quae cum illis agere in mandatis habebamus, palam euulgarunt, confeſtimque, niſi quid aliud nobis cum illis rei eſſet, diſcedere iuſſerunt.

k) Pray p. 125. In hunc, inquit, Priſci locum Otrocotſius Parte I. Orig. Hungar. cap. 4. ita commentatur: Quae (tentoria) tunc ad tempus fixa erant e regione Viddin inter Danubium et fluuium Themes.

l) διετελουν πρὸς ὄχλου της ἀποκρισεως ἕνεκα γενομενοι.

24. PRISCVS p. 51.

Imp. THEODOSIO II.

a. C. 449.

§. 37.

Quae vbi audiuimus, animis dubii ſuſpenſique haeſimus. Nec enim ſatis intelligere poteramus, qua ratione imperatoris conſilia, ad quorum cognitionem ne dii quidem peruenire poſſent, patefacta et detecta forent. Quamobrem potius eſſe duximus, nihil quicquam de mandatis noſtris efferre prius, quam nobis Attilam adeundi poteſtas fieret. Itaque reſpondimus: ſiue ea, quae Scythae modo aperte propalamque protulerunt, ſiue alia legatione tractare venimus, ea res ſolius veſtri ducis iuris arbitriique eſt, neque de his cum aliis vllo pacto diſſerere conſtituimus. Illi vero nos quamprimum abire praeceperunt.

Dum in apparatu profectionis eſſemus, Bigilas nos reſponſionis Scythis factae nomine increpauit. Longe enim potius fuiſſe in mendacio deprehendi, quam re infecta domum reuerti. Si enim, inquit, cum Attila collocutus fuiſſem, facile illi a contentione cum Romanis diſcedere perſuaſiſſem, quippe qui ei antea ſtuduiſſem, et plurimum eius rebus in legatione ad Anatolium vtilis fuiſſem. Atque Edeconem eadem quoque cum ipſo ſentire. Ea, ſiue commentus, ſiue ex veritate diceret, eo pertinebant, vt ſpecie legationis occaſionem nanciſceretur rationem ineundi, in Attilam compoſitas inſidias exequi: tum etiam quomodo aurum, quo Edecon ſibi ad eam rem opus eſſe Eunucho dixerat, adferretur, quod certis hominibus diuideretur. Sed Bigilam latebat, ſe proditum. Edecon enim, ſiue ſimulate cum Eunucho pactus, ſiue vt ab Oreſte ſibi caueret, ne Attilae promeret ea, quae in Sardica inter coenandum dicta erant, aut illum accuſaret, quod ſine ſe ſecretos ſermones cum imperatore et Eunucho habuiſſet, indicauerat Attilae comparatam in ipſum coniurationem, et quantitatem auri, quam in eam remitti conuenerat, ſimul et ea, quae
25. per nos in iſta legatione tractanda erant, enunciauerat.

§. 38.

Iumentis adornatis, et neceſſitate ad iter tempore noctis capeſſendum adacti, occurrere ex barbaris, qui dicerent, Attilam iubere, nos propter tempus noctis intempeſtiuum remanere. In eun-

dem

25. PRISCVS p. 52.

dem igitur locum, vnde proficiſcebamur, praeſto fuere, qui bouem agebant et piſces fluuiatiles nobis ab Attila miſſos afferebant. Coenati nos dormitum contulimus. Luce orta in ſpem adducebamur, Attilam ſe ad lenitatem daturum, et aliquod mite reſponſum ad nos ab ipſo emanaturum. Ille vero denuo eosdem miſit, iusſitque abire, ſi nihil aliud negotii, niſi quod iam omnibus cognitum erat, nobis cum illo intercederet. Nullo dato reſponſo ad iter nos accinximus, etſi Bigilas omni ope contenderet, vt reſponderemus, nos aliud habére, quod Attilam ſcire, eius magnopere intereſſet.

§. 39.

Ego vero cum Maximinum moerore confici viderem, aſſumto Ruſticio, qui barbarorum linguae peritus erat, et nobiscum in Scythiam venerat, non legationis, ſed priuatae rei cauſa, ad Conſtantium ex Italia oriundum, quem ad Attilam Aetius occidentalium Romanorum dux, vt illi ab epiſtolis eſſet, miſerat, Scottam adii (nec enim aderat Onegeſius m)) et cum illo per Ruſticium interpretem collocutus, eum pretioſa et plurima dona a Maximino laturum dixi, ſi illi aditum ad Attilam patefaceret et muniret. Legatum enim venire de rebus, quae non ſolum Romanis, ſed etiam Hunnis maximam eſſent vtilitatem allaturae. Quin et ipſi Onegeſio legationem hanc magno emolumento futuram. Imperatorem enim poſcere illum ad ſe legatum ab Attila mitti, qui diiudicaret controuerſa inter vtramque gentem, vnde non niſi ingentibus donis cumulatus eſſet rediturus. Oportere igitur, cum minime Onegeſius adſit, illum maxime in tam praeclara actione cum fratre certare. Et ipſi quoque Attilam plurimum fidere, dixi, me accepiſſe. Sed nihil firmae ſpei reponendum in eo quod auditu accipitur, reſtare, vt re ipſa notum et perſpectum faceret, quantum illi At-

m) Pray in Notis ad h. l. p. 127. Otrocotſius, inquit, Orig. Hung. part. II. cap. XII. ad nomen Onegeſius ita: Hic quoque puto ipſum (Priſcum) erraſſe, non bene alienum nomen percipiendo — aut vero ab alio non recte pronunciante deceptum — puto enim nominatum fuiſſe *Enekes* (Cantor) non quod tantus vir officio canendi apud Attilam functus fuiſſet, ſed ſolum, quod illud pro nomine proprio geſſerit.

tila tribueret. Atque ille hunc ſermonem ſuſcipiens, ne amplius, inquit, dubii ſitis: aeque ac frater apud Attilam valeo auctoritate et gratia, ſeu verbis, ſeu factis opus eſt. Et aſcenſo equo ad Attilae tentorium contendit.

Ego vero ad Maximinum rediens, qui vna cum Bigila angebatur animo, et incertus erat, quid conſtituendum eſſet; narraui ſermones, quos habueram cum Scotta, et quae ab ipſo audieram. Atque adeo illum excitaui ad praeparanda munera, quibus Scottam remuneraretur, et praemeditandum, quibus verbis Attilam affaretur. Surrexerunt igitur (offenderam enim illos in ſolo herbido iacentes) et operam a me egregie nauatam laudarunt, et
26. eos, qui ſe iam cum iumentis itineri accinxerant, reuocarunt. Tum etiam qua oratione Attilam aggrederentur, et quomodo dona, quae ad ipſum Maximinus ab imperatore ferebat, traderent, inter ſe agitarunt.

§. 40.

Nobis in harum rerum cura cogitationeque verſantibus, ecce nos Attilas per Scottam accerſiuit. Itaque ad eius tentorium iter direximus, quod barbarorum multitudine, qui in orbem excubias agebant, erat circumdatum.

Vt acceſſum nacti ſumus et introducti, inuenimus Attilam ſedentem in cathedra lignea. Stetimus paulo remotius ab eius throno: mox proceſſit Maximinus, et ſalutauit barbarum: et imperatoris litteras tradens, dixit; ſaluum et incolumem illum ſuosque precari imperatores: et barbarus; ſit et Romanis, quemadmodum et mihi cupiunt, inquit; ſtatimque ad Bigilam conuertit orationem; feram impudentem vocans, quaerebat, qua re impulſus ad ipſum veniſſet, cum ſibi eorum, quae et ipſe, et Anatolius de pace ſtatuiſſent, conſcius eſſet: neque prius ad ſe legatos accedere debuiſſe, quam omnes profugi, qui apud Romanos extarent, redditi eſſent. Bigila vero reſpondente, nullum amplius apud Romanos reperiri transfugam Scythici generis, omnes enim redditos eſſe, magis exaſperatus Attilas, in eum multa probra et conuicia ingeſſit: et cum clamore et vociferatione magna dixit, ſe illum in crucem actu-

26. PRISCVS p. 53.

acturum, et praedam vulturibus praebiturum fuiſſe, niſi irae ſuae acerbitas legationis reuerentia leniretur, et inflecteretur, et hanc ei poenam impudentis eius orationis et temeritatis impoſiturum fuiſſe. Etenim reſtare adhuc apud Romanos plures transfugas, quorum nomina, vt erant in charta deſcripta, iuſſit ſcribas recitare.

§. 41.

Hi vbi percurrerunt, qui diſiderabantur, Attilas Bigilam vna cum Eſla ſine mora proficiſci iuſſit [n]; Romanis denuntiatum, vt omnes transfugas Scythicae nationis, quotquot in eorum poteſtate eſſent, redderent, a tempore Carpilionis [o], filii Aetii, Romanorum occidentalium ducis, qui obſes apud eum fuerat. Nec enim vt ferat, ſuos ſeruos ſecum manus conſerere, quicquam opis aut praeſidii adferre poterunt his, qui ſuae ditionis cuſtodiam illis commiſerint [p]. Quae enim vrbs, quae arx, qua late patet Romanum imperium, ſalua et incolumis euadere poterit, quam euertere aut diruere apud ſe conſtitutum habuerit? Poſtquam expoſuerint a ſe de transfugis decreta, redire quamprimum renuntiatum, vtrum transfugas reddere, an bellum eo nomine malint ſuſcipere.

§. 42.

Non multo ante iuſſerat, vt Maximinus paulum expectaret, dum ad ea, quae imperator ſcripſerat, per ſe reſponſum daret, ſed munera petiit. Quae poſtquam dedimus, in tentorium noſtrum nos recepimus, et de ſingulis, quae dicta fuerant, patrio ſermone 27.
inter nos diſſeruimus. Cum autem Bigilas admiraretur, qui fieret, vt Attilas, qui ſibi iampridem, cum legatus ad illum veniret, comis et perhumanus viſus eſſet, tunc ſe acerbis contumeliis affeciſſet:

n) προσεταττε μηδεν μελλησαντα ἀπιεναι συμπεμψειν δε αὐτῳ και Ησλαν &c.

o) Carpilionem ab Aetio patre obſidem Hunnis datum a. C. 434. docet Pray p. 104.

p) ὀυ γαρ συγχωρησειν τȣς σφετερους θεραποντας ἀντιον αὐτȣ ἐς μαχην ἰεναι, καιπερ μη δυναμενȣς ὠφελειν τȣς την φυλακην αὐτοις της ὀικειας ἐπιτρεψαντας γης.

27. PRISCVS p. 54.

ſet: dixi, vereri me, ne aliquis ex barbaris, qui Serdicae nobiscum epulati erant, Attilam abalienaſſent, et Bigilam, Romanorum imperatorem Deum, Attilam vero hominem appellaſſe retuliſſent. Quam orationem Maximinus vt veriſimilem eſt amplexus. Nec enim coniurationis in Attilam initae particeps fuerat. ſed Bigilas ambiguus animi erat, neque cauſam, vt mihi videtur, ſatis ſuſpicari poterat, quare Attilas eum tam acerbis conuiciis inſectatus eſſet. Nec enim in animum ſuum inducere poterat, vt nobis poſtea retulit, enuntiata fuiſſe, quae in conuiuio apud Serdicam dicta fuerant, aut coniurationem in Attilam detectam. Cum enim nemo ex omni multitudine, quae Attilae circumſtabat, excepto Edecone, auderet, prae metu, qui omnium mentes peruaſerat, cum Attila ſermonem inſtituere; credebat, Edeconem eo ſtudioſius daturum operam, omnia ſilentio transigere, tum propter iusiurandum, tum propter negotii grauitatem, ne, quia clandeſtinis in Attilam conſiliis interfuerat, reus iudicatus poena afficeretur.

§. 43.

Haec cum ambigua mente volueremus, Edecon ſuperuenit, et abducto a noſtro coetu Bigila, (fingebat enim, velle vere et ſerio de praemeditatis inter eos inſidiis agere) vbi aurum adferri praecepit, quod his daretur, qui exequendo facinori operam nauaturi erant, diſceſſit. Ego vero cum Bigilam curioſius inquirerem, quos ſermones ſecum Edecon habuiſſet, decipere perſtitit, deceptus et ipſe, et veram ſecreti cum Edecone colloquii cauſam occultans, commentus eſt, ſibi Edeconem dixiſſe, Attilam illi propter transfugas ſuccenſuiſſe. Oportuerat enim aut omnes reſtituere, aut legatos ex eorum numero ad illum venire, qui potentia et opibus antecellebant.

Haec dum loquebamur, aduenere ab Attila, qui Bigilam et nos prohiberent, captiuum Romanum aut barbarum mancipium, aut equos, aut quicquam aliud emere, praeterquam quae ad victum neceſſaria erant, donec inter Romanos et Hunnos de rebus controuerſis conueniſſet. Haec aſtu et praemeditato conſilio barbarus faciebat, quo facilius Bigilam in ipſo facto deprehenderet, cum nullam ſatis idoneam cauſam comminiſci poſſet, in quam aurum

rum adferret. Nos quoque iuſſit Onegeſium opperiri, vt reſponſum ad noſtram legationem daret, ſimul et munera, quae ad eum imperator miſerat, et tradere volebamus, acciperet, Etenim Onegeſius tum forte vna cum ſeniore ex Attilae liberis ad Acatziros miſſus fuerat q). — Itaque nos expectare, vt dictum eſt, iubens, 28.
Bigilam cum Eſla ad Romanos amandauit, ſpecie quidem transfugarum repetendorum, ſed reuera, vt aurum Edeconi promiſſum adferret.

§. 44.

A Bigilae diſceſſu, vno tantum die in his locis commorati, poſtridie vna cum Attila ad loca magis ad arctum vergentia profecti ſumus. Haud longo viae ſpatio cum barbaris progreſſi, alio iter vertimus, Scythis exterorum deductoribus nos id facere iubentibus. Attilas interea in quodam vico ſubſtitit, in quo filiam *Eſcam* r) in vxorem, etſi plures alias haberet, Scytharum legibus id permittentibus, ducere voluit.

Illinc facili et aequali via per planitiem patentem iter fecimus, et in multos fluuios nauigabiles impegimus. Quorum poſt Iſtrum maximi ſunt *Drecon* dictus, et *Tigas*, et *Tiphiſas* s). Maiores nauiculis vnico ligno confectis, quas in quotidiano vſu habent, qui ad flumina habitant, reliquos lembis, ex propinquo deſumtis, quos barbari curribus imponunt, et in loca reſtagnantia important, traiecimus. Congerebantur vero nobis ex vicis commeatus

q) Hic omiſſa vide ſupra §. 25. 28. PRISCVS P. 55.

r) Pray, vt ab Attila inceſtarum nuptiarum crimen remoueat, praeeunte Garellio, Eſcam non puellae, ſed potius patris puellae nomen fuiſſe, et graeca ita reſtituenda putat: ἐν ᾗ γαμειν θυγατερα τȣ Εσκαμ ἐβȣλετο. Praeterea qui in eadem fuerint ſententia citat Otrocotſium in Orig. Hung. cap. 4. §. 15. et Iordanum in apparatu hiſt. ad origines Slauicas ſect. 33. Num. 753.

s) Cantoclarus in Notis p. 200. Δρηκον, inquit: melius Dricca ex Iornande. Τιγας an Tyras Plinii? Is Tyres Herodoto Sarmatiae Europ. fluuius [cuius pluribus locis meminit in Melpom.] Heſychius eundem Driccam vocat. De his Iornandes de rebus Get. c. 34. *Ingentia ſiquidem*, ait, *flumina, id eſt, Tiſiam, Tibiſiamque et Driccam tranſeuntes, venimus in locum illum, vbi dudum Vidicula Gothorum fortiſſimus Sarmatum dolo occubuit.*

meatus, *pro frumento Cenchrum, pro vino Medum*, ſic enim locorum incolae vocant [t]. Qui nos comitabantur, vt nobis miniſtrarent, Cenchrum aduehebant, potionem ex hordeo praebentes,
29. quam *Camum* barbari appellant.

§. 45.

Longa via confecta, die ad noctem inclinante, ad paludem quandam, ad quam aquatum (erat enim eius aqua potui apta) proximi vici ibant, tentoria fiximus. Ingens ventus et procella derepente exorta cum tonitru et crebris fulguribus et multo imbre tentorium noſtrum disiecit, at omnia noſtra vtenſilia in proximam paludem voluit. Turbinibus in aëre excitatis, et caſu, qui contigerat, perterrefacti, locum illum deſeruimus, et ab inuicem diſſociati, huc illuc palantes, viam vnusquisque noſtrum, quam ſibi commodam duxit, ſub tenebris et imbribus eſt perſecutus. Tandem tuguria et tecta vici ſubeuntes, (illuc enim diuiſis itineribus diuerteramus) omnes in vnum conuenimus, et ea, quae nobis deerant, cum clamore perquiſiuimus. Ad quem ſtrepitum Scythae exilientes, calamos, quibus ad ignem vtuntur, vſſerunt, et accenſo lumine interrogarunt, quid nobis vellemus, qui tantos clamores ederemus? Barbari, qui nos comitabantur, reſponderunt, nos tempeſtate perculſos turbari. Itaque nos liberaliter inuitatos hoſpitio exceperunt, et calamis ſiccis ignem accenderunt.

Vici domina, quondam vna ex Bledae vxoribus fuerat [v]. Haec nobis cibaria, et mulieres formoſos, cum quibus iocis et amori indulgeremus (hoc enim apud Scythas honori ducitur) ſuppeditauit. Mulieribus pro cibis praebitis gratias egimus [x], et ſub tectis noſtris ſomnum capientes, ab earum conſuetudine abſtinuimus. Simul ac illuxit, ad ea, quae ex noſtra minuta ſupellectile deſiderabantur, perquirenda curam conuertimus. Haec partim in eo

t) ἀντι μεν σιτȣ Κεγχρος, ἀντι δε οἰνȣ ὁ Μεδος ἐπιχωριως καλȣμενος.

29. PRISCVS p. 56.

v) μια δε ἀυτη των Βληδα γυναικων ἐγεγονει.

x) τας μεν γυναικας ἐκ των προκειμενων ἐδωδιμων φιλοφρονησαμενοι.

eo loco, vbi pridie conſederamus, partim in ripa paludis, partim in ipſa palude reperta recepimus. In his deſiccandis totum diem in illo vico (tempeſtas enim deſierat, et clarus ſol apparebat) contriuimus. Deinde curatis equis, et reliquis animalibus vecturae inſeruientibus, Reginam [y] ſalutatum iuimus. Hanc viciſſim remunerati ſumus, pateris argenteis [z], velleribus rubris, pipere Indico, et palmulis, et aliis aridis fructibus [a], ne barbaris, qui tantum honoris nobis habuerant, concederemus. Nec multo poſt, omnia fauſta feliciaque illis hoſpitalitatis ergo precati, diſceſſimus.

§. 46.

Sex dierum itinere emenſo, *Scythae*, exterorum deductores, in quodam vico nos conſiſtere praeceperunt, vt pone Attilam, qui hac ſe in viam daturus erat, iter continuaremus. Hic obuios habuimus legatos a Romanis Heſperiis etiam ad Attilam miſſos.
Erant autem praecipui, Romulus Comitis dignitate decoratus, et 30.
Primutus, Noricae regionis praefectus, et Romanus, militaris ordinis ductor. His aderat Conſtantius, quem Aetius ad Attilam, vt illi in conſcribendis epiſtolis deſeruiret, miſerat, et Tatullus, Oreſtis eius, qui cum Edecone erat, pater, non legationis cauſa, ſed priuati officii et familiaritatis ergo. Conſtantio enim in Italiis agenti, magnus cum illis vſus interceſſerat: Tatullum affinitas mouebat. Oreſtes enim, eius filius, Romuli filiam e Petourone [b] Norici ciuitate vxorem duxerat.

§. 47.

Legati autem veniebant, vt Attilam lenirent, qui ſibi Syluanum, Armii menſae Romae praefectum [c], tradi poſtulabat, propterea

y) την βασιλιδα.

z) τρισι τε ἀργυραις φιαλαις.

a) και ἑτεροις τρυγημασι, in marg. τρα[illegible]μασι.

30. PRISCVS p. 57.

b) ἀπο Παταβιωνος.

c) Σιλβανον ἀρμιȣ τραπεζης κατα Ρωμην προεςωτα. Valeſius in Notis ad h. l. Videtur, inquit, ſcribendum eſſe ἀργυριου τραπεζης. Sic menſam argentariam vocat: erat enim hic Siluanus argentarius. Ita Euagr. in lib. 5. c. 10. de Magno quodam, πρωην μεν ἀργυρας τραπεζης προϊςαμενῳ.

Imp. THEO-DOSIO II.

a. C. 449.

pterea quod pateras aureas a Conſtantio quodam acceperat. Hic Conſtantius, ex Galliis occidentalibus ortus, ad Attilam et Bledam, vt illis in conſcribendis epiſtolis operam daret, quemadmodum et poſt illum alter Conſtantius miſſus fuerat. Ille vero, quo tempore Sirmium oppidum in Paeonia ſitum Scythae obſidebant, aurea vaſa a ciuitatis epiſcopo acceperat, vt ex eorum pretio, ſi ſe ſuperſtite oppidum capi contigiſſet, quoad ſatis eſſet, pro ſua libertate ſolueretur: ſin periiſſet, ciues in ſeruitutem abducti redimerentur. Sed Conſtantius poſt vrbis excidium, de euentu Scythicae obſidionis parum ſollicitus, Romam cuiusdam negotii cauſa profectus, vaſa ad Syluanum detulit, et aurum ab eo accepit, conuenitque, vt, ſi intra tempus praefinitum aurum cum vſuris redderet, vaſa reciperet; ni feciſſet, Syluanus vaſa ſibi haberet, et his pro arbitrio, tanquam quae ſua facta eſſent, vteretur. Hunc Conſtantium Attilas et Bleda, cum illis proditionis nomine ſuſpectus eſſet, in crucem egerunt. Ex quo vt de poculis aureis indicium ad Attilam eſt delatum, ſibi tradi Syluanum tanquam furem eorum, quae ſua facta eſſent, flagitauit. Legati igitur ab Aetio et Romanorum occidentalium imperatore venerunt, qui dicerent, Syluanum Conſtantii creditorem vaſa aurea, pro credito oppignorata non furto ablata, penes ſe habuiſſe. Quae ſacerdotibus, qui primi ſe obtuliſſent, nummis argenteis permutaſſet. Nec enim fas eſſe hominibus, pocula Deo conſecrata, propriis vſibus applicare. Itaque niſi eum tam iuſta cauſa, aut diuini numinis reuerentia a petendis poculis dimoueat, ſi Syluanus inſtantius vrgeatur, aurum pro pateris praebiturum. Hominem enim, qui in nullo deliquit, minime dedideris.

Haec erat igitur horum virorum legationis cauſa, qui barbarum ſequebantur, vt reſponſum ferrent, et dimitterentur d).

§. 48.

31. Cum vero nobis eadem via eundum foret, qua Attilas, parumper morati, dum praecederet, non multo poſt ſecuti, cum reli-

d) Hanc ortam eſſe a. C. 448. inter Attilam et Valentinianum Aug. de pateris aureis controuerſiam docet Pray p. 125.

31. PRISCVS p. 58.

reliqua multitudine, traiectis quibusdam amnibus, ad quendam magnum vicum peruenimus. Hic erant Attilae aedes, quae reliquis omnibus vbicumque locorum eminentiores et praeſtantiores eſſe ferebantur [e]. Erant hae ex lignis et tabulis eximie politis extructae, et ambitu ligneo circumdatae, non ad munimentum, ſed ad ornatum comparato.

Proxima regiae erat Onegeſii domus, et ipſa quoque ambitu ligneo conſtans, non tamen aeque ac Attilae turribus inſignis et conſpicua. Longo ſatis interuallo a circuitu domus diſtabat balneum, quod Onegeſius, qui ſecundum Attilam plurimum apud Scythas opibus et auctoritate valebat, lapidibus ex Paeonia aduectis aedificauerat. Nec enim apud eos, qui in ea parte Scythiae habitant, vllus eſt aut lapis, aut arbos, ſed materia aliunde aduecta vtuntur. Huius autem balnei architectus, e Sirmio captiuus abductus, mercedem operis ſui libertatem conſecuturum ſperans, falſus ſua ſpe, cum nihil minus cogitaret, in longe duriorem apud Scythas ſeruitutem incidit. Balneatorem enim eum Onegeſius inſtituit, vt ſibi, totique ſuae familiae, cum lauarentur, operas praeſtaret.

§. 49.

In hunc vicum aduentanti Attilae puellae obuiam prodierunt, quae per ſeries antegradientes ſub linteis tenuibus et candidis, quam maxime in longitudinem extenſis, ita vt ſub vnoquoque linteo, manibus mulierum ab vtraque parte in altum ſublato (erant enim multi huiusmodi mulierum ſub illis linteis ordines) ſex puellae, aut etiam plures, dum iter pergerent, odas et cantilenas Scythicas canerent.

e) Pray ex itineris legatorum ratione, et ex eo, quod Priſcus in regione illa nullas neque arbores neque lapides naſci memorat, hanc Attilae regiam verſus Tibiſci (quem Tiphiſam Priſci putat) ſuperioris oram quaerendam eſſe colligit. Eamque coniecturam auctoritate Iornandis confirmari ait, cum ſcribat, non longe ab eo vico, in quo regia Attilae fuerit, Widiculam Gothorum regem a Sarmatis olim trucidatum eſſe. Conſtare enim Gothos ante Hunnorum aduentum a Tibiſco ad Pontum Euxinum imperitaſſe; Sarmatas autem montibus Carpaticis diſcretos ab his fuiſſe.

Imp. THEODOSIO II.

a. C. 449.

Iam proxime Onegeſii domum acceſſeramus, (per ipſam enim via ducebat ad regiam) cum foras proſiliit Onegeſii vxor, magnantancillarum comitata multitudine, quae obſonia et vinum fereba , qui maximus eſt apud Scythas honos. Haec Attilam ſalutauit, rogauitque, vt ex cibis deſumeret, quos cum ſumma teſtificatione ſuae erga illum voluntatis attulerat. Itaque vxori hominis ſibi neceſſarii gratificaturus, commeſſatus eſt equo inſidens, barbaris, qui in eius comitatu erant, ſuſpenſam tabulam, erat autem argentea, ſurſum capiti eius attollentibus f). Deinde deguſtato calice, qui illi fuerat oblatus, in regiam ſe recepit. Erat autem illa reliquis conſpectior, et in altiori loco ſita.

§. 50.

Nos vero in aedibus Onegeſii (ſic ille praeceperat, redierat
enim cum Attilae filio) remanſimus. Illic coenam ſumſimus, ex-
cipiente nos eius vxore, comitata illuſtrioribus, qui eum genere
contingebant. Illi enim animum nobiſcum conuiuio exhilarare per
32. ótium minime licuit, quia, quae geſſerat in negotio, ad quod
miſſus fuerat, et aduerſam, quae filio Attilae contigerat, valetudi-
nem (dextram enim, oſſe loco moto, fregerat) renuntiaturus,
tum primum a reditu in Attilae conſpectum venerat.

A coena aedibus Onegeſii relictis, propius Attilae aedes tentoria poſuimus, vt Maximinus, quem ſcilicet Attilam conuenire, et cum his, qui ei a conſiliis erant, colloquia facere oportebat, minime longo ab Attila diſtaret interuallo. Illic igitur, quo migrauimus, noctem transegimus.

§. 51.

Luce orta miſit me Maximinus ad Onegeſium, vt illi tum quae ipſe dabat, tum ab imperatore miſſa munera traderem, atque etiam ſtatueret, vbi, et quando luberet, vt cum eo colloquium iniret. Perrexi igitur ad Onegeſium cum famulis, qui dona portabant: ianuae erant clauſae: ego expectare donec aperirentur, et aliquis exiret, qui eum mei aduentus certiorem faceret.

Ita-

f) Τον πινακα — ἐς ὑψος αἰραντων Των βαρβαρων.

32. PRISCVS p. 59.

a. C. 449.

Itaque tempus mihi terenti, et circa murorum ambitum domus Onegeſii ambulanti progreſſus neſcio quis, quem barbarum et vnum aliquem ex Scythico exercitu eſſe rebar, graeca voce me ſalutauit, dicens: χαιρε. Mirari ego, qui fieret, vt graece loqueretur vir Scytha: etenim, intra ſua concluſi, barbaricam linguam colunt, et affectant, neque tam Hunnorum, quam Gothorum, aut etiam Auſoniorum g), hi ſcilicet, quibus cum Romanis frequentius eſt commercium. Neque quisquam eorum facile loquitur graece, niſi qui ſunt captiui e Thracia, aut Illyrico maritimo. Sed illi ab obuio quoque dignoſci poſſunt, quando occurrunt, et a veſtibus laceris, et capitis ſqualore, tanquam qui in miſeram inciderunt fortunam. Hic vero prae ſe ferebat Scytham, qui opibus circumfluebat. Erat enim bene et eleganter veſtitus, capite in rotundum raſo. Hunc reſalutans interrogaui, quis eſſet, et vnde in terram barbaram veniens vitae Scythicae inſtitutum ſequi delegiſſet. Ille vero, lubenter, ait, iſta cognoſcere ſtudui. Mihi vero, inquam, haec a te vt ſciſcitarer, cauſa fuit, quod graece locutus es. Tum ridens, ait, ſe graecum eſſe genere, ad mercaturam faciendam Viminacium, Myſorum ad Iſtrum vrbem, acceſſiſſe, in ea domicilium longo tempore habuiſſe, vxorem quoque diuitem duxiſſe, parta illic felicitate, capta h) vrbe, exutum fuiſſe, et propterea, quod diues erat, ſe ſuaque omnia in praedae diuiſione Onegeſio ceſſiſſe Etenim eſſe apud eos in more poſitum, vt praecipui ab Attila Scythiae principes captiuos ditiores ſibi ſeponant, quos deinde in plures diuidant, et partiantur. Poſtea vbi aduerſus Romanos fortiſſime dimicaſſet, et Acatzirorum gentem domino barbaro ſubdidiſſet i), omnino, quae bello acquiſierat, vna cum libertate, vt Scytharum legibus cauetur, propria ſibi vindicaſſe. 33. Mulieri quoque barbarae nupſiſſe, et ex ea liberos ſuſtuliſſe, et Onegeſii menſae participem hoc vitae genus longe potius priore ducere. Qui enim apud Scythas degunt, tolerato bellorum la-

g) ξυγκλυδες γαρ οντες προς τη σφετερα βαρβαρω γλωσση ζηλουσιν ου (leg. ἠ) την Ουννων, ἠ την Γοτθων, ἠ και την Αυσονιων.

h) cfr. ſupra §. 15.

i) Ad a. C. 440. bellum hoc referendum putat Pray p. 109. vbi et hunc Priſci locum adfert.

33. PRISCVS p. 60.

labore, ſine vlla ſollicitudine vitam peragunt. Tum vnusquisque bonis, quae ſibi fortuna indulſit, fruitur, neque quisquam illi vlla in re, ne minima quidem, negotium exhibet, aut moleſtus eſt k). —

§. 52.

34 Haec inter nos diſſerentibus, aliquis ex domeſticis Onegeſii ſeptorum domus fores aperuit. Ego ſtatim accurrere, et quaerere, quas res ageret Onegeſius; me enim habere a Maximino, qui legatus a Romanis venerat, quod illi dicerem: ille vero, Onegeſium mihi ſui facturum copiam, reſpondit, ſi modicum opperirer, exiturum enim eſſe. Nec multo temporis ſpatio interiecto, vt ipſum exeuntem vidi, progreſſus dixi: Te Romanorum legatus ſalutat, et dona tibi ab ipſo, vna cum auro ab imperatore miſſo, adfero. Et mihi conanti in eum ſermonem deuenire, vbi, et quando vellet colloqui, ille ſuos, qui aderant, iuſſit aurum et munera recipere, et me Maximino renuntiare, ſe protinus ad eum accedere.

§. 53.

Reuerti igitur ad Maximinum, et renuntiaui, Onegeſium ad ſe venire: nec mora, in tentorium noſtrum aduenit, et Maximinum affatus, dixit: ſe imperatori et illi pro muneribus gratias agere, et percunctatus eſt, quandoquidem ſe accerſiſſet, quid eſſet, quod illum vellet? tum Maximinus, inſtare tempus, ait, quo poſſet maiorem gloriam, quam quisquam hominum, adipiſci, ſi ad imperatorem accedens, quae ſunt inter Romanos et Hunnos controuerſa, ſua prudentia componeret, et inter vtramque gentem concordiam ſtabiliret: quae res non ſolum commodo et vtilitati vtriusque gentis eſſet ceſſura, ſed etiam eius domui tanta bona praebitura, vt ipſe vna cum ſuis liberis in poſterum imperatori totique imperatorio generi perpetuum deuinctus foret. Tum Onegeſius dixit:

k) Reliquam huius colloquii partem, cum magis ad Romanorum, quam Hunnorum res pertineat, prudens omiſi. Hoc vnicum tamen non praetereundum videtur, quod Priſcus p. 61. ait, apud Romanos ſeruum non licere occidere, licere vero apud Scythas.

34. PRISCVS p. 62.

dixit: Qua in re gratificaretur imperatori, et per ſe contentiones dirimeret? Reſpondenti Maximino: ſi in rem praeſentem deſcendens, imperatori gratiam referret, et diſſidiorum cauſas ſedulo perſcrutans, de rebus controuerſis ſecundum conditiones foederibus adſcriptas iudicium ſuum interponeret. Tum Onegeſius reſpondit, ſe iamdudum imperatorem et eos, qui ei a conſiliis erant, admonuiſſe, quae eſſet Attilae de hac tota re ſententia. An Romani exiſtimant, inquit, ſe vllis precibus exorari poſſe, vt prodat dominum ſuum, et nihili faciat educationem apud Scythas vxorum et liberorum ſuorum? non quoque potiorem ducere apud Attilam ſeruitutem, quam apud Romanos ingentes opes? Caeterum ſe domi remanentem maiori eorum rebus adiumento futurum, quippe 35.
qui iracundum domini animum placaret, et ad lenitatem flecteret, ſi quibus in rebus quid durius illum in Romanos conſulere contingeret, quam ſi ad eos accedens criminationi ſe obiiceret, ſi forte quid contra, quam Attilae rationibus commodum videretur, faceret. Quae cum dixiſſet, et me colloquium cum eo facturum de his, quae ex ipſo intelligere cupiebamus, exiſtimaret, (a Maximino enim, in dignitate conſtituto, alienus et parum decorus erat congreſſus) abiit.

§. 54.

Poſtridie ad domus Attilae interiora ſepta me contuli, dona ferens eius vxori, quae *Cerca*, l) vocabatur. Ex ea tres illi liberi. Senior iam tum Acatirorum m) et reliquarum gentium, quas Scythia ad Pontum patet, regno potiebatur. Intra illa ſepta erant multa aedificia, partim ex tabulis ſculptis et eleganter compactis, partim ex trabibus opere puro, et in rectitudinem affabre dolatis, et politis, quae erant interiectae lignis ad tornum elaboratis, extructa et compoſita. Circuli autem a ſolo incipientes in altum aſſurgebant certa proportione et menſura. Hic habitabat Attilae vxor, ad quam a barbaris, qui circa ianuas erant, nactus aditum, ipſam deprehendi in molli ſtragula iacentem. Erat autem pauimentum

35. PRISCVS p. 63.

l) Κρεκα, ita et infra a Priſco vocatur.

m) Ακατηρων.

tum tapetibus n) ſtratum, et ſuper ipſis gradiebamur. Eam famulorum multitudo in orbem circumſtabat, et ancillae ex aduerſo humi ſedentes telas coloribus variegabant, quae veſtibus barbarorum ad ornatum inſeruntur. o)

§. 55.

Creca ſalutata, et muneribus datis egreſſus, expectans, dum Onegeſius regia exiret, (iam enim e domo ſua illuc venerat) reliqua aedificia, vbi Attilas commorabatur, perluſtraui. Hic, dum ego ſtarem cum reliqua multitudine (nec enim acceſſu vllius loci prohibebar, quippe qui Attilae cuſtodibus et barbaris, qui eum aſſectabantur, notus eram) vidi magnam turbam, quae prodibat, concurrentem, tumultum et ſtrepitum excitantem. Attilas egreſſus habitatione, grauis vultu, omnium oculis quaqua verſus in ſe conuerſis, incedens cum Onegeſio, ſedit pro aedibus. Hic eum multi, quibus erant lites, adierunt, et eius iudicium exceperunt. Deinde domum repetiit, et barbararum gentium legatos, qui ad ſe venerant, admiſit.

§. 56.

Mihi vero Onegeſium expectanti, Romulus, Promutus, p) et Romanus, legati pro vaſis aureis ab Italia ad Attilam vna cum Ruſticio, qui in comitatu Conſtantii erat, et Conſtantiolo ex Paeonum q) regione, quae Attilae parebat, me ſunt ſermone adorti;
36. et interrogarunt, vtrum dimiſſi eſſemus? Idipſum, inquam, vt ſciam ex Onegeſio, intra iſta ſepta opperior. Tum ego illos viciſſim percunctari, an aliquod mite reſponſum ad ea, de quibus legati venerant, ab Attila tuliſſent? Nequaquam, aiunt, illum deduci a ſententia, ſed bellum minari et denuntiare, ni Syluanus, aut pocula dedantur.

§. 57.

n) τοις ἐκ λῆς ἐρεας πιλωτοις τȣ ἐδαφους σκεπομενȣ.

o) ὀθυνας χρωμασι διεποικιλλον, ἐπιβληθησομενας προς κοσμον ἐσθηματων βαρβαρικων.

p) ſupra Primutum vocauit.

q) Pray in Nota ad h. l. p. 132. Videntur, inquit, omnes Pannoniae Attilae paruiſſe, tum quod indefinite Priſcus memoret, Paeoniam fuiſſe Attilae ſubiectam, tum quod inter legatos Heſperios Norici Praefectus legatur fuiſſe: verſimile quippe eſt, ſi aliqua Pannoniarum Romanis occidentalibus paruiſſet, eius Praefectum tanquam viciniorem, et rerum Hunnicarum non ignarum inter legatos futurum fuiſſe.

36. PRISCVS p. 64.

CAPVT V.

a. C. 449.

§. 57.

Nos vero cum barbari miraremur animi impotentiam, Romulus, vir multis honorificentiſſimis legationibus functus, et multo rerum vſu praeditus, ait, Secundam fortunam, quae ipſum in altiſſimo gradu collocauit, ſpiritus facere, et ex fortuna poteſtatem adeptum efferri, neque iuſtis ſermonibus vllum apud ſe locum relinquere, neque quicquam, niſi quod ſibi venerit in mentem, aequum putare. Nemo vnquam eorum, qui in Scythia, vel alibi regnarunt, tantas res tam breui tempore geſſit. Totius Scythiae dominatum ſibi comparauit, et ad Oceani inſulas vsque imperium ſuum extendit, vt etiam Romanos tributorum praeſtationi obnoxios habeat. Nec his contentus ad longe maiora animum adiecit, et latius imperii ſui fines protendere, et Perſas bello aggredi cogitat.

§. 58.

Vno ex nobis interrogante, quae via e Scythia in Perſas duceret? Romulus dixit: non longo locorum interuallo Medos diſſitos eſſe a Scythis, neque non r) Hunnos hanc viam neſcire, ſed olim fame per eorum regionem graſſante, cum Romani propter bellum, quod tunc temporis gerebant, minime cum illis proelio decertarent, hac irrupiſſe, et ad Medorum oppida Bazic et Curſic s) vsque penetraſſe. Nec multo poſt principes ex Scytharum regibus ortos, magnae hominum multitudini imperantes, qui ad hanc expeditionem egreſſi fuerant, Romam ad contrahendam armorum ſocietatem veniſſe. Hos narraſſe, per quandam deſertam regionem illis iter fuiſſe, et paludem traieciſſe, quam Romulus exiſtimabat eſſe Maeotidem t): deinde quindecim diebus elapſis, a quibusdam montibus, quos ſuperaſſent, in Mediam deſcendiſſe. Ibi praedas agen-

r) *non*, redundat.

s) παρεληλυθεναι δε ἐς την Μηδων τον τε Βασιχ και Κȣρσιχ, τȣς ὑςερον ἐς την Ρωμην ἐληλυθοτας—ἀνδρας των βασιλειων Σκυθων.

t) Pray in Nota ad h. l. p. 133. Loqui, inquit, videtur Romulus de Hunnis Aſiaticis; quae res aut ſic poteſt accipi, vt Attilae imperium

agentibus, et excurſionibus agros vaſtantibus Perſicum agmen ſuperueniens telis ſuperpoſitum aëra repleuiſſe. Itaque imminentis periculi metu retro abſceſſiſſe, et montes regreſſos pauxillum praedae abegiſſe. Magnam enim partem Medos extorſiſſe, et, vt hoſtium impetum euitarent, ad aliam viam deflexiſſe: et per loca, vbi ex petra maritima flamma ardet, illinc profectos, neſcio quot dierum itinere, ad propria remeaſſe. Atque ex eo ſatis proſpexiſſe, non magno interuallo Scythiam a Medis diſtare.

Quamobrem ſi Attilam impetus ceperit Mediam inuadendi,
37. non multum operae et laboris in eam inuaſionem conſumturum, neque magnis itineribus defatigatum iri, vt Medos, Parthos et Perſas adoriatur, et cogat tributi illationi ſe ſubmittere, Adeſſe enim illi magnas copias, quas nulla gens ſuſtinere poſſit. Nobis vero optantibus, vt Perſis arma inferret, et a nobis in illos belli molem auerteret: verendum eſt, inquit Conſtantiolus, ne, Perſis facile deuictis, non iam amplius amicus, ſed dominus inſultet. Nunc enim aurum ad ipſum defertur pro dignitate, qua ipſum ornauimus. Quod ſi Medos, Parthos et Perſas domuerit, minime a Romanis, qui eius imperio limitem conſtituunt, temperabit, ſed ſuos famulos arroganter reputans, grauia et intolerabilia mandata ſua facere coget.

§. 59.

Dignitas autem, cuius mentionem Conſtantiolus fecit, erat Romanorum exercituum Ducis, cuius decus Attila ab imperatore ſuſceperat [v]) ad hoc, vt ad eum ſtipendia eius, qui exercitus regebat,

etiam ad Hunnorum partem trans Tanaim pertinuerit, cum iſtinc in Mediam non longa via ſit: aut, quod potius reor, ita: vt Hunni ii hoc loco veniant, qui teſtibus Hieronymo et Philoſtorgio Rufini aſtu in Orientales prouincias inuaſerant, quorum pars deinde per Thraciam, traiecto boſporo, Hunnis Europaeis ſe coniunxerit, et ſub Vldino in Italia meruerit: neque enim intelligo, qui Romulus haec ſe ex Hunnis accepiſſe fateri poſſet: nusquam enim alias illi quidquam cum Hunnis fuit.

37. PRISCVS p. 65.

v) Attilam Ducis Rom. occidentalium titulo a. Valentiniano Aug. poſt cladem, quam in Gallia, miſſus illuc a. C. 439. contra Gothos, Littorius Hunnorum dux acceperat, ornatum autumat Pray p. 108, 109.

bat, mitterentur. Innuebat igitur, Attilam hoc nomen, aut aliud, quo Romanis illum vocare lubet, aut dignitatem, quam illi ornamenti loco eſſe exiſtimant, transgreſſurum et perrupturum, et pro Duce coacturum eos ſe Regem appellare. Iam tum enim, cum iraſcebatur, dicebat, exercituum duces ſuos eſſe ſeruos, qui quidem Attilae, non tamen imperatoribus Romanis erant honore et dignitate pares x).

§. 60.

Neque vero illi parua potentiae acceſſio contigerat ex eo, quod Martis enſis erat detectus. Hic, tanquam ſacer et Deo bellorum praeſidi dedicatus, a Scytharum regibus olim colebatur, et multis ante ſaeculis non viſus, bouis miniſterio fuerat tunc temporis erutus y).

§. 61.

Et vnoquoque de his, quae propoſita erant, dicere geſtiente, Onegeſius foras proſiliit, ad quem, vt ex eo diſceremus, quae noſtrae curae commiſſa fuerant, acceſſimus. Ille vero prius cum neſcio quibus barbaris collocutus, ſcire me ex Maximino iuſſit, quem Romani ex conſularibus legatum ad Attilam eſſent miſſuri? Vt in tentorium veni, et Maximino, quae mihi Onegeſius dixerat, recitaui; habita de eo, quod barbaris reſpondendum eſſet, deliberatione, redii, dixique Onegeſio, Romanos magnopere deſiderare, illum ſuarum cum Attila controuerſiarum diſceptatorem ad ſe accedere: qua ſpe ſi exciderint, imperatorem quem ſibi libuerit, legatum miſſurum. Extemplo me Maximinum acceſſere iuſſit, quem, vt venit, ad Attilam deduxit. Vnde non multo poſt Maximinus reuerſus, narrauit, barbarum velle, imperatorem ad ſe mittere legatos, aut Nomium z), aut Anatolium, aut ſenatorem, neque vllos alios praeter hos admiſſurum. Et cum Maximinus 38.

 ſub-

x) χαλεπαινοντα ειπειν, ὡς ἐκεινῳ μεν ὁι αυτȣ θεραπον̃τες εισι ϛρατηγοι· αυτῳ δε ου [forte, ὁι] τοις βασιλευȣσι Ρωμαιων ὁμοτιμοι.

y) Ad a. C. 444. referendum putat repertum Martis gladium Pray p. 114.

z) Νομον.

38. PRISCVS p. 66.

Imp. THEODOSIO II.

a. C. 449.

ſubderet, minime conuenire, legatos, qui ad ſe mittantur, deſignando ſuſpectos imperatori reddere: Attilam reſpondiſſe: ſi haec abnuerint, armis ſe controuerſias diſceptaturum.

§. 62.

Reuerſis nobis in tentorium, ecce ad nos Oreſtis pater, vos ambos, inquit, ad conuiuium inuitat Attilas, fiet vero illud ad nonam diei[a]. Tempore condicto obſeruato, vt venimus, et vna quoque Romanorum occidentalium legati, ſtetimus in limine coenaculi coram Attila. Hic pincernae, vt mos eſt in illis regionibus, calicem tradiderunt, vt ante accubitum vota faceremus. Quo facto et calice deguſtato, ipſa ſolia, in quibus nos ſedentes coenare oportebat, ingreſſi ſumus.

Hic praeparata erant ſedilia omnia circa parietes cubiculi ab vtroque parte diſpoſita: in medio ſedebat Attilas in lecto, e regione cuius erat et alter Attilae lectus, pone quem erant quidam gradus, qui ad eius cubile ferebant, linteis candidis et variis tapetibus venuſtatis et ornatus gratia contectum, ſimile cubilibus, quae Romani et Graeci nubentibus adornare pro more habent. Tum conuiuarum primum ordinem ad Attilae dextram ſedere conſtituerunt; ſecundum ad laeuam, in quo nos et *Berichus*[b], vir apud Scythas nobilis, ſed Berichus ſuperiore loco. nam Onegeſius in cathedra ad dextram regii thori, et e regione Onegeſii duo ex Attilae filiis ſedebant. Senior enim in eodem, quo pater, throno, non prope, ſed multum infra accumbebat[c], oculis prae pudore propter patris praeſentiam ſemper in terram coniectis.

Omnibus ordine ſedentibus, qui Attilae erat a poculis, ingrediens, pateram vini tradit. Hanc vbi ſuſcepit, priorem ordine ſalutauit, ſalutatione honoratus ſurrexit, neque prius eum ſedere fas erat,

a) Pray in Nota ad h. l. p. 134. Hoc eſt, inquit, circiter horam tertiam pomeridianam, erat enim magis coena, quam prandium, vti ex iis, quae Priſcus poſtea narrat, conficitur.

b) Otrocotſius Part. II. Orig. Hungar. Berichos, inquit, a Priſco nominatus nobilis Hunnus idem eſt, quod Berekes, quaſi Dumoſus. Pray p. 134.

c) ἐπι της ἐκεινȣ ἡϛο κλινης, ὀυκ ἐγγυς, ἀλλ' ἐπ' ἀκρου.

erat, quam merum deguſtans, aut etiam ebibens; poculum pocillatori redderet. Sedenti autem Attilae, ex more, qui conuiuio intererant, pocula ſuſcipientes, et poſt ſalutationem deguſtantes, honorem exhibebant. Vnicuique vero vnus pocillator aderat, quem, pincerna Attilae exeunte, introire ſuo ordine oportuit. Secundo ſedente et reliquis deinceps ad hunc modum honore affectis, Attilas nos ex Thracum [d)] inſtituto ad parium poculorum certamen prouocauit. Tum omnibus ſalutationis honore delato, pincernae receſſerunt.

Menſae vero iuxta Attilae menſam erant erectae, excipiendis tribus, aut quatuor, aut etiam pluribus conuiuis idoneae, quorum vnusquisque poterat, minime transgreſſis ſedium ordinibus, cultello ex ferculis, quod ſibi lubitum erat, deſumere. Deinde primus in medium acceſſit Attilae miniſter, diſcum carnibus plenum ferens:
poſt ipſum, qui reliquis miniſtrabant, panem et opſonia menſis ap- 39.
poſuerunt. Sed caeteris quidem barbaris et nobis coena, omnium eduliorum genere referta et inſtructa, praeparata erat, et in diſcis argenteis repoſita; Attilae in quadra lignea, et nihil praeter carnes.

Moderatum pariter in reliquis omnibus ſeſe praebebat, conuiuis aurea et argentea pocula, quibus bibebant, ſuppeditabantur; Attilae poculum erat ligneum. Frugalis admodum eius veſtis, nihil, quo ab aliorum veſtibus dignoſci poſſet, habebat, niſi quod erat pura et impermixta. Neque eius enſis erat aliqua illuſtri elegantia conſpicuus, neque calceorum barbarorum ligamina, neque eius equi fraena, vt reliquorum Scytharum, auro, aut lapidibus et aliis huiusmodi pretioſis gemmis erant ornata.

Vt opſonia primorum ferculorum fuere conſumta, ſurreximus, neque prius quisquam noſtrum ad ſedem ſuam eſt reuerſus, quam ſibi traditam pateram, vini plenam, ſeruato, quem ſupra diximus, ritu, Attilam ſaluum et incolumem precatus, ebibiſſet. Eo ad hunc modum honore culto, ſedimus. Tum noua fercula cuique menſae ſunt illatae, quae alia continebant eſculenta, ex quibus

d) Valeſius in Notis ad h. l. p. 207. Lege, inquit, meo periculo: κατα την των Θακων ταξιν, non Θρακων, vt eſt in editione vulgata, quae interpretem feſellit.

39. PRISCVS p. 67.

Imp. THEODOSIO II

a. C. 449.

vbi omnes, quoad ſatis eſſet, comediſſent, modo, quo ſupra, in pedes erecti, ebibito calice, ſedes noſtras repetiuimus.

§. 63.

Adueniente veſpere, ſublatis epulis, duo viri Scythae coram Attila prodierunt, et verſus a ſe factos, quibus eius victorias et bellicas virtutes canebant, recitarunt. In quos conuiuae oculis vultusque defixerunt. Et alii quidem verſibus delectabantur, aliis bellorum recordatio animos exſuſcitabat, aliis manabant lacrymae, quorum aetas affecta reddiderat corpus effoetum et imbecillum, ex quo eorum pugnandi ardor et cupiditas quieſcere cogebatur. Poſt cantus et carmina Scytha, neſcio quis, mente captus, abſurda et prodigioſa, nec ſani ſenſus quicquam praebentia reſonans et deblaterans, riſum omnibus commouit.

§. 64.

Poſtremo Zerchon Mauruſius introiuit. Edecon enim illi perſuaſerat, vt ad Attilam veniret, omnem operam et ſtudium pollicitus, quo vxorem recuperaret. Hanc enim cum illi Bleda ſtuderet, in barbarorum regione acceperat, quam in Scythia, ab Attila ad Aetium dono miſſus, reliquerat. Sed hac ſpe fruſtratus eſt, quia Attilas illi ſuccenſuit, quod ad ſua remigraſſet. Itaque tunc, arrepta feſtiuitatis occaſione, progreſſus, et forma, et habitu, et pronuntiatione, et verbis confuſe ab eo prolatis, modo Auſoniorum [e]), modo Gothorum, modo Hunnorum linguam intermiſcens, omnes laetitia et hilaritate diffudit, et effecit, vt in riſum, qui ſedari et extingui non poterat, prorumperent.

§. 65.

40. Sed Attilas ſemper eodem vultu, omnis mutationis expers et immotus permanſit, neque quicquam facere, aut dicere, quod iocum aut hilaritatem prae ſe ferret, conſpectus eſt; praeterquam quod

e) Vide quae in hunc locum commentatur Pray p. 135.

40. PRISCVS p. 68.

quod iuniorem ex filiis introeuntem et aduentantem, nomine *Irnach* f), placidis et laetis oculis eſt intuitus, et eum gena traxit. Ego vero cum admirarer, Attilam reliquos ſuos liberos parui facere, ad hunc ſolum aduertere, et animum adiicere; vnus ex barbaris, qui prope me ſedebat, et Latinae linguae vſum habebat, fide prius accepta, me nihil eorum, quae dicerentur, euulgaturum, dixit: Vates Attilae vaticinatos eſſe, eius genus, quod alioqui interiturum erat, ab hoc puero reſtauratum iri.

Vt vero conuiuium ad multam noctem protraxerunt, minime diutius nobis compotitioni indulgendum eſſe duximus, ſed frequentes exiuimus.

§. 66.

Die exorto Onegeſium adiuimus, dicentes, nos dimitti oportere, neque nobis diutius in vanum tempus terendum eſſe. Ille, Attilam quoque in ea eſſe voluntate, et nos dimittere conſtituiſſe, reſpondit. Itaque non multo poſt conſilium procerum de his, quae Attilas ſtatuerat, habuit, et litteras, quae ab eo imperatori redderentur, digeſſit. Aderant enim, quorum curae epiſtolas ſcribere incumbebat, inter quos erat Ruſticius, vir e ſuperiore Myſia ortus, qui ab hoſtibus captus, cum dicendi facultate valeret, barbaro laborem et operam in conſcribendis epiſtolis nauabat.

§. 67.

Dimiſſo conſilio, ab Onegeſio g) precibus contendimus, vt Syllae vxori, et eius liberis, qui in expugnatione vrbis Ratiariae h) vna cum matre ſeruituti mancipati fuerant, libertatem reſtitueret. Et vero ab his liberandis minime abhorrebat, ſed eorum liberationem magna pecuniae ſumma emtam volebat. Itaque nos eum ſupplices orare et obteſtari, vt habita eorum priſtinae fortunae ratione praeſentis calamitatis commiſeratione moueretur. Ille vt Attilam adiit, mulierem pro quinquaginta i) aureis liberam abire ſiuit, et eius filios dono ad imperatorem miſit. §. 68.

f) Ηρνας idem procul dubio, quem alibi (v. §. 95.) Ηρναχ idem Priſcus vocat. Cfr. Pray nota ad h. l. p. 135.

g) Nomen ex contextu ſupplet interpres.

h) De ea vide ſupra §. 24.

i) Ita perperam interpres: Graeca enim habent πεντακοσιοις, *quingentis*.

Imp. THEODOSIO II.

a. C. 449.

§. 68

Interea *Reccam* k), Attilae vxor, quae eius res domeſticas curabat l), nos etiam ad coenam inuitauit. Ad eam, vt erat multis Scythiae principibus comitata, accedentes, contigit nobis eius humanitate frui. Illa vero nos excepit mellitis et iucundis confabulationibus, et magnifico epularum apparatu. Tum vnusquisque eorum, qui aderant, ſurgens, Scythica comitate poculum plenum nobis porrexit, et eum, qui biberat, amplexus et oſculatus, illud excepit. A coena nos in tentorium noſtrum recipientes ſomnum cepimus.

§. 69.

Poſtridie iterum nos Attilas ad coenam inuitauit, et eodem, quo prius, ritu ad eum acceſſimus, et ad hilaritatem nos conuer-
41. timus. Accidit autem, ſeniorem ex filiis Attilae minime in hoc conuiuio in eius thoro vna cum ipſo accumbere, ſed *Oebarſium* m) patruum, quem patris loco ducebat.

Per totum conuiuii tempus nos blandis ſermonibus appellans, Maximinum imperatori dicere praecepit, vt Conſtantio, quem ad eum Aetius, vt ab epiſtolis eſſet, miſerat, vxorem daret eam, quae illi promiſſa fuerat. Etenim Conſtantius vna cum Attilae legatis

k) Ρεκαν. Pray p. 136. Alio loco, inquit, Crecam dixit, [vid ſupra §. 54.] ſuſpicor ob nominis ſimilitudinem, et, quae hoc loco narrantur, circumſtantias, eandem cum Recca eſſe. Otrocotſius diuerſam eſſe putat, et vtriusque etymologiam ſic explicat P. II. Orig. Hung. c. 12. *Recan* nomen vnius vxorum Attilae, idem mihi eſt, quo *Rokon cognatus*, *cognata*: aliquando et in amico compellando vſurpatur — *Kreka* alterius vxoris nomen, eſt vel *Kerek*, *rota*, vel *Kerika*, *rotula*.

l) παρα ἀδαμειτων ἀυτης πραγματων την ἐπιτροπην ἐχοντι. Leue (inquit Valeſius in Notis ad h. l. p. 207.) mendum totam ſententiam corrupit, quod facillimum erat ſola diſtinctione litterarum emendare. Scribe igitur: παρα Ἀδαμει των ἀυτης πραγματων την ἐπιτροπην ἐχοντι, i. e. interim Rhecan vxor Attilae nos ad coenam inuitauit in aedibus Adami procuratoris ipſius.

41. PRISCVS p. 69.

m) ω ἠβαρσιον, in marg. Ωηβαρσιον.

gatis ad Theodoſium venerat, et, ſe operam daturum, vt pax longo tempore inter Romanos et Hunnos ſeruaretur, dixerat, modo ſibi vxorem locupletem matrimonio copularet. Huic petitioni imperator annuerat, et Saturnilli filiam, viri et opibus et genere clari et ornati, ſe illi nuptui daturum promiſerat.— Sed imperatori ad exitum perducere, quod promiſerat, per Zenonem, virum conſularem, non licuit: is enim tunc temporis magna Iſaurorum manu ſtipatus, vrbi Conſtantinopoli, quae bello premebatur, praeſidio erat, et Eoos exercitus regebat. Itaque puellam cuſtodia eduxit, et Rufo cuidam, vni ex ſuis neceſſariis, deſpondit. Hac puella ſibi ſubtracta, Conſtantius barbarum orabat, ne ſibi factam contumeliam negligeret, ſed perficeret, vt illi vxor daretur, aut ea, quae erepta fuerat, aut etiam alia, quae dotem adferret. Quamobrem per coenae tempus barbarus iuſſit Maximino, vt imperatori diceret: non oportere Conſtantium ſua ſpe falli, et ab imperatoris dignitate alienum videri, mendacem eſſe. Haec Attilas Maximino in mandatis dabat, propterea, quod Conſtantius illi ingentem pecuniae ſummam daturum pollicitus erat, ſi eius ſtudio et opera vxorem e Romanis puellis locupletem duceret.

Adueniente nocte a coena diſceſſimus.

§. 70.

Tribus deinde diebus elapſis, muneribus donati dimiſſi ſumus. Attilas quoque *Berichum*, virum e Scythiae primoribus, multorum vicorum in Scythia dominum, et qui in conuiuio eodem, quo nos, ordine, ſed ſuperiore loco, ſederat, nobiscum legatum ad imperatorem miſit. Hunc enim et alias Romani pro legato admiſerant.

§. 71.

Nobis autem iter conficientientibus, et ad vicum quendam appellentibus, captus eſt vir Scytha, qui a Romanis explorandi gratia in barbaram regionem deſcenderat, quem crucis ſupplicio affici n) Attila praecepit. Poſtridie etiam, dum per alios vicos progrederemur, duo, qui apud Scythas ſeruitutem ſeruiebant, manibus

n) ἀνασκολοπισθῆναι.

Imp. THEODOSIO II.

a. C. 449.

nibus vincti poſt terga trahebantur, quod his, quos belli caſus ſuae vitae necisque dominos feciſſet, vitam eripuiſſent o). Hos, immiſ-
42. ſis inter duo cornua lignea capitibus, in cruce necarunt.

§. 72.

Berichus vero vsque dum Scythia exiuimus communi eademque nobiscum via iuerat, et placidus et amicus viſus fuerat. Vt Iſtrum traiecimus, propter quasdam vanas cauſas, a ſeruis profectas, nos inimicorum loco habuit. Et primum quidem equum, quem Maximino dono dederat, ad ſe reuocauit. Etenim Attilas omnes Scythiae principes, qui in eius comitatu erant, donis Maximinum ornare iuſſerat, et vnusquisque certatim illi equum contulerat, inter quos et Berichus. At ille, cum frugi ſe probare et moderationis gloriam reportare ſtuderet, ex equis oblatis paucos acceperat, reliquos reiecerat. Berichus igitur equum, quem Maximino dederat, ademit, neque deinceps eadem via ire, aut conuerſari nobiscum inſtituit. Itaque hoſpitalitatis teſſera, in barbara regione contracta, eo vsque progreſſa eſt. Hinc per Philippolim ad Adrianopolim nobis iter fuit p). In hac ciuitate paulum morae trahentes et quieſcentes, Berichum ſumus ſermone aggreſſi, et cum eo, quod tamdiu erga nos ſilentium tenuiſſet, expoſtulauimus. Nec enim vllam fuiſſe cauſam, cur nobis iraſceretur, quandoquidem in nulla re eum offenderamus. Itaque eo placato, et ad coenam inuitato, ab Adrianopoli mouimus.

In itinere Bigilam, qui in Scythiam reuertebatur, obuiam habuimus: quo edocto, quae Attilas ad legationem noſtram reſponderat, coeptum iter continuauimus. Vt CPlin venimus, Berichum exiſtimabamus iram abieciſſe; ſed agreſtis et ferae ſuae naturae minime eſt oblitus. Nam Maximinum inſimulauit dixiſſe, Areobindi et Aſparis exercituum ducum auctoritatem apud imperatorem nullius eſſe ponderis, et cum barbarorum leuitatem et inconſtantiam notaſſet, eorum geſta in nullo pretio habenda. CAPVT

42. PRISCVS p. 70.

o) ὡς τȣς κατα πολεμον ἀνελαντες δεσποτας.

p) Ab Occidente itaque ad Orientem. Vnde apparere videtur, regiam Attilae non Orientem et Septemtriones (vt Pray, coll. §. 34. not. h. putat), ſed Occidentem et Septemtriones verſus quaerendam eſſe.

CAPVT VI.

Fata Bigilae inſidiarum Attilae ſtructarum conuicti; Legationes eadem de re ab Attila ad Theodoſium, et a Theodoſio ad Attilam miſſae;

a. C. 449, 450.

§. 73.

REVERSVM Bigilam (tum forte contigerat Attilam in his locis eſſe, vnde profectus fuerat,) circumſtantes barbari, ad id praeparati, comprehenderunt, et manus in pecunias, quas Edeconi adferebat, iniecerunt, et eum ad Attilam adduxerunt. Is ex eo quaeſiuit, cuius rei gratia tantum auri adportaſſet? Ad ſubſidia rei familiaris reſpondit, et vt eorum, qui mecum ſunt, neceſſitatibus prouiderem, ne rerum neceſſariarum inopia, aut equorum, aut aliorum animalium vecturae aptorum penuria, quae per longa itinera deperierant, a ſtudio obeundarum legationum auocarer. Praeterea in redemtionem captiuorum: multos enim ex Romanis a ſe magnopere petiiſſe, vt proximos ſuos redimeret. Cui Attilas: ſed neque iam, o dira beſtia, Bigilam appellans, vllum tibi tuis cauillationibus iudicii ſubeundi patebit effugium, neque vlla ſatis iſta et idonea cauſa erit, qua meritum ſupplicium euitare poſſis. Longe enim maior eſt ſumma, quam qua tibi ſit opus ad ſuſtentandam familiam, vel etiam, quam impendas in emtionem equorum, vel animalium vecturae aptorum, vel liberationem captiuorum, quorum tamen omnium iamdudum Maximino et his, qui cum eo erant, interdixi commercium. Haec dicens, filium Bigilae (is tum primum patrem ſecutus in barbaram regionem venerat) enſe traiici iubet, niſi pater palam faceret, quem in vſum, et quam ob cauſam tantum auri adduxiſſet. Ille, vt vidit filium morti addictum, ad lacrymas conuerſus, ius implorare, et enſem in ſe mitti debere, non in filium, qui nihil commeruiſſet. Nec cunctatus, omnia 43

43. PRISCVS p. 70, 71.

clandeſtina conſilia, quae ab Edecone et eunucho et imperatore in Attilam compoſita fuerant, aperuit, et, ad preces prolapſus, orare et obteſtari, vt ſe occideret, et filium, nihil promeritum, liberaret.

§. 74.

Cum autem Attilas ex his, quae Edecon ſibi detexerat, Bigilam nihil mentitum perſpiceret, in vincula duci praecepit, a quibus non prius eum exſoluturum minatus eſt, quam eius filius, in eam rem dimiſſus, alias centum auri libras pro vtriusque liberatione exſoluiſſet: et Bigilas quidem in vincula eſt coniectus, filius autem ad Romanos rediit. Miſit etiam Attilas Oreſtem et Eslam Conſtantinopolin a).

§. 75.

44. Bigila inſidiarum in Attilam manifeſte conuicto, Attilas, ablatis ab eo centum auri libris, quas a Chryſaphio acceperat, extemplo Oreſtem et Eslam Conſtantinopolin miſit, iuſſitque Oreſtem, crumena, in quam Bigilas aurum, quod Edeconi daretur, coniecerat, collo impoſita, in conſpectum imperatoris venire, atque eunuchum interrogare, num hanc crumenam noſſet? Deinde Eslam haec verba ore proferre: Theodoſium quidem clari patris et nobilis eſſe filium; Attilam quoque nobilis parentis eſſe ſtirpem, et patrem eius *Mundiuchum* acceptam a patre nobilitatem integram conſeruaſſe, ſed Theodoſium tradita a patre nobilitate excidiſſe, quod tributum ſibi pendendo ſuus ſeruus eſſet effectus. Non igitur iuſtam rem facit, qui praeſtantiori, et ei, quem fortuna dominum demonſtrauit, tanquam ſeruus ſceleſtus et improbus, clandeſtinas inſidias paret. Neque ſe prius criminari illum eo nomine deſtituturum, quam eunuchus ad ſupplicium ſit traditus. Atque hi quidem cum his mandatis Conſtantinopolin perueniunt.

§. 76.

Eodem quoque tempore accidit, Chryſaphium a Zenone ad poenam depoſci, Maximinus enim renuntiauerat, Attilam dicere, decere imperatorem promiſſa adimplere, et Conſtantio vxorem, quam promi-

a) Reliqua vide §. 77. ſeqq. 44. PRISCVS p. 39.

promiſerat, dare. Hanc enim, inuito imperatore, nemini fas fuiſſe ducere, aut, qui contra auſus eſſet, poenas lueret, aut, ſi eo imperatoris res deductae eſſent, vt eorum, qui ſibi ſubditi erant, minime compos eſſet, ſe auxilium ferre paratum, quo eos ſuae voluntati obſequentes redderet. Sed Theodoſius iracundiam ſuam palam fecit, cum bona puellae in publicum redegit.

§. 77.

Hinc Attilas, illinc Zeno Chryſaphium ad poenam depoſcebant, omnium autem in eum animis et ſtudiis inclinatis, viſum eſt ad Attilam legatos mittere Anatolium et Nomium: Anatolium quidem regiorum tributorum praefectum, et qui pacis cum barbaro initae conditiones propoſuerat: Nomium vero magiſtri dignitatem gerentem, et in numerum patriciorum vna cum Anatolio allectum. Eo illi per omnes honorum gradus aſcenderant. Miſſus vero eſt cum Anatolio Nomius, non ſolum propter dignitatis amplitudinem, ſed etiam quia erat beneuolo in Chryſaphium animo, et apud barbarum gratia et auctoritate plurimum valebat, propterea, quod ad eius rationes ſe adiunxerat, cum ei, qui res, quae tunc erant, componere cuperet, minime pecuniis parcendum eſſe cenſuerat. Et illi quidem mittebantur; quo Attilam ab ira dimouerent, et pacis conditiones obſeruare perſuaderent. Qui dicerent quoque Conſtantio nuptum datum iri puellam, minime Saturnilli filiae genere et opibus inferiorem. Illam enim minime gratum huiusmodi matrimonium habuiſſe; itaque ſecundum legem alteri nupſiſſe. Nec 45.
enim apud Romanos fas eſſe, mulierem inuitam viro collocare. 46.
Miſit et eunuchus aurum ad barbarum, quo mollitus ab ira deduceretur.

§. 78.

Anatolius et Nomius Iſtro transmiſſo ad *Drenconem* fluuium vsque (ſic enim appellant) penetrarunt [b]). Illic Attilas, pudore et reue-

45. PRISCVS p. 71.
46. PRISCVS p. 72.
b) ἄχρις τȣ Δρεγκωνος λεγομενȣ ποταμȣ (ἐς την Σκυθικην, omiſit interpres) διεβησαν. Qui hic Δρεγκων, ſupra (§. 44.) Δρηκων a Priſco vocabatur fluuius.

Imp. THEODOSIO II.

a. C. 450.

bus cunctis munitisque locis ſuae ſeruituti, praeter Adrianopolin et Heracleam, cui nomen olim Perinthus, ſubactis, ad Athyram vsque caſtellum progreditur. Ad Attilam itaque legationem decernere Theodoſius cogitur: eique ſexies mille auri libras ad receſſum e Romanis finibus faciendum promittit, ac inſuper mille librarum tributum annuum, ſi pacem egerit, annuit ſe penſurum [k]). Porro Romanis copiis a bello contra Attilam receptis, paulo poſt diem obiit Theodoſius, menſis Iunii die 20. indictione tertia [l]).

CAPVT VII.

Res ab Hunnis tempore Marciani tam in Oriente quam in Occidente vsque ad Attilae obitum geſtae;

ab a. C. 450—554.

§. 82.

Imp. MARCIANO. a. M. 5943. a. C. 443. a. 1. Marciani [a]).

Imp. MARCIANO.

a. C. 450.

49. CVM primum Attilae nuntiatum eſt, Marcianum poſt Theodoſii mortem ad imperium perueniſſe, et quae Honoriae acciderant, Honoriam nihil ſe indignum admiſiſſe, quam matrimonium

k) Haec ad ea reſpicere videntur, quae §. 18. ex Priſco adtuli.

l) Plurium annorum res hic complecti Theophanem, facile apparet. Quae ſcilicet a Bledae obitu, vsque ad obitum Theodoſii contigerunt, in compendio narrat.

49. PRISCVS p. 39.

a) Ad hunc annum ea refert Theophanes. vide locum ipſum infra ad §. 85.

um ſecum contracturam ſpopondiſſet [b]. Miſit et ad Romanos in Oriente, tributorum conſtituendorum gratia. Sed re infecta legati vtrimque ſunt reuerſi. Etenim, qui Occidentis imperio praeerat, reſpondit: Honoriam ipſi nubere non poſſe, quod iam alii nupſi et. Neque imperium Honoriae deberi. Virorum enim, non mulierum Romanum imperium eſſe. Qui in Oriente imperabat, ſe minime ratam habere tributi illationem, quam Theodoſius conſenſiſſet. Quieſcenti munera largiturum, bellum minanti viros et arma obiecturum. Nec enim vires et copias ſibi deeſſe.

§. 83.

Itaque Attilas in varias diſtrahebatur ſententias, et illi in dubio haerebat animus, quos primum aggrederetur. Tandem melius rem ſe habituram viſum eſt, ad periculoſius bellum ſeſe conuertere, et in occidentem exercitum educere. Illic enim ſibi rem fore non ſolum cum Italis, ſed etiam cum Gotthis et Francis. Cum his [c], vt Honoriam cum ingentibus diuitiis in vxorem acciperet, cum illis [d], vt Genſerichi gratiam promereretur. At Francos bello laceſſendi illi cauſa fuit regum ipſorum obitus, et de regno inter liberos controuerſia. Seniori Attilas ſtudebat, iuniorem Aetius tuebatur, quem Romae vidimus, legationem obeuntem, nondum lanugine efflorеſcere incipiente, flaua coma et capillis propter denſitatem et magnitudinem ſuper humeros effuſis. Hunc etiam Aetius in filium adoptauerat, et plurimis donis ornatum ad imperatorem, vt amicitiam et ſocietatem cum eo faceret, miſerat. 50.

§. 84.

Sed Attilas antequam in eam expeditionem ingrederetur, rurſus legatos in Italiam miſit, qui Honoriam poſcerent. Etenim ſecum

b) τιμωρησειν γαρ αυτῃ, ει μη και τα της βασιλειας απολαβῃ σκηπτρα. *Se enim facta ipſi vlturum iniuriam, niſi etiam imperium obtineat.* (omiſit haec interpres).

50. PRISCVS p. 40.

c) προς Ιταλιωτας.

d) προς Γοτθους.

Imp. MARCIANO.

a. C. 450.

cum matrimonium pepigiſſe: cuius rei vt fidem faceret, annulum, ab ea ad ſe miſſum, per legatos, quibus tradiderat, exhiberi mandauit Itaque imperii parte ſibi Valentinianum cedere, aequum cenſebat, quam pater Honoriae reliquiſſet, ſed hac illam frater, quae eius erat auaritia et cupiditas, priuauerat. At Romani Heſperii in prima ſententia perſtiterunt, et Attilae mandata reiecerunt [e].

Olymp. 307. a. 1. a. 42. Theodoſii. Indict. 3.

§. 85.

a. C. 450.

51. α) VALENTINIANO VII. et Albino coſſ. Theodoſio et Valentiniano Auguſtis, expeditionem mouit aduerſus Romam et Conſtantinopolin Attilas, ex *Gepaedibus Hunnis* ortus, vna cum infinita copiarum multitudine, haecque Valentiniano, qui Romae imperabat, per quendam Gotthum ſuum legatum nunciauit: Imperat per me dominus meus et dominus tuus Attilas, vt ſibi palatium inſtruas. Pari quoque modo Theodoſio imperatori per quendam alium Gotthum legatum ſimilia mandata transmiſit.

§. 86.

Quibus quidem auditis, Aetius primus Romae ſenator, cum intolerandam audaciam fatui ac inepti mandati Attilae accepiſſet, profectus eſt in Gallias ad Allarichum [f], Romanorum hoſtem propter Honorium, illumque in Attilam impulit, vt qui Romani imperii

α) THEOPHANES: *Anno primo Marciani Attilas imperatores, et Romae principem Valentinianum maxime, bello vexare ſtuduit, quod Honoriam propriam ſororem ei coniugem locare recuſaſſet. Ad Aurelianam itaque ciuitatem progreſſus, conſertis cum Aetio Romanorum duce manibus, pluribus ſuarum copiarum ad Ligerim* [Λιγϋν] *fluuium amiſſis, ſuperatur, et cum dedecore proprios repetit fines.*

e) ἤιχετο μαλλον της τε πολεμε παρασκευης παν το των μαχιμων ἀγειρων πληθος. omiſit interpres.

51. CHRONICON PASCHALE p. 317. Theophanes p. 90.

f) Alaricus Iunior Viſigothorum rex? ſed hic, cum Oſtrogothi Theoderico duce Italia potirentur, adhuc ſuperſtes fuit vid. *Goth.* §. 60.

Imp. MARCIANO.

a. C. 450.

perii plurimas euertiſſet ciuitates. Illi e veſtigio impreſſione in illum facta, cum is ad Danubium fluuium caſtra poſuiſſet, multa millia de eius exercitu ceciderunt. Inter pugnandum vero Allarichus ſagitta ictus interiit: ſimiliter et Attilas, ſanguine e naribus erumpente, extinctus eſt g), dum cum Hunna pellice noctu dormiret. Quae quidem puella de eius nece ſuſpecta habita eſt.

De hoc bello ſcripſit doctiſſimus Priſcus Thrax.

a. M. 5945. a. C. 445. a. 3. Marciani.

§. 87.

a. C. 453.

[MAXIMVS iniuriam vxori ſuae a Valentiniano Auguſto illatam vlturus] Quoniam Aetium Attilae et ingentis exercitus *Maſſagetarum* h) Scytharumque aliorum, qui in Romanum imperium proruperant, recenti clade inclytum potentia valere plurimum videbat; eum coeptis ſuis impedimento fore putauit. [Valentinianum itaque induxit, vt Aetium nouis rebus ſtudere crederet, eique vitam eriperet.] 52

Et vero poſt obitum Aetii neminem ſibi parem aduerſarium offendens Attilas, omnem facile Europam depopulatus eſt, atque imperium vtrumque habuit vectigale, tributum annuum Auguſtis ipſi pendentibus.

§. 88.

β) Qua tempeſtate cum trans ſinum Ionium Aquileiam, vrbem maritimam, magnitudine et ciuium frequentia inſignem cir-

β) THEOPHANES: *Hoc anno* [v. marg. i)] *Attila Aquileiam incendio deuaſtauit.*

g) Ita (inquit Du Fresne in Notis ad Chron. P. p. 575.) Iornandes de rebus Get. c. XLIX. Theophanes &c. At Marcellinus Comes: noctu mulieris manu cultroque confoſſum ſcribit. — Res etiam geſtas Attilae praeter Priſcum alii ſunt proſecuti, Iornandes imprimis, Euagrius L. I. c. 17. Marcellinus Comes Proſper &c.

52. PROCOPIVS de B. V. L. I c. 4. p. 187. 188. Theophanes p. 92.

h) Hoc nomine Hunni apud Procopium veniunt.

i) Goar in Notis ad Theophanem p. 574. Aquileiam, inquit, anno Marciani tertio ab Attila dirutam ſcribunt Marcellinus, Caſſiodorus, Chronica Vngarica, Baronius, Valeſius et alii. conf. Pray Annales Hunnorum p. 163—166.

Imp. MAR-CIANO.

a. C. 453.

conſederet, caſum hunc felicem dicitur habuiſſe. Iam diu coepta obſidione, poſtquam vrbem nec vi, nec alia quapiam ratione capere potuit, deſpondens animum, copiis omnibus edixit, quae ad profectionem opus eſſent, haberent in expedito, vt poſtridie primo ſole mouerent. Poſtero die ſub ſolis ortum, ſoluta obſidione, barbari diſcedebant: cum ecce ciconia, quae in quadam turri murorum vrbis nidulata pullos alebat, inde ſubito cum prole exit. Volabat pater: pulli nondum plane ad volatum habiles, partim eum vna tentabant, partim vehebantur parentis dorſo: ita demum ab vrbe longiſſime auolarunt. Id vbi Attilas animaduertit, rerum omnium coniector egregius, ſubſiſtere exercitum iubet, haec addens, non illud temere factum, neque inde volucrem auolaſſe cum pullis, niſi quid ſiniſtri vrbi imminens praeſagiret. Itaque barbaricum exercitum ſe ad obſidium retuliſſe, ac paulo poſt muri partem, vbi auis nidificauerat, improuiſo collapſam, aditum et viam hoſti in vrbem dediſſe: denique Aquileiam vi captam fuiſſe tradunt.

§. 89.

53 γ) CVM veniſſet Attila, *Abarum* rex, ac vniuerſam Franciam depopulatus eſſet, ac perdidiſſet, Franci omnes Aquileiam cum reliquis Franciae vrbibus deſerere coeperunt, et ad Venetiarum inſulas k) habitatoribus vacuas venerunt, tuguria illic fecerunt ob Attilae regis metum. Hic autem Attila rex cum terram omnem deuaſtaſſet, et Romam vsque atque in Calabriam veniſſet, Venetiasque

γ) CHALCOCONDYLAS: *Habitarunt* [Veneti] *antiquitus regionem vergentem ad ſinum Ionium, et ab Illyrico in Italiam excurrentem. Antiqui eos Enetos* [Henetos] *nuncupabant; poſtmodum Veneti dicti ſunt. Profecti autem ex Epiro* [continenti], *par-*

53. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 28. p. 85. Chalcocondylas p. 99. qui haec occaſione belli Muhammedem inter et Venetos a. C. 1408. exorti refert.

k) Bandurius in Animaduerſionibus in librum Conſtantini Porph. de A. I. p. 63. 64. Quomodo, inquit, conditae fuerint Venetiae et quando, pluribus narrant praeter alios ſcriptores Veneti; inprimis autem Andreas Dandulus Sereniſſ. Dux Venet. qui XIV. Sec. floruit. — Hic in Chronico Venet. inedito Anno Dom. CDXXIV. inquit, Aquileienſes obſeſſi ab Attila Hunnorum rege, non valentes

Imp. MARCIANO.

a. C. 453.

que longe reliquiſſet, inuenta ſecuritate qui in inſulas Venetiarum confugerant, et, tanquam timore depoſito, omnes commorari ibi ſtatuerunt, et commorati ſunt in hodiernum vsque diem. Poſtquam vero Attilas receſſiſſet, multis poſt annis—contra Venetos profectus eſt Pipinus.

§. 90.

a. C. 452.[l]

Leo I. Pontifex[m] Romanus propter nomen Romanum ſuſcipiens legationem, ambulauit ad regem Vnnorum, nomine Athilam, et liberauit totam Italiam a periculo hoſtium. 54

tim neceſſitate ſubacti, vt quorum regio vaſtata eſſet ab Attila rege, vt in maiore ſecuritate eſſent in poſterum, inſulam quandam paruam et paluſtrem, diſtantem ab continente quindecim ſtadiis, aedificiis occupare ſtatuerunt.

ſe defendere, muros ciuitatis ſuae ſtatuis munierunt, et ſic decepto Attila et inaduertente, quaſi omnes Gradum cum omnibus mulieribus et paruulis ac ſuis bonis fugerunt, ibique perpetuo deinceps habitantes, Veneti, quaſi aduenae, ſunt nominati, vnde inter Gradenſes, qui prius fuerant habitatores ipſius loci, et Aquileienſes de Patriarchatu vsque hodie controuerſia verſatur. Poſthaec Attilas Altinum tranſiit, quod prius vocabatur Antenoride.—et ii ſimiliter paruulos cum matribus et theſauris miſerunt ad inſulas maris; tandem non valentes reſiſtere, noctu illinc fugerunt, ciuitasque praefata in ſolitudinem redacta eſt: erat enim ciuitas magna habens ſex portas, quarum vniuscuiusque incolae inſulam apprehendentes, propriis portarum nominibus eas vocarunt, vt Torcelum, Maiorbium, Buranum, Amorianum, Conſtantianum, et Aruianum. Aliqui ex huius vrbis ciuibus, ceſſante perſecutione, incolatum Paduae et Taruiſii elegerunt, a quibus illarum porta quaedam, vbi degebant, Altina vel Attilia nuncupata eſt. Idem Attila tranſiit Paduam: Rex vero ciuitatis iam miſerat Reginam cum filiis, mulieribus et paruulis et omni theſauro in Riuoalto; Attila autem vrbem impugnans Paduam deſtruxit; ciues vero qui euaſerant, in Riuoalto a Mathemauco venerunt. Cum itaque tantae multitudini praefatae inſulae non ſufficerent, tumbam non longe ab eis extare in oſtio portus proſpexerunt—vocata prius Troia, poſtea vero Pagos i. e. caſtrum Oliuolos latine dicitur, quod plenum vbi non eſt dare vacuum: et in eo profugûm pars non minima ſua firmauit domicilia—.

54. ANASTASIVS BIBLIOTH. in Vitt. Pontiff. p. 27.

l) In marg. vide Baronium ad an. Dom. 452. p. 178.

m) Qui coepit a. C. 440. Theodoſii 33. Valentin. 16. et Pontif. tenuit annis 21. menſe 1. diebus 26.

Imp. MARCIANO.

§. 91.

a. C. 453. n)

55. CVM Attilas tributum cum Theodoſio conuentum peteret, aut bellum minaretur, et Romani ſe illi per legatos ſatisfacturos reſpondiſſent, miſſus eſt Apollonius. Hic erat frater eius, qui Saturnilli filiam duxerat in vxorem, quam Theodoſius Conſtantio promiſerat.—Hic—itaque Apollonius—ducis dignitate auctus, legatione functurus ad Attilam miſſus erat. Sed transmiſſo Iſtro, minime aditum ad Attilam nactus eſt. Etenim Attilas ira aeſtuans, quod ſibi tributum et ſtipendium, a Theodoſio et optimis quibusque rerum imperatoris ſtudioſis et cupidis conſtitutum, non ſolueretur, legatum minime admiſit, eum, a quo miſſus erat, ludibrio habens. Quo tempore Apollonius magnanimi viri facinus auſus eſſe dicitur. Etenim quamuis Attilas minime ratam haberet eius legationem, neque ſui conueniendi poteſtatem facere vellet, nihilo ſecius dona, quae ad eum ab imperatore Apollonius attulerat, ſibi tradi poſtulabat, ni daret, mortem illaturum minabatur. Apollonius autem reſpondit, non decere Scythas in aliqua dubitatione verſari, vtrum dona, an exuuias accipiant, cum ea res eſſet in eorum arbitrio poſita: indicans, dona quidem a lubentibus et volentibus accepturos, ſi ſe tanquam legatum admitterent; ſin minus, quae eriperent, ſpolia potius, quam munera cenſeri debere. Sic igitur re infecta rediit o).

§. 92.

a. 4. Marciani.

a. C. 454.

56. Hoc anno—aduerſus Marcianum,—pactum a Theodoſio tributum reddi non ferentem, Attila bellum parabat. Interea puellae, cuius forma liberalis omnino fuit, amore captus, dum nuptias cum illa celebrat, vino maxime madidus, ac profundo ſomno grauatus, ſubinde copioſo ſanguinis profluuio e naribus atque ore erumpente, vitam finiit p). Tam amplam vero patris ditionem excipientes filii et ad ſe inuicem diffidentes, facile profligantur. §. 93.

55. PRISCVS p. 72. 73. idem p. 40. haec habet: *Attilas vaſtata Italia ad ſua ſe retulit, et Rom. imperatoribus in oriente bellum et vaſtitatem denuntiauit, propterea, quod tributum ſibi a Theodoſio conſtitutum non ſolueretur.*

n) Conf. Pray p. 170,

o) omiſit haec interpres.

56. THEOPHANES p. 92.

p) Conf. §. 86.

Imp. MARCIANO.

a. C. 454.

§. 93.

ALIQVANTO ante [quam Zeno Byzantii et Auguſtulus in occidente imperarent] Romani Scirros, Alanos et alias quasdam gentes Gotthicas in ſocietatem aſciuerant, ex quo illas ab Attila et Alarico clades acceperant. 57.

CAPVT VIII.

Res Hunnica ſub filiis Attilae;

ab a. C. 457—468.

§. 94.

Imp. LEONE I.

Imp. LEONE I.

a. C. 457.[a]

EODEM tempore [quo nempe Scirri et Gothi, bello a ſe inuicem disiuncti, Romanos auxilia rogarunt[b]] venit et ad Leonem imperatorem legatio a filiis Attilae, vt, omnibus omnino praeteritorum diſſidiorum cauſis reſecatis, pacem inirent. Itaque Romani, vt olim erat in more poſitum, ad Iſtrum vsque procedentes, mercatum celebrarent, ex quo inuicem, quae ſibi opus eſſent, deſumerent. Et ea quidem legatio re infecta rediit. Nec enim imperator rationibus ſuis conducere arbitratus eſt, commoditates, quae propriae Romanorum eſſent, Hunnis, qui tot eos damnis et cladibus affecerant, communicare. 58.

§. 95.

57. PROCOPIVS de B. G. L. I. c. 1. p. 308.

58. PRISCVS. p. 44.

a) Ad hunc annum haec referenda docet Pray p. 180.

b) Cfr. *Gothica* §. 74.

Imp. LEO-
NE I.

a. C. 457.

§. 95.

At vero Attilae filii, renuntiata legatione, inter ſe diſſenſerunt. Etenim DENGISICH [c], legatis nulla re impetrata reuerſis, bellum Romanis indici volebat. Cui quidem apparatui IRNACH [d] repugnabat. Nec enim, bellum longius a patria geri, expedire exiſtimabat [e].

Dengizich bellum Romanis intulit, et Iſtro potiri inſtitit [f]. Quod vbi Ornigiſclus [g] didicit (is in ea parte Thraciae, quae ad Iſtrum eſt, cuſtodiae ripae fluminis praefectus erat) per ſuos ex eo
59. quaeſiuit, an ea mente eſſet, vt acie decertare vellet Sed Dengizich Anagaſtum contemnens, ab eo miſſos re infecta dimiſit, et per legatos imperatori denuntiauit, ſe bellum illaturum, niſi ſibi ſuisque terram, quam incolerent, et pecunias alendo exercitui, qui ipſum ſequebatur, ſubminiſtraret. Legatis in regiam introductis et mandata exponentibus imperator reſpondit, ſe omnia paratum facere, quo eos ſuo imperio obſequentes redderet [h]. Sibi enim pergratum et iucundum eſſe, ſi quando inimici in foedus ſocietatemque transirent.

§. 96.

Anagaſtus, Baſiliſcus et Oſtroulus et alii quidam duces Romani in locum abruptum et concauum Gotthos incluſos obſederunt. Ibi Scythae victuum inopia laborantes, Romanos, miſſis legatis, certiores fecerunt, ſe omnibus, quae ſtatuerint, parituros, modo ſibi terram ad inhabitandum concederent. Romani reſponderunt, ſe ad imperatorem eorum poſtulata delaturos eſſe. At Scythae de fame, quae eos premebat, transigere velle dixerunt, neque longiores inducias ferre poſſe. Romanis ordinibus praepoſiti, habito con-

c) Δεγγιζιχ.

d) Ηρναχ.

e) Quae hic ſequuntur de Saraguris et Acattiris, cum ſuperioribus coniungenda eſſe putat Pray p. 180. Quod mihi aliter videtur. locum ipſum vide infra §. 161.

f) τῃ τȣ Ιςρου προσκαρτερουντος.

g) Αρνιγισκλος legendum eſſe docet Du Freſne in Notis ad Chronicon Paſch. p. 575.

h) ἐιγε ὑπακȣσομενοι αυτῳ παραγενωνται.

59. PRISCVS p. 45. 46.

a. C. 457.

conſilio, tantiſper dum imperator illis proſpiceret, alimenta praebituros polliciti ſunt, ſi Scythae Romanorum multitudini proxime ad eorum modum ordinati accederent. Facilem enim fore ſingulis ordinum ductoribus eorum, qui ſibi ſorte obuenerint, tuitionem et adminiſtrationem potius, quam ducibus, qui vniuerſos exercitus regant, quippe qui in illis cura ſua et diligentia complectendis inter ſe ſint aemulatione certaturi. Itaque Scythae his, quae legati renuntiarunt, paruerunt, ſeque in tot et eosdem ordines diſtribuerunt, in quos Romani erant diſtributi. Quo facto, *Chelchal*, vir genere Hunnus, [Gotthis, qui ſub eo merebant, vt Hunnos adorirentur perſuaſit. Inde acri orto Gothos inter, Hunnos et Romanos proelio, multi ceciderunt i).] Ex qua pugna qui ſuperſtites ex Scythis fuerunt, eos Romanae legiones deleuerunt: ad hunc modum ſoluta eſt obſidio.

§. 97.

a. C. 468. Olymp. 311. a. 4. a. 11. Leonis. indict. 6.

60\. Anthemio Auguſto 2do coſ. *Dinſirichus* k), Attilae filius, ab Anagaſto l) magiſtro militum Thraciae caeſus eſt, cuius caput allatum eſt Conſtantinopolin, dum Circenſes agerentur, et per mediam vrbis plateam traductum et ad Xylocircum delatum, paloque infixum eſt: ad quod ſpectaculum vrbs vniuerſa egreſſa eſt per aliquot dies.

§. 98.

a. C. 468. m)

61\. Valamer, Theuderici pater, poſt Attilae filios in Gotthicam gentem Leonis temporibus imperium exercuit n).

§. 99.

i) Locum integrum vide in *Gothicis* §. 75.

60\. Chronicon Paschale p. 323.

k) Δινζιριχος. Priſco Δεγγιζιχ. Du Freſne in Notis ad h. l. p. 580. Ita, inquit, praefert Cod. Vat. et Scaligeri editio, vbi Γινζιριχος ediderat Raderus. Denzicem vocat Marcellinus, qui id refert ad annum ſequentem.

l) Du Freſne l. c. Is, ait, Magiſter militum per Thracias Arnegiſilo Magiſtro ſucceſſerat. Illius praeterea meminit Suidas in voce ὑποστας.

61\. Theophanes p. 112.

m) Annum ex §pho praecedente adſcribo.

n) Locum integrum vide in *Gothicis* §. 119.

Imp. LEONE I.

a. C. 468.

§. 99.

62. MARCELLINVS Romanorum Occidentalium dux—inſula [Sicilia] ceſſerat, propterea quod maiorem exercitus ſui partem ei Ricimerus abduxerat, et militibus eius pecunias largiri, (erant autem fere omnes Scythae o)) quo illis perſuaderet, a Marcellino deficere, in animo habebebat.

CAPVT IX.

Hunnorum in Europaeas imperii Orientalis prouincias incurſiones; *ab a. C. 474—565.*

§. 100.

Imp. ZENONE.

Imp. ZENONE.

a. C. 474.

63. IMPROBAE—adminiſtrationis ſpecimen Zenone ſub ipſis imperii primordiis exhibente, hinc Saraceni Meſopotamiam, illinc Vnni Thraciam, damnis vbique grauibus illatis, excurrerunt: dum inter haec imperator foedis voluptatibus et nefariis facinoribus indulgeret.

Imp. ANASTASIO. a. M. 6006 a. C. 506. a. 23. Anaſt.

§. 101.

Imp. ANASTASIO.

a. C. 514.

64. VITALIANVS, occupata vniuerſa Thracia, Scythia et Myſia, ducens ſecum ingentem Vnnorum a)) et Bulgarorum numerum cepit

62. PRISCVS p. 74.

o) Hoc nomine Hunni apud Priſcum veniunt.

63. THEOPHANES p. 103. Cedrenus T. I. p. 351.

64. THEOPHANES p. 137. Anaſtaſius. p. 54. Cedrenus T. I. p. 363.

a) Hic, et vbi Procopius Hunnorum cum Slauis in Rom. prouincios irrumpentium meminit, Cuturguros intelligi putat Pray p. 197.

Imp. ANASTASIO.

a. C. 447.

pit Anchialum et Odyſſopolim [α]), ipſumque Thraciae militiae magiſtrum Grillum, praedis quaquauerſus ad Byzantium vsque abactis, comprehendit. At cum vrbi parceret, ad Soſthenium caſtra metatus eſt. [Epiſcopis exſulibus reuocatis] pax eſt conciliata, et ipſe domum repetiit.

§. 102.

Imp. IVSTINIANO I.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 527.

IVSTINIANVS ſimulatque capeſſiuit auunculi principatum, id 65
omni ſtudio, nulla dignitate egit, vt publicum aerarium, quo iam potiebatur, exhauriret. Nam Hunnos, qui ſaepius ad ſe aduentarent, praeter impenſas magnis etiam largitionibus auxit. Vnde Romanorum prouinciae frequentibus barbarorum expoſitae ſunt incurſionibus; qui ad Romanas opes, quas ſemel delibaſſent, redibant, ab iisque diuelli ſe non patiebantur.

§. 103.

POTITVS imperio Iuſtinianus extemplo omnia miſcere, quae 66.
priſcis legibus prohibita eſſent, in remp. introducerer — fortunarum rapinas illico — prodegit barbaris —. Tranquillam Romani cum exteris gentibus pacem habebant; hic ſanguinario furore ſtandi loco impatiens, omnes vndique barbaros inter ſe commiſit; et Hunnorum ducibus nulla occaſione accerſitis, immanes pecunias perdita munificentia largitus eſt, amicitiae, vt aiebat, cauſa conciliandae et firmandae; quod et ſub Iuſtino principe ab eo factitatum iam diximus. Illi, accepta pecunia, alios duces, eorumque cohortes ſollicitabant, qui in fines imperii excurrerent populabundi, venum et ipſi pacem daturi, cui ſic eam mercari libitum eſſet. Hi ſtatim Romanorum vrbes depraedati ſunt, ſua nihilominus meriti apud imperatorem ſtipendia. Poſt hos en tibi e veſtigio alios profligatae

α) CEDRENVS: *multas vrbes.* [reliqua vt Theophanes omnia.]

65. PROCOPIVS in Hiſtoria Arcana c. 8. p. 24, 25.

66. Id. ibid c. 11. p. 33, 34.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 527.

gentis Romanae populatores, qui, acta praeda, inſuper incurſionis mercedem conſequerentur a munificentiſſimo principe. Et, vt paucis abſoluam, nullum tempus intermiſerunt ab hisce quaſi in orbem redeuntibus rapinis et excurſionibus. Nam cum multiplices eſſent horum barbarorum tribuni atque ſtationes, bellum quaſi per manus tradebatur, ab immoderatis Auguſti largitionibus coeptum, nullo fine claudendum. Semper enim a principio in orbem redibat, ita, vt ſub id tempus nullus fuerit Romanorum locus, aut mons, aut ſpecus a praedis immunis; quin multae prouinciae quinta et amplius oppreſſae ſint vaſtatione. Haec mala ab his illata; nec non a Medis, Saracenis, Sclabenis et Antis et barbaris aliis—. Soluendi nulla cauſa foederis auctor fuit, omni ſtudio in ſocietatem pertractis Alamundaro et Hunnis Perſarum ſociis ac foederatis.

§. 104.

67. Illyricum, Thraciamque totam, Graeciam, Cherſoneſum, et omnes, quae a faucibus Ionii maris ad Byzantinorum vsque ſuburbana interiectaeque regiones populique ſunt, ex quo tempore rerum potitus eſt Iuſtinianus, Hunni, Sclabeni, Antae [b] pene quotannis incurſionibus crudeliſſime depopulati ſunt.

§. 105.

a. 6. Iuſtiniani c).

a. C. 533.

68. [PACE Romanos inter et Perſas reſtituta, a Perſis redditus eſt Romanis] Dagaris, qui multis poſtea proeliis Hunnos fudit, et ex Romano imperio, in quod ſe effuderant, exterminauit.

§. 106.

a. 12. Iuſtiniani.

a. C. 539.

69. IN eos [Bulgaros puta, qui in Thraciam irruperant] *Acum*, patria Hunnus, quem e ſacro fonte ſuſcepit imperator, per Illyricum militiae magiſter, expeditionem ſuſcepit. [Fuſis Bulgaris et]

e

67. Id. ibid. c. 18. p. 54. conf. *Slauica*.

b) Et alibi has gentes coniungit Procopius. Loca ipſa vide in *Slauicis*. De victu et moribus Slauorum Hunnicis ſimilibus vide *Slauica*.

68. PROCOPIVS de B. P. L. I. c. 22. p. 66.

c) Vide p. 65.

69. THEOPHANES p. 184. 185.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 539.

a pugna reuertentibus Romanis—Conſtantinus vna cum Acum viuus comprehenſus eſt.— Acum—retento, cum caeteris captiuis ad proprios lares remearunt [Bulgari d)].

§. 107.

a. C. 540.

a. 13. Iuſtiniani.

Eodem tempore e) cometes apparuit—cuius cauda occaſum, caput ortum ſpectabat. Sagittario ſubiectus poſitum in Capricorno ſolem ſubſequebatur—Dies amplius XL. effulſit—. Igitur continuo Hunnorum f) ingens exercitus traiecto Iſtro Europae vniuerſae incubuit. Id quidem antea ſaepe factum: at nec tot vnquam nec tantae in has oras inuectae fuerant calamitates. Etenim ab Ionio ſinu ad ipſa Byzantii ſuburbia continenti curſu omnia populati barbari, caſtella in Illyrico XXXII. ceperunt: vrbem Caſſandriam, dictam olim, quantum intelligere poſſumus, Potidaeam, vi occuparunt g), antea ſoliti murorum oppugnationibus abſtinere; et cum opulenta praeda captiuorumque centum ac viginti millibus domum omnes obſiſtente nemine remigrarunt. 70.

§. 108.

Poſtmodum etiam crebris eruptionibus Romanos attriuerunt. In Cherſoneſo murum adorti, qui ad ſinum Melanem exſtructus eſt,

d) Locum integrum vide in *Bulgaricis §. 6.*

70. PROCOPIVS de B. P. L. II. c. 4. p. 95, 96.

e) Quo bellum aduerſus Romanos parabant Perſae, a. 13. imperii Iuſtiniani I. l. c. p. 94.

f) Hoc anno irruptionis Bulgarorum meminit Theophanes p. 185. ibique, *Exinde*, ait, *profunda pax per Thraciam acta, Hunnis Danubium traiicere nusquam amplius auſis.* Conf. *Bulgarica §. 7.*

g) Huius rei etiam meminit Procopius de Aedificiis L. IV. c. 3. p. 73. vbi, *Peninſula eſt*, inquit, *Pallene; cuius aditum priſci incolae muro praeſtruxerant; itaque iuncto vtrinque mari, vrbem ibi condiderant, Potidaeam olim, Caſandriam hodie dictam. Quidquid fuerat eo loci exſtructum, id longa dies ita corruperat, vt quidam Hunni, dum oram illam infeſtam haberent, quaſi aliud agendo et ſeptum et vrbem impune expugnauerint; quamuis nunquam poſt homines natos munitionibus oppugnandis operam dediſſent. Hinc Iuſtinianus—Pallenes—vrbem, qua regio tota protegitur, clauſtrumque aditus ita muniit, vt vim omnem inimicam aperte ſuperent.*

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 540.

eſt, eum qua mari alluitur, ſuperauerunt, deiectis propugnatoribus: itaque muros longos transgreſſi, facto in Romanos Cherſoneſi incolas nec opinato impetu, multos vita, reliquos fere omnes libertate priuarunt. Nonnulli freto, quod inter Seſtum et Abydum eſt, tranſito, populati ſunt Aſiam, reuectique in Cherſoneſum, cum reliquo exercitu cunctaque praeda patriam repetierunt.

§. 109.

Altera irruptione Illyrico Theſſaliaque vaſtatis, cum ad Thermopylas manum oppugnandis moenibus admouiſſent, a cuſtodibus fortiſſime repulſi, dum viarum anfractus explorant, praeter opinionem inuenere tramitem, quo in montem illic eminentem euaditur. Hinc Graecis pene vniuerſis, praeter Peloponneſios, deletis, remearunt.

§. 110.

anno 10. Belli Gothici.

a. C. 545.

71. [ANNO decimo belli Gothici [h]] Hunnorum exercitus, facta in Illyricum irruptione, eorum [Illyriorum, qui ſub Beliſario in Italia militabant] liberos coniugesque in ſeruitutem abduxerat. Cuius rei nuntius ad victus inopiam, qua in Italia laborabant, accedens, illos migrare compulit.

§. 111.

a. 11. B. G.

a. C. 546.

72. [ANNO vndecimo [i]) belli Gothici Antis vrbem antiquam Turrim, trans Iſtrum ſitam] agrosque circumiacentes pro iure veteri, quo ad Romanos pertinerent, daturum ſe Iuſtinianus Aug. ſpopondit. eorumque amicitiam aliturum omni ſtudio,—modo vt, icto ſecum foedere, Hunnis Romanum imperium incurſare volentibus ſeſe vsque opponerent [k]). §. 112.

71. PROCOPIVS de B. G. L. III. c. 11. p. 490.

h) Exiit annus nonus B. G. p. 487. exiit a. decimus p. 492.

72. Id. ibid. c. 14 p. 499.

i) Exiit a. 10. B. G. p. 492. exiit a. 11. p. 500.

k) Locum integrum vide in *Slauicis*.

§. 112.

a. C. 552. a. 17. B. G.

Narses [anno decimo ſeptimo l)] belli Gothici]—in mediam Thraciam cum ſuis progreſſus, aliquamdiu Philippopoli ſubſtitit, intercluſo itinere turmis Hunnorum, qui facta in Romanum imperium irruptione, agebant ferebantque omnia, nemine repugnante. At vbi partim Theſſalonicam, partim Byzantium diſceſſerunt, aegre illinc expeditus, porro perrexit. 73.

§. 113.

a. C. 562. a. M. 6054. a. C. 554. a. 35. Iuſtiniani.

Hoc anno m)—menſe Aprili Anaſtaſiopolis Thraciae vrbs ab Hunnis occupata eſt. 74.

§. 114.

a. C. 527-565. n)

Amazones ad bellum viros ſecutas eſſe, ex iis coniicio, quae contigerunt aetate mea: ſiquidem progenitorum natura in ſtudiis atque artibus elucet ad nepotes tranſmiſſis. ſaepe igitur accidit, vt, cum Hunni per imperium Romanum graſſarentur, collata cum obuiis manu pars eorum occumberet. Poſt barbarorum diſceſſum Romani caeſorum cadauera inſpicientes, in his feminas repererunt. 75.

§. 115.

a. C. 527-565.

Cvm Boſpori et Cherſonis, quae vrbes maritimae in eo littore trans paludem vltraque Tauros ac Tauroſcythas ad imperii Romani limitem ſitae ſunt, cum, inquam, harum vrbium muros funditus labaſcere comperiſſet [Iuſtinianus], pulcherrimos fecit et validiſſimos. Ibidem Aluſtii caſtellum extruxit et Gorzubitenſe. Praecipue 76.

73. Procopivs de B. G. L. IV. c. 21. p. 626.

l) Exiit a. 16. B. G. p. 625. exiit a. 17. p. 639.

74. Theophanes p. 200.

m) Vid. marginem.

75. Procopivs de B. G. L. IV. c. 3. p. 571.

n) Sunt anni imperii Iuſtiniani I.

76. Procopivs de Aedificiis L. III. c. 7. p. 63.

cipue vero vrbem Boſporum muniit, quam barbaria pridem infectam, et in poteſtatem Hunnorum redactam, ad Romanam ditionem traduxerat.

§. 116.

77. In Europa—opera fecit [Iuſtinianus]—talia qualia poſtulat fluminis Iſtri vicinitas, et conſequens inde neceſſitas, ob imminentes illis partibus barbaros Et vero inſtant Hunni, Gotthique accolae: vim faciunt gentes Tauricae Scythicaeque o), Sclaueni, et quicunque vel Sauromatae Hamaxobii, vel Metanaſtae ab hiſtoricis antiquiſſimis dicti: ac ſi qua alia ferina hominum natio ibi domos habet, aut per paſcua vagas, aut ſtabiles.

§. 117.

78. Ad oram fluuii [Iſtri] Hunnorum, vt vocant, caſtro veteri cum alia prouidit [Iuſtinianus], tum muros accurauit. Non procul ab hoc Hunnorum caſtro geminis hinc inde praeſidiis munitus Iſter fuerat. Ac Palatiolum quidem appellarunt, quod erat in Illyrico, oppoſitum vero Sicibadam. Haec aeuo peſſumdata imp. Iuſtinianus renouauit: quo facto incurſus repreſſit barbarorum illius tractus.

§. 118.

79. Factiosi p) ſtatim comere caeſariem, ac nouo quodam et Romanis alieno cultu recidere; nam mento et alis intonſis, quae Perſarum more prolixe lubebat promittere, ſinciput capillitio ad tempora vsque nudarunt, coma ad occipitium permiſſa, vt Maſſagetae ſolent, nulla lege diffluere; quare et hunc habitum Hunnicum appellauere—. Veſtis manicae ad volam ſtrictiſſime coibant; inde vero ad humeros, in miram amplitudinem diffundebantur—. Humeralia, tibialia et pleraque calceamentorum genera Hunnorum ad ritus nomenque vſurpabant.

§. 119.

77. Id. ibid. L. IV. c. 1. p. 66.

o) ἔθνη γαρ αυτη γειτονȣντα διακεκληρωται Ουννικα τε και Γοτθικα και τα ἐν ταυροις, και τα ἐν Σκυθαις ἀνταιρει.

78. Procopivs de Aediff. L. IV. c. 6. p. 82.

79. Idem in Hiſt. Arcana. c. 7. p. 21. 22.

p) Veneti nempe et Praſini.

§. 119.

BARBARVM quoddam eſt et Hunnis magis vſitatum ſtratagema [hoſtibus terga vertere, eos in campum vel alium commodum locum euocandi conſilio.] 80.

CAPVT X.

Res geſtae Vturgurorum et Cuturgurorum.

*ab a. C. ***—574.*

SECTIO I.

Vturgurorum et Cuturgurorum ſedes et migrationes.

§. 120.

(a. C. 551. [a])

PONTI Euxini littus Zecchi inſederunt—. Ipſis vlterior eſt Sagidarum regio —. Vltra Sagidas ſiti ſunt varii Hunnorum populi. Regio ſequitur, quam appellant Eulyſiam. Huius incolae bar- 81.

80. AGATHIAS p. 34. idem in praefatione Hiſtoriae praemiſſa, p. 89. *In Procopii*, inquit, *Hiſtoria reperias — Hunnorum etiam excurſiones, qui ea tempeſtate transmiſſo Danubio Rom. imperium quam maximis damnis affecerunt; Illyrios et Theſſalos maximamque Europae partem depopulati; partem etiam Aſiae, transmiſſo Helleſponto.*

81. PROCOPIVS de B. G. L. IV. c. 4. p. 572, 573.

a) Sub hoc anno, decimo ſexto belli Gothici, ſequentia narrat Procopius.

Imp. IVSTI-
NIANO I.

a. C. 551.

barbari qua maris littus, qua tractum mediterraneum obtinent, ad paludem vsque Maeotim Tanaïmque fluuium exonerantem ſe in eam paludem. Palus autem in Ponti Euxini littus euoluitur. Qui illic habitant, *Cimmerii dicti olim*, *iam vocantur Vturguri.* Vlteriora ad ſeptentrionem habent Antarum populi infiniti b).—

§. 121.

82. Quae loca proxime memoraui, ea colebat olim multitudo ingens Hunnorum, qui tunc Cimmerii vocabantur, vnique omnes regi parebant. Aliquando his quidam praefuit, cui duo erant filii; VTVRGVR alter nomine, alter CVTVRGVR. Patre mortuo, regnum inter ſe ambo partiti, de ſuo nomine dixere ſubditos: inde alii Vturguri etiamnum, alii Cuturguri appellantur. Ibi omnes degebant, iisdem plane inſtitutis vtentes, nihilque habentes commercii cum populis trans paludem eiusque fauces habitantibus, cum eas aquas nec traieciſſent vnquam, nec traiici poſſe exiſtimarent, rem facillimam ideo reformidantes, quod ipſis eſſet hactenus intentata, neglecto penitus tranſitu. Vt quis paludem eiusque meatum ſuperauit, in ipſo ſtatim littore antiquas intrat ſedes Gotthorum Tetraxitarum. — c)

§. 122.

Procedente tempore, ferunt, (ſi vera eſt fama) adoleſcentes quosdam Cimmerios, venationi deditos, cum cerua, quam agitabant, in aquas illas inſiluiſſet, eam ſecutos eſſe, ſiue laudis ac victoriae ſtudio, ſiue diuino quodam inſtinctu; nec deſtitiſſe, donec ad littus oppoſitum cum illa perueniſſent; atque id quidem, quodcunque demum fuerit, quod inſectabantur, repente euanuiſſe, eo tantum, credo, obiectum oculis, vt poſitis ibi barbaris oriretur calamitas: adoleſcentes vero, venationis conſilio fraudatos, pugnae
83. praedaeque opportunitatem nactos eſſe. Mox enim reuerſi in patriam, Cimmeriis omnibus ſignificarunt, illic aquas vado tranſiri poſſe. Itaque ſumtis confeſtim armis cum omnibus copiis in aduerſam

b) Reliqua ad res Gothorum Tetraxitarum attinent. quae vide in *Gothicis* §. 374, 375.

c) Quae his ſubiungit Procopius, vide in *Gothicis* §. 376.

82. PROCOPIVS de B. G. L. IV. c. 5. p. 574.

83. Id. ibid. p. 575.

a. 551.

uerſam continentem euaſerunt [d] —. Tum Gotthos, qui regionis illius campos incolebant, adorti inopinato, multis occiſis, reliquos omnes in fugam agunt [e]. —

§. 123.

Illis partim vita, partim patria expulſis, vt dictum eſt, regio in poteſtate Hunnorum fuit, atque illic Cuturguri, accitis liberis et vxoribus, conſederunt; vbi etiamnum habitant, et quamuis multa ſingulis annis ab imperatore dona accipiant, haud tamen abſiſtunt eius prouincias, tranſito Iſtro flumine, incurſare, Romanorum ſimul ſocii, ſimul hoſtes.

§. 124.

Vturguri cum ſuo principe reuertentes in patriam, vt eam deinceps tenerent ſoli, cum ad paludem Maeotidem acceſſiſſent, in Gotthos Tetraxitas inciderunt, [et cum illis armis congreſſi ſunt.] [f] Dein tamen, cum neque Hunni tempus ibi terere vellent, neque hoſtium multitudini ſe reſtituturos Gotthi ſperarent, colloquio habito 84.
conuenit, vt permiſti vna traiicerent, et Gotthi fixis in oppoſita continente ſedibus, ad littus aluei, quo palus influit, vbi hodieque habitant, amici in poſterum ſociique Vturgurorum pari cum ipſis iure viuerent. Sic igitur Gotthi iſti domicilia ibi collocarunt, et Cuturguris, vt dixi, trans paludem relictis, ſoli Vturguri oras patrias retinuerunt, Romanis nihil negotii faceſſentes. Cum enim non ſint eorum accolae, ſed multis interpoſitis gentibus diſcludantur, inuiti vim ab illis abſtinent.

§. 125.

Vltra paludem Maeotidem fluuiumque Tanaim Hunni Cuturguri camporum aequora, vt modo dicebam, longe ac late inſederunt. Poſt a Scythis et Tauris tenetur omnis illa regio, cuius

 pars

d) Confer *Gothica* §. 377.

e) Conf. *Gothica* §. 377. Ex iis, quae hic et lit. *d.* de Gothis ſequuntur, patet, hanc Cimmeriorum irruptionem poſt migrationem Vandalorum et Viſigothorum in Africam et Hiſpaniam, ante migrationem vero Oſtrogothorum in Italiam collocandam eſſe.

f) Conf. *Gothica* §. 379.

84. Id. ibidem p. 576.

*Imp.*IVSTI-
NIANO I.

a. C. 551.

pars etiamnum Taurica dicitur —. g) Poſt eas gentes vrbs eſt maritima Boſporus, quae ante aliquot annos ad Romanam ditionem acceſſit. Ab vrbe Boſporo ad vrbem Cherſonem, ſitam in maris littore, et Romanis iam inde olim ſubditam, habent barbari, vtique Hunni, quidquid interiacet. Cherſoni vicina ſunt duo oppida, Cepi atque Phanaguris; quae cum ab longinquo aeuo ad noſtram memoriam Romanis paruiſſent, non ita pridem a finitimis barbaris capta, ac ſolo aequata ſunt. Ab vrbe Cherſone ad oſtia fluminis Iſtri, quem Danubium etiam vocant, iter eſt dierum decem, tractumque illum omnem barbari tenent. h)

Sectio II.

A Cuturguris contra Romanos ſuſcepta, auctoribus Gepaedibus, expeditio; Vturguri a Romanis in illos immiſſi; foedus Romanos inter et Cuturguros iunctum infauſtum Vturguris.

§. 126.

a. C. 551.

a. 16. B. G. a) 85. INDVCIARVM [de quibus Longobardos inter et Gepaedes conuenerat] b) tempore quoniam controuerſias inter ſe tollere minime pot-

g) Quae ſequuntur de templo Dianae, et Iphigenia, prudens omiſi.

h) Addit Procopius: *Porro Iſter e montibus Celticis labitur; extremam radit oram Italiae, Daciam, Illyricum Thraciamque praeterfluit; et in Pontum Euxinum ſeſe immittit. Ora haec tota ad Byzantium imperatori Romano ſubeſt. Hic demum eſt Ponti Euxini a Chalcedone ad Byzantium ambitus, cuius menſuram certam aſſignare nequeo: quando illum tot gentes barbarae, vt dixi, circumcolunt, quae nullum, niſi forte per legatos, cum Romanis commercium habent: neque accuratum quidquam ab iis accepimus, qui illa ſpatia commetiri prius aggreſſi ſunt. Id ſane liquet, in dextero Ponti Euxini littore a Chalcedone ad fluuium Phaſin dierum LII. iter eſſe expedito viro. Vnde quiſpiam non male coniectans dixerit, partem alteram Ponti non abeſſe multum ab hac menſura.*

85. PROCOPIVS de B. G. L. IV. c. 18. p. 616, 617.

a) Exiit a. 15. B. G. p. 559. exiit a. 16. p. 625.

b) Conf. *Gepaedica §. 16—18.*

poterant, ad bellum inſtaurandum ſe compararunt. Cum autem eſſet opinio, laturos opem Langobardis Romanos, ab his timentes ſibi Gepaedes, Hunnorum aliquos in ſocietatem ſibi aſciſcere ſtatuerunt. Quamobrem legatione miſſa ad principes Cuturgurorum, qui cis paludem Maeotidem habitant, eos rogarunt, vt arma ſecum in Langobardos caperent. Confeſtim illi armatorum miſerunt duodecim millia, quibus praeter alios imperabat *Chinialus;* vir bellica laude clariſſimus.

§. 127.

Gepaedes, horum barbarorum praecipitem aduentum grauiter ferentes, quod certaminis tempus nondum appeteret, ſed annus adhuc ſupereſſet pactis induciis: perſuaſerunt, vt hoc interim ſpatio oras incurſarent ditionis imperatoriae, eſſetque intempeſtiuae ipſorum operae diuerticulum illa in Romanos ſuſcepta vis. Et quoniam acribus Romanorum cuſtodiis in Illyrico et Thracia claudebatur Iſtri fluminis tranſitus, illi qua oram oppoſitam ſpectant, hos Hunnos Iſtro amne tranſmiſſos in Romanorum ſedes induxerunt.

§. 128.

Ab his loca omnia fere vaſtata ſunt: quando Iuſtinianus Auguſtus hoc conſilium iniit. Ad principes Hunnorum Vturgurorum, trans paludem Maeotidem habitantium, legatione miſſa, queritur, eosque incuſat, quod nihil in Cuturguros moueant, deſidia capti iniuſta: ſiquidem facinoribus iniquiſſimis annumeranda eorum eſt negligentia, qui amicos perire ſinunt. Oſtendit, Cuturguros vicinos ſuperbo efferri contemtu, et quamuis Byzantio grandem pecuniam quotannis accipiant, nolle tamen a Romanis ſceleſtam vim abſtinere; ſed eos infeſtare quotidianis incurſibus, ac ſine cauſa diripere: Vturguros autem nihil inde lucri capere, et cum in praedae partem non vocentur a Cuturguris, Romanis deeſſe male habitis, quibuscum veteri eoque arctiſſimo amicitiae vinculo iuncti ſint.

§. 129.

Cum haec Iuſtinianus Auguſtus Vturguris ſignificaſſet, ac donando pecuniam reuocaſſet in mentem, quot quantisque ipſos ante-

Zzzz 3 tea

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 551.

e. 16. B. G. tea affeciſſet muneribus, demum peruicit, vt Cuturguros reſiduos bello protinus peterent. Ii vero, Gotthorum Tetraxitarum, quorum fines contingunt, adiunctis ſibi duobus millibus, fluuium Tanain cum omnibus copiis traiecere. Ipſis praeerat SANDIL, ſingulari prudentia vir, longo exercitus bellorum vſu et animo fortitudineque inſigni praeditus. Transmiſſo flumine, cum Cuturguris, magno numero occurrentibus, manus conſerunt. Illis impetum fortiſſime ſuſtinentibus, diutiſſime pugnatum eſt. Tandem Vturguri, verſis in fugam hoſtibus, ingentem fecere ſtragem, paucis, qua cuique ſors effugium dedit, elapſis: quorum captis vxoribus liberisque domum redierunt.

86. His tunc barbaris inter ſe, vt dixi, depugnantibus, proeliique ingraueſcente periculo, Romanis fortuna mirifice fauit. Eorum enim quicunque a Cuturguris in ſeruitutem abſtracti fuerant, quorum numerus ad multas myriadas euaſiſſe fertur, eius pugnae beneficio latentes, inde fuga celeri in patriam redierunt, nemine inſequente, fructumque ex aliena victoria cepere maximum.

§. 130.

Iuſtinianus vero Auguſtus Aratio duci, ad Chinialum Hunnosque caeteros miſſo, mandauit, vt illi res in ipſorum patria geſtas ederet, promtumque ex Romanorum finibus diſceſſum profuſo auro perſuaderet. Illi, cognita Vturgurorum irruptione, multaque ab Aratio accepta pecunia, pacti ſunt, nullam ſe poſthac facturos caedem, neminem abducturos captiuum, neque aliud quidquam detrimenti importaturos; ſed abſceſſuros ita, vt ſe regionis illius incolis amicos praeſtarent. Conuenit etiam, vt, ſi hi barbari poſt ſuum reditum ſedes patrias tenere poſſent, manerent illic, ac datam Romanis fidem vsque ſeruarent: ſin ibi nequirent conſiſtere,

87. ad Romanos reuerterentur, ipſisque attribueret imperator agros in Thracia, vbi poſitis domiciliis, perpetuo deuincti Romanis foedere, cum illis regionem ſedulo defenderent a quibuslibet barbaris.

Iam vero Hunnorum, qui acie victi Vturguros euaſerant, duo millia cum liberis atque vxoribus ad Romanos ſe receperunt. Vnus,

86. PROCOPIVS de B. G. L. IV. c. 19. p. 617.

87. Id. ibidem p. 618.

a. C. 551.

Vnus erat ex eorum ducibus *Sinnio;* is, qui iampridem in Africa Beliſario aduerſus Gelimerem et Vandalos militauerat. Ipſos Iuſtinianus Aug. ſupplices famularemque offerentes operam, benigniſſime accepit, et in Thracia conſidere iuſſit.

§. 131.

Huius rei nuntio exacerbatus Vturgurorum rex Sandil, iraque incenſus, quod ipſe quidem Cuturguros, eiusdem ſecum generis homines, ſedibus patriis exegiſſet, admiſſam in Romanos iniuriam vlciſcendo; illi vero ab imperatore excepti, iamque ſoli Romani incolae, multo ſuauius viuerent: ad imperatorem legatos miſit, acta exprobraturos, nulla ipſis data epiſtola. Quippe Hunni etiamnum rudes plane ſunt litterarum, quas ne auribus quidem admittunt, neque eorum pueri in labore litterario adoleſcunt. Quare omnia regis ſui mandata more barbarico relaturi erant memoriter legati illi: qui vbi in conſpectum venerunt Iuſtiniani Auguſti, ei dixerunt, ſic ore ſuo, veluti epiſtola, regem Sandilem loqui.

„Olim puer prouerbium didici, quod iactari audiebam, idque „eiusmodi eſt, ſi bene memini. Pilum quidem, aiunt, lupus, fe„rum animal, mutare fortaſſe poterit; ingenium vero nunquam mu„tabit, abnuente natura emendationem. Id ego Sandil accepi a „ſenioribus, oblique innuentibus, quae hominibus conuenirent. Ea „quoque teneo edoctus vſu, quae me barbarum ruri degentem „diſcere oportuit. Lactentes catulos aſſumunt paſtores, ac domi „diligenter nutriunt. Altoribus autem gratum ſe canis exhibet, et „accepti beneficii vnice memorem. Haec eo conſilio paſtores agunt, „vt, ſi quando lupi ingruerint, eorum impetum canes repellant, „adiutores cuſtodesque ouiculis additi: id quod vbique terrarum fi„eri arbitror. Nam gregi nec inſidiari canes, nec lupos vnquam „opitulari quisquam vidit, quaſi lex ea quaedam eſſet, a natura „canibus, ouibus et lupis poſita. Neque in tuo imperio, quamuis „rebus cuiusque fere generis, et forte a communi intelligentia re„motiſſimis, abundet, aliter haec ſe habere exiſtimo. Si fallor; „meis legatis oſtendite, vt in ipſo ſenectutis limine diſcamus ali- 88.
„quid inuſitatum, ſin autem ea vbique recte a natura comparata

„ſunt;

88. Id. ibidem p. 619.

Imp. IVSTINIANO I.
a. 16. B. G.

a. C. 551.

„ſunt; te, meo quidem iudicio, minime decet, hoſpitio Cuturguros excipere, foedam aſciſcendo vicinitatem, et illis de habitatione accommodando, quos externos ac procul poſitos non tuliſti. At illi indolem ſuam Romanis breui probabunt. Praeterea, „ſi hoſtis erit Cuturgurus, in perniciem Romani imperii ſemper incumbet, ſpe adductus, fore, vt vel victus meliorem apud te locum obtineat: neque ita Romanos amabit, vt prouincias veſtras incurſantibus ſeſe vnquam opponat, veritus, ne, vbi rem feliciſſime geſſerit, ſplendidius a vobis tractari illos videat, quos domuerit. Si quidem nos in ſterili ſolitudine degimus; dum Cuturguris annonam curare licet, et in cellis vino expleri, et patinas deligere, quascunque lubet: nec balneis excluduntur: quin etiam auro radiant errones illi, nec veſtibus carent tenuibus atque auro illuſis: poſtquam in patriam traduxerunt innumerabiles Romanorum captiuorum cateruas; a quibus omnia mancipiorum munia non leuiter exigebant ſceleſti; at eos, cum nihil deliquiſſent, verberibus, immo etiam facile morte multabant, et quidquid, barbaro domino ingenium ac licentia ſuggerunt, exercebant. Nos autem laboribus noſtris cum extremo coniunctis diſcrimine eos calamitate, qua tunc premebantur, eximimus, parentibusque reddidimus, exantlatis ipſorum cauſa belli aerumnis. Talibus vtrorumque meritis vices reddidiſtis plane contrarias. ſi quidem nos in miſeria patriae verſamur adhuc; Cuturguros vero aequaliter participes agrorum ſuorum habent illi ipſi, qui eorum iugum euaſerunt virtute noſtra.„

Haec cum dixiſſent Vturgurorum legati, eos multis imperator blanditiis donisque ampliſſimis delinitos, haud multo poſt remiſit.

§. 132.

a. 18. B. G. c)

a. C. 533.

89. Ildigisal vir Longobardus—infra meritum ſuum ac Romanorum ſplendorem ſe ſtipendiis et honore—affectum—apud Goarem Gotthum queſtus—huius conſilio et cum ipſo ac nonnullis aliis Byzantio elapſus, vt Apros vrbem Thraciae attigit, Longobardis illic degen-

c) Exiit a. 17. B. G. p. 639. exiit a. 18. p. 666.

89. Procopius de B. G. L. IV. c. 27. p. 643, 644.

Imp. IVSTI-NIANO I.

a. C. 553.

fugientibus admiſcuit ſeſe —. E caeſareis equilibus equos abigunt —. Imperator duces ac milites omnes illis occurrere iubet —. Ac primo quidem exigua manus Hunnorum Cuturgurorum, qui relicta patria in Thracia conſederant, imperatoris permiſſu cum his fugitiuis congreſſa, acie vincitur: caeſis nonnullis, fuſi caeteri, inſectandi conſilium abiiciunt, ibique manent.

SECTIO III.

Antiquiora quaedam de Hunnorum gente; bellum Romanis a. 32. Iuſtiniani I. illatum; mutua Vturgurorum et Cuturgurorum clades.

§. 133.

[a. C. 559. a)]

HVNNORVM gens olim quidem habitauit circa eam Maeotidis paludis partem, quae ſubſolanum ventum verſus ſpectat, erantque Tanai flumine magis ſeptentrionales; quemadmodum et aliae barbarae gentes, quotquot intra Imaum montem in Aſia conſederunt. Hi vero omnes communiter quidem Scythae et Hunni vocabantur; priuatim autem ſecundum nationes, nonnulli eorum *Cotriguri*, alii *Vtigori*, alii vero *Vltizuri* b), alii etiam *Burgundi* c) dicebantur, alii aliter ex patria cuique atque vſitata appellatione nominabantur. 90.

Multis autem poſtea ſeculis tranſierunt in Europam; ſiue reuera a ceruo quodam, vt fama percrebuit, primum ducti, ſiue alia quapiam fortuna vſi, et Maeotidem paludem, qua parte in Euxinum pontum fertur, quum traiici nequaquam poſſe crederetur, tunc

90. AGATHIAS L. V. p. 154.

a) Occaſione irruptionis Cuturgurorum, hoc anno factae, quae §. 133, 134. habes de antiquitate Hunnorum, narrat Agathias. Ea paulo aliter, et fuſius Procopius. vide ſupra §. 120 — 125.

b) Infra *Vltinzuros* vocat.

c) Βουργουνδοι. ita et infra.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 559.

tunc certe, quocunque tandem modo traiicientes et per aliena vagantes, innumeris damnis indigenas affecerunt, inopinato eos adorti; adeo, vt, prioribus habitatoribus eiectis, ipſi illorum ditionem occuparint, in qua tamen non videbantur diutiſſime commoraturi, ſed ſtirpitus, quod aiunt, perituri.

§. 134.

91. Tunc itaque *Vltinzuri* et *Burgundi* vsque ad Leonem imperatorem, et qui per id tempus erant Romanos, celebres extitere, fortesque ſunt habiti. nos vero, qui hac aetate viuimus, neque eos nouimus, neque noſcemus, quod vel deleti fortaſſe ſint, vel quam remotiſſime hinc ſedes ſuas tranſtulerint.

§. 135.

a. M. 6051. a. C. 551. a. 32. Iuſtiniani I.

Illo vtique anno, quo peſtilentia vrbem inuaſit, reliquae Hunnorum gentes ſaluae adhuc, et maximi erant nominis.

92. *a*) Quum itaque deſcendiſſent Hunni in loca ad auſtrum vergentia, non procul a ripa Iſtri fluminis ex animi ſui ſententia conſederunt. Tum itaque vigente hieme fluuius ex more congelatus ad imum vsque vadum ita obduruerat, vt et pedeſtribus et equeſtribus copiis tranſiri poſſet. ZAMERGAN *e*) vero, Hunnorum, qui Çotrigori vocantur, dux, cum ingentem equitatum per flumen perinde

a) THEOPHANES: *Hoc etiam anno* [Vide marg.] *Vnni et Sclaui cum maximis copiis in Thraciam irruentes, eam bello vaſtarunt* &c. [locum integrum vide in *Slauicis*] CEDRENVS: *Eodem anno* [a. 32. imperii Iuſtiniani I.] *Hunni, qui et Slauini dicuntur* [οἱ Οὔννοι, οἱ καὶ Σθλαβῖνοι], *Thraciam infeſtauerunt* &c. [vid. *Slauica*] MENANDER: *Haec ita geſta ſunt*, [de indu-

91. Id. ibid. p. 155.

d) A. M. 6050. a. c. 550. a. 31. Iuſtiniani I. a menſe Februario vsque ad Iulium hanc luem graſſatam eſſe docet Theophanes p. 195. coll. 197.

92. AGATHIAS l. c. Theophanes p. 197, 198. Cedrenus T. I. p. 386. Hi duo nihil de Vtigoris et Cotrigoris, eorumque ducibus Zabergane et Sandilcho. Menander in Excerptis de Legationibus p. 132.

e) Infra *Zabergam* vocatur.

inde atque per continentem traduxiſſet, facillime in Romanorum imperium peruenit. quumque paſſim vacua ab habitatoribus loca inueniſſet, nihilque ipſi impedimento eſſet, quominus ad vlteriora progrederetur, ſtatim Myſiam et Scythiam transgreſſus, in Thraciam irrupit.

§. 136.

Ibi vero diuiſo exercitu, alteram eius partem in Graeciam miſit, qui loca omnia nullis praeſidiis munita percurrerent, atque vaſtarent: alteram vero exercitus partem in Cherſoneſum Thracicam miſit.—In Iſthmi anguſtia murus in longum continue ductus eſt ad vtrumque mare porrectus; vrbesque interius ipſi affixae ſunt, Aphrodiſia, et Theſcos, et Ciberis—Seſtus—et Callipolis—. Talia igitur oppidula et agrum ampliſſimum murus ille intra ſe complectitur, ita vt non facilis ſit hoſtibus ad ea aditus. Tum itaque Zabergan bona ſpe elatus, id ſecum reputabat, ſi muro diruto ad interiora loca penetraſſet, facilius ſe etiam mare in poteſtatem redacturum. 93. Illinc etiam veluti per ſomnium imaginabatur nauium ſibi copiam non defuturam; quodque traiiceret in Aſiam fretum intermedium anguſtiſſimum per ſe exiſtens, neque aſperis fluctibus ſulcatum facillime transnauigans; quodque ſtatim Abydum infeſtaret, et quod in ea erat decimarium portorium vaſtaret. His igitur temerariis conſiliis incitatus, exercitum in Cherſoneſum miſit, quantum ei negotio conficiendo parem fore exiſtimabat. Ipſe vero cum equitum millibus ſeptem recta Conſtantinopolin pergens, et agros vaſtabat, et oppidula tentabat, omniaque paſſim mouebat et perturbabat.

ciis cum Perſis factis ſermo fuerat] *quo tempore Hunni, qui Zabergae parebant, cum longe ab imperii Romani limitibus fuiſſent remoti, et Iuſtinianus ſuſpicaretur, Contraguros* [Κοτραγηροι] *iterum Thraciam populationibus vexatum venturos, totus in Saldichum* [Σανδιλχω] *Outigourorum* [Οὐτηγȣρων] *ducem incubuit, quem frequentibus legationibus hortari non deſtitit, et omni ratione ab eo contendere, vt Zabergam bello laceſſeret. Proponebat autem imperator per legatos, quos ad Saldichum* [Σανδιλχον] *mittebat, ſi Contraguros* [Κοτραγηρȣς]

3. AGATHIAS L. V. p. 156.

Imp. IVSTINIANO I. a. M. 6051. a. C. 551. a. 32. Iuſtiniani I.

a. C. 559.

§. 137.

Cauſa vero huius expeditionis atque inſultus potiſſima veriſſimaque erat barbarica violentia, et plus habendi cupiditas, cui tamen praetextum hoſtilitatis aduerſus Vtiguros obtendebat. Sandilchus *f*) enim quidam nomine, vir Hunnus, gentis illius dux erat, beneuolus tamen inprimis et foederatus Romanis. Quocirca imperator ipſum beneuolentia et honore proſequebatur, et frequentia ad eum dona mittebat. Cotriguri verò, vtpote ſimilium expertes, ſed omnino deſpecti et manifeſto contemtu prouocati, hanc ſibi expeditionem ſuſcipiendam cenſuerunt, vt et ipſi terribiles dignique, quorum ratio haberetur, viderentur, ac tales, qui contemtoribus non concederent.

§. 138.

Hi itaque, quum nemo ipſis obſiſteret, aut propulſaturus obuiam iret, atrociter populabundi regionem vaſtarunt, ingenti praeda, maximaque captiuorum multitudine abducta, in quibus etiam mulieres multae nobiles et caſtam vitam degentes crudeliſſime rapiebantur, malo omnium grauiſſimo obnoxiae, quod immoderatae barbarorum libidini inſeruire cogebantur, nonnullos vero, quae, iam inde a pueris, et nuptiis, et mundanis deſideriis, et curis occupationibusque huius vitae renuntiarant, et in remota aliqua, diuinoque cul-

debellaſſet, ad ipſum annuas pecuniarum praeſtationes, quae quotannis Zabergae pendebantur, rediturus eſſe. Itaque Saldichus [Σανδίλχος], *tametſi neceſſitudinem ſibi cum Romanis eſſe cuperet, imperatori ſignificauit, minime ſibi pium, aut decens fore, omnes ſuos contribules ad internecionem usque delere. Per haec, inquiebat, hoc aſſequeremur, ne ſupereſſent, qui eadem lingua, atque nos vterentur, eadem habitatione, eodem veſtitu, atque eadem viuendi ratione; denique hi quoque* [p. 133.] *ſunt noſtri conſanguinei, quamuis aliis ducibus pareant. Nihilominus Iuſtinianus ſua imperata valere volebat. Quamobrem Contraguris* [Κοτρίγουροις], *qui illi minime dicto audientes, equum ademit, et hunc, ait, mihi vindicabo proprium, ne habeant, quo vel et inſidentes Romanis noceant.*

f) Σανδίχλος.

Imp. IVSTINIANO II.
a. M. 6051. a. C. 551. a. 32. Iuſtiniani I.

a. C. 559.

cultui dicata domuncula deliteſcebant, liberam plane et immunem ab omni virorum contubernio conſuetudineque vitam ſummo ſtudio colentes; et iam hi ſacris virginum coenobiis ereptas contumelia afficiebant, turpiter eas per vim conſtuprantes. aliae vero multae, quae a conſuetudine virorum nequaquam abhorruerant, et grauidae tum temporis rapiebantur; quum iam pariendi neceſſitas vigeret, ita in medio itinere in propatulo pariebant, quum nec verecundos partus dolores obtegere poſſent, neque complecti faſciisque inuoluere infantes, vti fas eſt, et ſuſtollere, ſed hae quidem etiam ita portabantur, et ne dolere quidem ipſis (immane dictu) permittebatur. miſeri vero illi infantes in ſolitudine relinquebantur a canibus pariter et carniuoris auibus diſcerpendi, perinde ac ſi eam tantum ob cauſam in lucem editi eſſent, et fruſtra ortus ſui primordia deguſtaſſent. In eam enim miſeriam res Romanorum redactae erant, vt in ipſo regiae vrbi circumiecto agro adeo atrocia mala paterentur a barbaris iisque perpaucis. 94.

§. 139.

Sed neque his terminis eorum confidentia fuit circumſcripta; ſed vlterius progreſſi, longisque, ita dictis, muris facile ſuperatis, munitionibus, quae intus erant, appropinquarunt. Multis enim in partibus prae vetuſtate et negligentia valli ſtructura corruerant, vitiumque fecerant, nonnullas vero partes etiam ipſi diruerant, adeo intrepide ac facile, ac ſi domos ſubuerterent. nihilque erat, quod obſtaret, quum neque vllum praeſidium militare ibi collocatum eſſet, neque vllae ad propulſandum hoſtem machinae, neque qui illas mouere ac tractare poſſet. — Romanorum enim exercitus, — ad minimam quandam portionem redacti, non amplius magnitudini imperii pares erant. Cum enim vniuerſae Romanorum vires ſexcentis quadraginta quinque bellatorum millibus conſtare deberent, aegre tum temporis centum quinquaginta millibus conſtabant, atque harum quidem copiarum aliae in Italia erant collocatae, aliae in Africa, aliae in Hiſpania, aliae apud Colchos, aliae apud Alexandri vrbem, et circa Theben Aegyptiam. Conſederant vero paucae

94. AGATHIAS p. 157.

Imp. IVSTINIANO I.
a.M. 6051 a. C. 551. a. 32. Iuſtiniani I.

a. C. 559.

etiam verſus orientales Perſarum fines. — [praeterea Iuſtinianus] ſub extremum vitae curriculum, iam enim conſenuerat, ceſſiſſe et renunciaſſe laboribus viſus eſt, magisque ei quodammodo placuit hoſtes inter ſe committere, et donis eos, ſicubi opus erat, demulcere, eaque ratione quodammodo propulſare potius, quam ſibi ipſi confidere et perpetuo belligerari. — exercitus itaque non a Iuſtiniano
95. tantum, ſed et ab his, qui ſecundas in adminiſtratione imperii partes obtinebant, negligebantur, — quo factum, vt reliqua Thraciae loca — vrbi circumiecta, — omni praeſidio vacua, — barbarorum incurſibus paterent —.

§. 140.

Eo enim illi arrogantiae erant elati, vt circa Melantiadem vicum caſtra locarint, non longius CL. ſtadiis ab vrbe diſtantem. Circumfluit autem hunc Athyras fluuius, qui quidem ad exiguum quoddam ſpatium progreſſus, et ad caeciam ventum ſenſim ſe flectens in Propontidem fertur, vnde et quod ad littus eiusque flu-
96. minis fauces protenſum eſt nauale, ei eſt cognomine. Cum itaque adeo prope vrbem hoſtes caſtra poſuiſſent, ſtatim Byzantinorum ciuium multitudo — et omnes vrbis primores [ingenti timore percellebantur]. Quin et imperator ipſe non parum eo rerum ſtatu commouebatur. Nudabantur itaque ſuis ornamentis, ipſius permiſſu atque authoritate, templa quotquot extra vrbem ſita erant, ad Europaeum latus et loca littori adiacentia, quae quidem e Blachernis et Cornu, ita dictis, ad Euxinum vsque pontum protenſa in Boſporum deſinunt. — Adeo vero terribilia maximaque pericula, vt omnino futura, animos occupabant, vt vix in muro a ficubus dicto, et Porta nuncupata Aurea, duces quidam et tribuni militares multique armati conſtiterint, vt fortiter hoſtes, ſi forte impetum facerent, propulſarent. Erant vero neque bellicoſi reuera, ſed ne mediocriter quidem in rebus bellicis exercitati; ſed ex illis legionibus, quae ad hoc ſunt deſtinatae, vt interdiu et noctu in aula verſentur, quos ſcholarios appellant. Hi vero milites [a temporibus Zenonis Iſauri non propter merita, vt antea, ſed ad gratiam, in hunc ordinem adſciſcebantur.]

§. 141.

95. AGATHIAS L. V. p. 158. 96. AGATHIAS L. V. p. 159.

Imp. IVSTINIANO I. a. M. 6051. a. C. 551. a. 32. Iuſtiniani I.

a. C. 559.

§. 141.

Quum vero iam per multos dies vrbs in hoc tumultu verſaretur, neque barbari obuia quaeque vaſtare deſiſterent; tum Beliſarius demum dux iam fractus ſenio, mandato tamen imperatoris 97.
in eos mittitur. Hic itaque ſenex — priſtinam animi alacritatem virtutemque reuocabat. Hoc enim vltimo in vita ſua bello confecto non minorem gloriam conſequebatur, quam cum de Vandalis et Gotthis victis trophaea erexit. Nam et eorum, quae iam acciderant, immanitas, et ſumma de futuro deſperatio rem ipſam, quam aggrediebatur, maiorem illuſtrioremque efficiebat, et victoriam iucundiſſimam.

Dux itaque paululum extra vrbem progreſſus, caſtrisque ad oppidum dictum Chettiuicus g) locatis, ſummam ſuam et bellicae rei peritiam declarauit, et audaciam longe maiorem aetate. Erat enim iam admodum ſenex, magnaque, vti par erat, virium imbecillitate laborabat; nullis tamen laboribus cedere, neque alioqui vitae cupidus eſſe videbatur. Sequebantur eum loricati praeſtanti robore viri, quique in nonnullis cum ipſo proeliis decertarant, quae ingraueſcente iam aetate confecerat, non multo plures trecentis; reliqua multitudo erat et plane inermis et imbellis —. Confluxerat etiam ad eum agreſtium e vicinis locis turba. Quum enim iam ipſis agri a barbaris eſſent vaſtati, non habentes quo ſe verterent, ad Beliſarium ſtatim confugerant. Is vero turba agreſtium ſuis copiis adiuncta commode opportuneque vſus, amplam foſſam circumduxit, exploratores crebro emiſit, qui hoſtium copias obſeruarent, quantum fieri poſſet, et dinumerarent, et, ſi quid aliud reſcire
poſſent, renuntiarent: eoque in ſtatu manſit, ſingula penſitans, et 98.
cum animo ſuo reuoluens, multosque in ſpeculis, longe lateque per agros ſparſis, ignes accendit, vt hoſtes eos cospicati maximum eſſe exercitum putarent, ex ignium accenſorum multitudine eum metientes. Et quidem ita plane putabant, ideoque metuentes ſibi quieti ſubſtiterunt. Caeterum non diu hoc militari aſtu eluſi conquierunt. Audierant enim iam, quam minimum eſſe Romanum exercitum, neque parem, qui cum ipſis proelio decernere poſſet.

97. Id. ibid. p. 160.

98. AGATHIAS L. V, p. 161.

g) ἐν Χελτȣκώμῃ τῷ χωρίῳ.

Imp. IVSTINIANO I. a. M. 6051. a. C. 551. a. 32. Iuſtiniani I.

a. C. 559.

§. 142.

99. [Beliſarius ſuos, praeteritarum victoriarum memoria, nimis animis elatos animaduertens, oratione ad eos habita, qua ipſos non ad virtutem exhortari aduerſus hos Hunnos et Cotriguros, vagos barbaros, ſed veteris modeſtiae commonefacere ait, effecit, vt retinerent quidem fortitudinem, plus tamen eis ineſſet circumſpectionis, quam iactantiae.]

100. Quum — ex barbaris duo equitum millia a reliquo exercitu ſeparata confeſtim cum clamore procurrerent, veluti facillime hoſtes deleturi: et ſpeculatores ad Beliſarium veniſſent, eos indicantes, et iam iam adfuturos dicentes, ſuas contra copias duxit, ſimulans, quantum fieri poterat, paucitatem, atque occultans. Selectos enim ducentos equites ſcutatos et iaculatores in ſilua vtrinque in inſidiis collocauit, qua parte barbaros impetum facturos putabat; praemonitos, vt, ſimulatque ipſe ſigno dato mandaſſet, confeſtim in hoſtile agmen iaculantes proruerent, vt nimirum iaculorum vi preſſi in arctum ſe contraherent, et multitudo ipſis inutilis redderetur, neque laxare ac dilatare aciem poſſent, ſed in ſe ipſos conuoluti implicatique eſſent. Agreſtes vero, et qui e ciuibus erant bello apti, iuſſit, vt, ingenti clamore et fragore armorum edito, ſe, quo iret, ſequerentur. Cum reliquis enim in medio conſtiterat, tamquam hoſtium impetum aperte excepturus.

§. 143.

Quum autem iam venirent barbari, vlteriusque progredientes, intra inſidias plerique perueniſſent, Beliſarius ſtatim cum iis, qui ipſi aderant, aduerſa fronte occurrens; validiſſimum in eos impetum fecit; et agreſtes omnisque reliqua multitudo clamore et lignorum, quae eum in vſum geſtabant, comploſione ac fragore, pugnantibus animos addebant. Dato vero ſigno, etiam alii ex inſidiis proſilientes, vtrinque transuerſim in hoſtes ruunt; clamorque et tumultus maior, quam pro proelii magnitudine, eſt excitatus. Tunc barbari omni ex parte iaculis icti, id quod Beliſarius praecogitarat, in ſe ipſos conglomerati et in arctum redacti ac compreſſi tueri ſe bellan-

99. AGATHIAS L. V. p. 161-163. 100. Id. ibid. p. 164.

a. C. 559.

bellando non poterant. Neque enim ſagittare commode poterant, quum neque locus eſſet telis, neque excurſiones equis et alarum circumductiones facere poterant; videbanturque veluti maximo exercitu circumuenti et in orbem cincti. Nam et, qui a tergo magno vlulatu et fragore eos vrgebant, terrorem incutiebant, et puluis in altum elatus obſtabat, quominus de numero eorum, qui in conflictu erant, iudicare poſſent.

§. 144.

Primus autem Beliſarius, multis ex aduerſa acie caeſis ac profligatis, in fugam eos compulit; deinde vero aliis etiam vniuerſis 101. impreſſionem facientibus, barbari terga vertentes incompoſite fugerunt, ſparſim diſſipati, nullis ſibi mutuo a tergo cuſtodiis cauentes, ſed, quo cuique viſum erat, effuſiſſimo curſu aufugientes. Romani vero acie inſtructa eos inſectantes, extremos quosque facillime trucidant; magnaque barbarorum caedes eſt edita, citra vllam cum equis retrouerſionem fugientibus. Nam et habenas omnes equis laxarunt, et praeterea flagella aſſidue vrgentia praeripiebant celeritatis remiſſionem. Defecerat etiam ipſos prae pauore ars ipſa, qua magnopere gloriari ſolent. Fugientes enim hi barbari magis propulſant eos, qui ſeſe acriter inſectantur, retrouerſim ſagittantes. Tunc enim etiam violentius ſagittae ſcopo, quem petunt, infiguntur, quando illae quidem magno impetu recta feruntur in perſequentes, et hi ex aduerſo occurrentes in ſagittas proruunt, contraque feruntur, grauioremque ſibi ipſis plagam efficiunt occurrendo et ſagittas e proximo excipientes. At tum temporis Hunnis omnia deſperata eſſe videbantur, neque illis, artem vllam propulſandi hoſtes attentare, in mentem veniebat.

§. 145.

Caeſi itaque ſunt ex iis circiter quadringenti, e Romanis nemo deſideratus; pauci tantum vulnerati: aegre vero et Zabergan Hunnorum praefectus, et qui cum eo effugerant, laeti in caſtra peruenerunt. Romanorum enim equi inſectando defatigati maxima eis cauſa ſalutis fuere: alioquin ad vnum omnes eo die trucidaſſent. Nunc vero quum hi in vallum munitionesque ſuas magno cum tumultu

101. AGATHIAS L. V. p. 165.

Imp. IVSTINIANO I. a. M. 6051. a. C. 551. a. 32. Iuſtiniani I.

a. C. 559.

multu proruiſſent, reliquum vniuerſum exercitum vehementer conturbarunt, veluti certiſſimo exitio iamiam imminente. Ingens itaque barbarorum eiulatus exaudiebatur. *Cultris* enim *genas lacerantes, patria more lugebant.*

§. 146.

Romani autem cum Beliſario ad ſua redierunt, re melius, quam ſperarent, geſta, digno tamen prudentia ducis euentu. Barbari vero, hac clade accepta, motis ſtatim e Melantiade caſtris, retrorſum trepidi ceſſere. Beliſarius autem tametſi veriſimiliter eos abeuntes maiore ſtrage ac damno afficere potuiſſet, utpote homines iam metu perculſos inſectans, quum fugae ſimilem diſceſſionem facerent; nihilominus tamen ſtatim in urbem rediit, non tam ex animi ſui ſententia, quam imperatoris iuſſu, [cum multi, ipſum, ut virum arrogantem et popularis aurae blanditiis inſoleſcentem, alias

102. ſpes animo agitare, dictitarent.]

Hunni vero primum quidem inſectationem quandam ſuſpicati, et multo cum tumultu longis, quos vocant, muris egreſſi, poſteaquam Beliſarium reuocatum fuiſſe cognorunt, neque alius quisquam in ipſos moueret, lentius rurſum procedebant.

§. 147.

Interea alia barbarici exercitus portio, quae ad Cherſoneſum conſederat, frequenter murum adorti ſunt, ſcalis aliisque machinis obſidionalibus admotis; frequenter item a Romanis, qui intus erant, omnibus viribus ſe tuentibus repulſi. Praeerat autem his Germanus, Dorothei filius, admodum quidem ille iuuenis, — ſed animo duce

103. digno praeſtans et conatu rerum aetate longe grandiorum —. Per illud itaque tempus, Hunnis Cherſoneſum inſidentibus atque infeſtantibus, non deſiſtebat hic iuuenis et eorum inſultus infringere, omneque conſilium propulſando hoſti excogitare —.

§. 148.

Barbari itaque, quum nihil ipſis reliqui eſſet, quod exſequi poſſent, quippe qui neque, vt in obſidione, vallo inſidebant, neque

102. AGATHIAS L. V. p. 166. 103. AGATHIAS L. V. p. 167.

Imp. IVSTINIANO I.
a. M. 6051. a. C. 551. a. 32. Iuſtiniani I.

a. C. 559.

que murorum oppugnationi intenti erant, ſtatuerunt alium modum audaci et temerario periculique pleno facinore tentare, eaque ratione vel citius oppidum capere, vel deſerere atque deſiſtere, et ad ſua reuerti.

Arundinibus itaque quamplurimis collectis, quae et longae admodum et quam maxime firmae craſſaeque eſſent, iisque inter ſe coaptatis, et reſtibus lanaque carpta colligatis, crates complures confecerunt; tum vero perticis in longum porrectis tanquam iugis ac tranſtris transuerſim ſuperiniectis, non perpetua ſerie, ſed tantum circa extrema ipſaque media cratium, maioribusque vinculis eas circumligatas inter ſe committebant, valde arcte compreſſas, ita vt tres forte aut quatuor vnam nauiculam efficerent, latitudine ſatis ampla ad quatuor vectores excipiendum; eaque profunditate, vt ponderibus impoſitis tuto vehendis par eſſet, et prae tenuitate non demergeretur. Huiusmodi itaque nauiculas minimum centum quinquaginta conſtruxerant. Vt vero nauigationi aptiores eſſent, anteriores earum partes in prorae ſpeciem leniter circumducentes atque recuruantes, et veluti acroteria ac pluteos nauales imitantes, ſcalmos ex vtroque latere et veluti ſpontaneas quasdam adremigationes ſunt commenti.

§. 149.

Quum itaque in hunc modum tuto omnia ipſis, quoad fieri poterat, eſſent comparata, vniuerſas nauiculas latenter mari immittunt, circa occidentale ſinus littus, qui Aenum vrbem verſus circumagitur. Ingreſſi itaque eas viri ſexcenti, et paleas quamplurimas in arundinum commiſſuras immittentes, ac imperitius quodammodo ex ea parte remigantes longiſſime a terra prouecti ſunt, optime armati et ad opus parati. Putabant enim, ſe ita ſenſim in mare euectos, facile ſuperaturos et circumnauigaturos flexum muri in altum vsque porrecti, ac deinceps citra periculum ad penitiora loca peruenturos, vtpote neutiquam vallis cincta, praeterquam ſolo Helleſponto.

Quae cum Germanus per ſpeculatores reſciuiſſet, intellexiſſetque, claſſem illam arundineam non diu tardaturam, quin appelleret, irri- 104.

104. AGATHIAS L. V. p. 168.

Imp. IVSTINIANO I.
a. M. 6051. a. C. 551. a. 32. Iuſtiniani I.

a. C. 559.

irriſit quidem hoſtium temeritatem, maxime vero de ea gauiſus eſt, tanquam in rem ſuam futura. Confeſtim enim actuarias viginti multiplici remigio naues, easque bipuppes, viris complens loricatis, clypeosque et arcus geſtantibus atque harpagones, remigesque iis imponens et naucleros, ſub interiorem mari protenſum angulum veluti in inſidiis applicans occultauit, ne eminus proſpici poſſent.

§. 150.

Poſteaquam vero barbari, ſuperata transmiſſaque iam prominentiore atque extrema et trans littus exſtante muri parte, ad interiora deflectebant, magnaque animorum confidentia ferebantur; tum vero actuariae Romanorum ſoluerunt, contraque in eas ſunt delatae. et quidem ſecundo aeſtu adiuuante, aduerſis proris deſcendentes, violentius in arundineas nauiculas irruunt. atque hae quidem impetus vi in contrarium pulſae volutabantur, circumagebanturque in ſalo, ita vt vectores ſubſiſtere in iis tuto non poſſent, ſed alii in fluctus excuſſi perirent, alii in iis neceſſario conſiderent, quid conſilii caperent, neſcientes; quique adhuc erecti ſtabant, aeſtus marini vi conturbabantur, moderato quidem illo atque exiguo ad nauium lemborumque quaſſationem, arundinibus autem propter leuitatem ſummopere noxio. quocirca, frequenter intumeſcentibus in conuexum vndis, ſublimes tollebantur, iisdemque reſidentibus, vna in imum deferebantur. Viri itaque confligere ne tentarunt quidem, nihil vero magis vel optabant, vel allaborabant, quam vt obſiſtere tantum poſſent et obfirmari.

Barbaris vero in hac perturbatione et perplexitate conſtitutis, Romani excurſiones nauales data opera facientes, impulſionibus perinde atque in pedeſtri certamine vtebantur, eaque ratione multos ex hoſtibus deturbabant, quippe qui firmiſſime in ſuis actuariis ſtabiliti ſubſiſtebant, nonnullos autem enſibus cominus ferientes obtruncant. quum vero longius ab ipſis remoti eſſent, neque propiores fierent, tum oblongis haſtis eos adoriebantur, falcatoſque harpagones reſtibus illis, quibus arundines erant colligatae, immittentes, diſſecuerunt ex ordine vniuerſas, et compagem diſſoluerunt. Tum demum diſſectis ab inuicem calamis, ſparſimque mari innatantibus, alius alio disiectus eſt. Hunni vero, quum baſis naucu-

lae

Imp. IVSTINIANO I.
a. M. 6051. a. C. 551. a. 32. Iuſtiniani I.

a. C. 559.

ſae eos deficeret, confeſtim in profundum demerſi ſunt, inſueta potione ingurgitati. atque ita vniuerſi perierunt, neque quisquam omnino eorum ad continentem rediit.

§. 151.

Romani vero abreptis armis quotquot adhuc aequori innatabant, et ad priora loca reuerſi, ſumma voluptate et gaudio vniuerſum exercitum impleuerunt, felici ſucceſſu ouantem. Quocirca omnes in vnum collecti vtendum eſſe etiam in poſterum occaſione reique bene geſtae opportunitate cenſebant. Paucis itaque poſtea diebus ſumtis armis eruptionem confeſtim e muro fecerunt, reliquamque barbarorum multitudinem inuaſerunt, recenti adhuc clade moerentem atque perculſam. Tum vero Germanus intrepide hoſtes adortus eſt, conflictusque diſcrimen adiit, non praefecti in morem vrgens incitansque et mandans, ſed et ipſe inſtar militis manus conſerens, vnde et ſagitta femur ictus eſt, ita vt parum abfuerit, quin ei pugna excedendum eſſet; praeſentis tamen ſtatus neceſſitas, et rei, quam aggreſſus erat, magnitudo, dolorem vicit; neque prius deſtitit et ipſe pugnare et aliis animos addere, quam ingenti damno hoſtes affeciſſet, plurimique ex iis eſſent caeſi. 105.

Tum itaque ſoluta eſt pugna, et Romani ſe in ſuas munitiones receperunt; neque tutum neque conſultum rati, ſi, quum longe eſſent copiis inferiores, ſtataria ſemper pugna confligerent.

§. 152.

Barbari nihilominus eo conſternationis ſunt redacti, partim ex naufragis tabulis, quae per mare raptabantur, partim quod Romani ſubitam in ipſos eruptionem feciſſent, vt eo ipſo die campis Cherſoneſo circumiacentibus exceſſerint; et ad Zabergan eiusque copias, victi ad victos, peruenerint.

Qui vero in Graeciam antea miſſi erant, nihil plane dignum memoratu geſſerunt, nullo in Iſthmum impetu facto, ſed ne Thermopylas quidem initio transgreſſi, quod illas Romanorum praeſidia in-

105. AGATHIAS p. 169.

Imp. IVSTINIANO I.
a. M. 6051. a. C. 551. a. 32. Iuſtiniani I.

a. C. 559.

inſediſſent. Quocirca etiam hi diſcedentes, iter Thraciam verſus ſunt ingreſſi; vt in ea ſuae gentis hominibus coniuncti ſimul deinceps ad ſua reuerterentur.

§. 153.

Zabergan vero eiusque copiae non antea ſe diſceſſuros iactabant, quam ingentem auri vim a Romanis abſtuliſſent, quemadmodum Vttiguri [h]; et captiuos, niſi ab eorum propinquis quamprimum redimerentur, confeſtim iugulaturos ſeſe minabantur. Imperator vero tantum auri eis miſit, quantum redimendis captiuis ſuffecturum cenſebat, et vt pacifici deinceps regione excederent. Barbari itaque cum alios multos reſtituerunt; tum vero etiam Sergium Bacchi filium praefectum; captus enim fuerat etiam ipſe paulo
106. ante infauſta quadam vſus fortuna, et inter mancipia cenſebatur. atque ita aegre tandem a praedando abſtinuerunt, et domum verſus iter inſtituerunt, aſſumtis ſecum non multo poſt iis, qui e Graecia aduenerant.

§. 154.

Ciuibus itaque vrbis regiae haec pacta parum generoſa eſſe videbantur, immo turpia atque illiberalia; perinde ac ſi intolerabile eſſet, quod hoſtes, qui quam proxime ad vrbem venerant, eique per ludibrium inſultarant, non ipſi ad internecionem caeſi eſſent, ſed inſuper etiam aurum donatiuum abſtuliſſent, quaſi nos in ipſos deliquiſſemus. Imperatoris vero mens atque conſilium ad aliud quiddam maius reſpiciebat, quemadmodum euentus non multo poſt ſubſequutus effecit, vt, qui antea ipſum incuſarant, tum vt valde prudentem ſummeque induſtrium maxima admiratione laudibusque proſequerentur. Statuerat enim, omni arte allaborandum eſſe, vt inter ſe committerentur et colliderentur hoſtes, atque ita debellarentur. quod quidem vt ſtatim eueniret, interea dum Zabergan cum ſuis copiis lentius iter facit, literas miſit ad Sandilchum, alterum Hunnorum [i] ducem, foederatum ſibi et mercenarium. Literarum huiusmodi erat argumentum.

„Siquidem non ignarus eorum, quae Cutriguri in nos tentarunt, tua interim ſponte quieſcis, merito certe mirer tuam quidem

h) Οὐλτιγγυροι. interpres perperam *Cutriguri*.

106. AGATHIAS L. V, p. 170.

i) *Hunnorum*, interpres ſupplet.

Imp. IVSTINIANO I. a. M. 6051. a. C. 551. a. 32. Iuſtiniani I.

a. C. 559.

dem perfidiam, tum vero nos ipſos, qui animum tuum non ſatis exploraucrimus. Si vero ignarus adhuc eorum exiſtis, condonandum id quidem eſt, nulla tamen ratione praeteritarum rerum ignorantiam nobis probaueris, quam hac ſola, ſi eas poſthac non neglexeris. Aduenerunt enim huc, non eo animo et ſtudio (niſi fortaſſis acceſſorium hoc viae ſit), vt meas ditiones vaſtent, ſed rebus ipſis declaraturi, quod, ipſis vt praeſtantioribus fortioribusque contemtis, decepti ſimus, quum tibi confidere maluerimus: neque enim tolerandum eſſe cenſent, ſi quis eos et pares et dubiae cum Vtriguris praeſtantiae vocet, neque ſi modica aliqua re ſuperent, ne dum valde magna [k]. Quocirca non antea per Thraciam vagari deſtiterunt, quam aurum omne, quantum tibi quotannis mercedis cauſa largiri conſueuimus, ipſi abſtuliſſent. Atque facile nobis erat, vel omnes funditus delere, vel minimum ipſos voti nequaquam compotes dimittere. Vtrumque tamen omiſimus, tuae voluntatis periculum facturi. Si enim reuera fortior es, et ſapis, neque concedis tua vſurpantibus; ne nunc quidem tibi diſſimilis, aut te ipſo minor eris. Opportunitas enim ſeſe offert hoſtes vindicandi, vtque parta victoria mercedem tuam recipias, veluti per ipſos tibi delatam. Si vero, tali contumelia ab iis affectus, quieſcere malueris, metuens, vt arbitror, turpiſſimaeque inertiae te dedens; tu quidem, bone vir, mercedis expers eris, illis vero haec per nos donabitur; et deinceps animos, ſi videtur, depone, et fortioribus diſce cedere. Scito enim, nos foedera etiam noſtra ad eos eſſe translaturos, quae tecum et cum gente tua inieramus. Dementiae enim fuerit etiam aliter, vna cum victis in ſocietatem ignominiae venire, quum liceat victoribus adiungi„. 107.

§. 155.

Haec cum Sandilcho per interpretes eſſent recitata, ſtatim exacerbatus furebat, impotente ira percitus, eoque ipſo die ad vindicandam

k) οὐδὲ γὰρ ἀνεκτὸν εἶναι ἡγοῦνται, ἤν τις αὐτοὺς ἴσους τε καὶ ἀμφηρίστους τοῖς Οὐτριγούγοις [interpres et hic, Cuturguris.] ἀποκαλέσοι, οὐδὲ εἰ μετρίως τινὶ ὑπερβάλλοιεν, μόλις δὲ καὶ εἴγε σφόδρα πολλῷ.

107. AGATHIAS L. V. p. 171.

Imp. IVSTINIANO I.
a M. 6051. a. C. 551. a. 32. Iuſtiniani I.

a C. 559.

candam Cutrigurorum l) in ſe contumeliam prorupit. Quo pacto enim non facile eiuscemodi verbis concitaretur animus barbarus et arrogans, ſemperque quaeſtui inhians? Motis itaque ſuis copiis primum quidem repente hoſtilia oppida inuadit, et habitatoribus inopinato inſultu perculſis, magnam mulierum et puerorum vim captiuam abduxit. Deinde etiam in eos, qui e Thracia redierant, et recenter Iſtrum fluuium traiecerant, ex improuiſo irruit, et, quamplurimis caeſis, pecuniam omnem caeteramque praedam iis eripit.

§. 156.

Qui vero ex his euaſere, quum aegre ſe ad ſuos recepiſſent, reliquisque copiis coniunxiſſent, aciem aduerſus hoſtes inſtruxerunt, atque ita deinceps multo tempore in mutuas caedes conuerſi inimicitias corroborarunt. Modo enim inſultus faciebant, praedasque agebant, modo aperta acie decertabant, donec fractis collapſisque vtrinque viribus, penitus ſubuerſi deletique fuerunt, adeo, vt patriam etiam appellationem amiſerint; eoque calamitatis Hunnicae iſtae nationes ſunt redactae, vt ſi aliqua adhuc eorum pars reliqua ſit, ſparſim aliis inſeruiat, et ab illis appellationem acceperit, adeo vtique atroces poenas praeteritae ſuae impietatis luerunt.

Abſolutiſſima vero harum nationum euerſio atque internecio poſtmodo accidit; ſingulaque mihi, conuenienter ſeruato quoad eius fieri poterit temporum conſenſu, dicentur m). Vigente vero adhuc ſeditione, et Byzantium renuntiata, tum demum cognita fuit, manifeſteque declarata imperatoris prudentia, et conſilii rectitudo, quod nimirum barbaris ſe inuicem conficientibus, ipſe arma non mouens vicit omnino conſilio in vtraque belli inclinatione, et potitus eſt ſua ſpe. Quum enim laborarent, quotidie domeſticis malis occupati, haudquaquam deinceps Romanorum ditionem infeſtare in animum ſuum inducebant; ſed et, vbi terrarum eſſent, a plurimis fuit ignoratum. n)

§. 157.

l) Κοτριγουρους.

m) Quam hic dedit, num liberarit fidem Agathias, non conſtat. In hoc enim, quod hactenus enarrauit, bello Hunnico ſuam finit Hiſtoriam Agathias.

n) conf. et Pray Annales p. 202-204.

§. 157.

Imp. IVSTINO II. *Imp.* IVSTINO II.

a. C. 574. o)

[BAIANVS, Abarorum dux, cum nihil eorum, quae per legatos a Bono, Sirmio praefecto, poſtulauerat, impetraſſet, iratus] iuſſit dena millia Controgurorum p), qui dicebantur Hunni, traiicere fluuium Saum et vaſtare Dalmatiam. q)] 108.

§. 158.

ABARORVM dux miſit Targitem, qui vna cum Vitaliano interprete imperatori denuntiarent, vt Sirmium et pecunias, quas Controgori et Ottrogori r) a Iuſtiniano accipere ſoliti erant, quia vtramque gentem ſubegerat, illi traderet. s) — 109.

[At imperator] Si, inquit, vt dicitis, conceſſerimus vobis ea, quae nuper Iuſtinianus, commiſeratione potius quam terrore adductus, quia ab effundendo ſanguine abſtinere volebat, Hunnis largitus eſt, ridicula res ſane erit, ſi etiam liberalitatem et humanitatem in eos exercere oporteat, contra quos in acie ſtare nemo eſt, qui nos non viderit, quando miſeri Cotrogouri et Ottigouri t), quos affirmatis a nobis accepiſſe pecunias, modo fugientes, modo caeſi, a noſtro exercitu ſunt ad internecionem vsque deleti, cur igitur vobis largiemur bona eorum, quos vicimus v)? CAPVT

108. MENANDER p. 114.

o) conf. Pray p. 209.

p) Κοντεργουρων.

q) Locum integrum vide in *Auaricis* §. *19-23.*

109. MENANDER p. 154.

r) Κουτεργουροι και Οὐτιγουροι.

s) Quae hic ſequuntur vide in *Auaricis* §. *24-26.*

t) Κουτραγουροις και Οὐτιγουροις.

v) Idem Menander p. 114. haec habet: *Venit denuo Targitius, vt legatione fungeretur apud imperatorem; — quia — praeteritis annis ex pecuniis, quas Iuſtinus* [f. Iuſtinianus] *Hunnis quotannis pendebat, nihil acceperant* [Auari], *omnes ſimul perſolui et ita in poſterum earum annuas collationes valere et eas Romanos praeſtare flagitabat.* Valeſius in Notis ad Menandrum p. 217., Haec, inquit, legatio plenius refertur in p. 154. ſqq. quae hic locum habere debet. Porro ex huiusmodi repetitione ſatis apparet, horum fragmentorum duas fuiſſe collectiones. proinde nemo mirari debet, qua ratione fieri potuerit,

CAPVT XI.

Res a Saraguris, Vrogis, Huniguris, Acatiris et Cidaritis geſtae;

ab a. C. 456—580.

§. 159.

Imp. MARCIANO.

Imp. MARCIANO.

a. C. 456 a) ?

110. CIRCA id tempus [quo Genſericus Italiam vaſtabat, Romanis Orientalibus iunctus foedere] legatos ad Orientales Romanos miſerunt *Saraguri* b), *Vrogi* c) et *Hunoguri* d). Hae gentes propriis ſedibus eiectae, commiſſa pugna cum *Sabiris*, quos expulerant Abari, et ipſi quoque extorres facti a populis citeriorem oram maris Oceani habitantibus e), quemadmodum et Saraguri, ad nouarum ſedium comparationem erumpentes, Hunnos *Acathiros* f) adorti erant, et coniunctis viribus, multis proeliis initis, gentem deuicerant, et demum ad Romanos, nanciſcendae eorum ſocietatis cupidi, ſe contulerant. Itaque imperator legatos benigne excepit et muneribus affectos remiſit.

Dum

vt haec fragmenta adeo confuſa ſint et perturbata,,. vide et *Auarica* §. 28. et Pray Annal. p. 209.

Huc etiam pertinent, quae infra §. 169. leguntur.

110. PRISCVS p. 42, 43.

a) Ad hunc annum ſequentia refert Pray p. 180.

b) Cantoclarus in Notis p. 200. „Saragurorum, inquit, Suidas meminit, et ait eſſe gentem Aſiaticam, addo, non longe a mari, ex hoc loco.,,

c) Cantocl. l. c.„ Vrogi neſcio an Vgori, qui et Vgri et Vngari. nec enim alibi Vrogorum mentio. Sed Onogororum et Hunogororum, quos eosdem eſſe puto, Menander et Agathias meminerunt [§. 165-167.]. Et ille tribum Hunnicam, aut potius Turcicam, eſſe ait,,.

d) Ονογουροι.

e) μεταναςαι γενομενοι ὑπο ἐθνων, οικουντων μεν την παρωκεανιτην αυτην [leg. ακτην.]

f) Ακατιροις Ουννοις. de his conf. et §. 25.„

Imp. MARCIANO.

a. C. 456.

Dum gentes patria profugae cum Romanis in Oriente diſſident g), legatio ab Italis aduenit, quae doceret, res Italas ſtare non poſſe, niſi ſibi Vandalos conciliarent.

§. 160.

Imp. LEONE I.

Imp. LEONE I.

a. C. 457.

VENIT et legatio a Perſarum rege, quae multos e Perſide ad Romanos Eoos confugere querebatur —. Addebant, aequum videri, Romanos arcis Ierouach h), ad Portas Caſpias ſitae, curam habere, et pecunias ad eius tuitionem conferre i), neque ſe ſolos ſumtibus et arcis cuſtodia grauari. ſi enim ceſſerint, non ſolum ad Perſarum, ſed etiam ad Romanorum ditionis terras et gentes, quae proxime habitant, damna facile peruentura k). Oportere etiam ſe adiuuari pecuniis ad bellum contra Hunnos *Cidaritas* gerendum, ex quo Romani eam eſſent vtilitatem reportaturi, quod ea gens arcebitur, neque longius in eorum fines progredietur. Romani reſponderunt — pecunias — ad cuſtodiam arcis Ierouach l), et bellum contra Hunnos Cidaritas, quandoquidem eorum ſunt iſtae partes, et id ſibi deſumſerunt, minime iuſte petere. 111.

§. 161.

SARAGVRI Acattiris aliisque gentibus aggregati, in Perſas exercitum duxerunt m). Primum quidem ad Portas Caſpias appulerunt, 112.

 vbi

g) ϛασιασαντων των φυγαδων ἐθνων κατα τȣς κατα τὴν ἕω Ρωμαιȣς.

111. PRISCVS p. 43.

h) Ουροεισαχ. in marg. al. Iȣροειπααχ.

i) ἤγȣν τȣς φρȣρησαντας αὐτο ϛρατιωτας ϛελλειν. *vel milites, qui illud cuſtodiant, mittere.* omiſit interpres.

k) ἀλλα και ἐις Ρωμαιȣς τα [ἐις, iterum poſitum redundat] παροικȣντων ἐθνων κακα ῥαδιως ἀφικεσθαι.

l) Iȣροειπααχ.

112. PRISCVS p. 44.

m) Saraguros et Acatiros ab Hunnis Europaeis auxilio contra Perſas Aſiaticis miſſos, Pray p. 180. autumat, eamque fuiſſe cauſam, cur Irnach bellum cum Romanis diſſuaſerit. [Cfr. ſupra §. 95.]

Imp. Leone I.

a. C. 457.

vbi cum praeſidium Perſicum offendiſſent, ad aliam viam deflexerunt. Qua ad Iberos accedentes, regionem vaſtarunt, et excurſiones in oppida Armeniorum fecerunt. 'At Perſae, qui iamdudum bello cum Cidaritis occupabantur, hac occaſione arrepta, legatos ad Romanos miſerunt, qui ab illis pecunias aut milites ad cuſtodiam arcis Ietouach peterent. Qua de re ſaepius iam cum illis per legatos egiſſent, docuiſſentque, ſe pugnam detrectantibus et cedentibus, liberum futurum ad inuaſionem barbaris gentibus acceſſum, atque ita minime inuaſtata Romanorum regio permaneret. n) His vero reſpondentibus, rationi conſentaneum eſſe, vnumquemque ſua tueri et defendere, et de ſuis arcibus ſollicitum eſſe; rurſus re non obtenta legati ad ſuos reuertere.

§. 162.

a. C. 457—474. o)

113. [Ad Perſas legatus a Leone Aug. miſſus Conſtantius, tertium conſul et patricius, cum diu Edeſſae ſubſtitiſſet, tandem in Perſarum regionem admittitur]. 'Et quidem rex tunc temporis minime in vrbibus, ſed in confinibus regionis ſuae et Hunnorum *Cidaritarum* moram trahens, cum Hunnorum rege bellum gerebat, propterea quod Hunni minime tributum inferebant, quod illis olim Perſarum et Parthorum reges impoſuerant. Et regis Hunnorum pater, tributi illationem renuens, bellum exceperat p), quod quidem

n) Graeca ſic habent: ὥστε Πέρσας πρὸς τῷ πολέμῳ τῶν Κιδαριτῶν, τὸ παλαιὸν αὐτοῖς συστάντι, καὶ ταύτῃ εὐλαβουμένους ἔφοδον [de hoſtili hoc ſolliciti aduentu, vel, hos hoſtes formidantes.], παρὰ Ῥωμαίους πρεσβεύσασθαι, καὶ αἰτεῖν χρήματα σφίσιν αὐτοῖς δίδοσθαι — καὶ λέγειν, ἅπερ αὐτοῖς πολλάκις εἴρητο πρεσβευομένοις, αὐτῶν ὑφισταμένων τὰς μάχας, καὶ συγχωρούντων, τὰ ἐπιόντα ἔθνη βάρβαρα παρόδον ἔχειν, ἡ Ῥωμαίων ἀδῄωτος διαμένει χώρα.

o) Sunt anni imperii Leonis.

113. Priscvs p. 74, 75.

p) οὐκ ἐν ταῖς πόλεσιν, ἀλλὰ γὰρ ἐν τοῖς μεθορίοις αὐτῶν τε καὶ Οὔννων τῶν Κιδαριτῶν τὰς διατριβὰς ποιούμενος αὐτῷ συνίστατο αἰτίαν ἔχων [hic locus non ſatis ſanus eſſe videtur]. ὡς τοὺς φόρους τῶν Οὔννων μὴ

dem vna cum regno ad filium tranſmiſerat; donec Perſis, longiori bello defatigatis, venit in mentem bellum cum Hunnis fraude finire.

Itaque Peroſes (ſic enim Perſarum rex vocabatur) ad CONCHAM q), Hunnorum regem, miſit, tanquam vellet cum illis pacem firmare, et armorum ſocietatem iungere, et illi ſuam ſororem dare in vxorem. Illa enim erat tum forte adhuc iunior, neque dum hic vllos liberos ſuſtulerat. Quibus ſermonibus cum Conchas eſſet aſſenſus, non illi quidem nuptui tradita eſt Peroſis ſoror, ſed alia mulier, regio cultu adornata. Hanc autem Perſarum rex miſit, tanquam, ſi nihil eorum, quae fingebantur, enuntiaret, regiae felicitatis participem futuram, ſin minus, et ſimulata detegeret, mortis ſupplicium ſubituram. Non enim licere Cidaritis imperanti vxorem habere ſeruilis conditionis pro ingenua et nobili.

§. 163.

Cum igitur his conditionibus Peroſes pacem cum Hunnorum rege ſanxiſſet, non illi diu ſua fraus vtilitati et fructui fuit. Mulier enim timens, ne, ſi forte per alios de ſua conditione certior fieret, peſſima ſe morte mulctaret, commentum indicauit. Conchas r) vero mulierem ob veritatem detectam laudans, eam in vxorem habere perſtitit, ſed dolum ſibi factum vlciſci conari in animo habens, contra finitimos bellum gerere ſimulauit. In quo ſibi viris opus eſſe, non quidem ad militiam aptis (infinitam enim horum ſibi adeſſe multitudinem), ſed his, qui eos in aciem educerent, et bellum adminiſtrarent. Peroſes vero principes ex ſuis illuſtriores trecentos ad eum miſit, quorum alios Cidaritarum imperator trucidauit, alios truncatos ad Peroſem remiſit, qui renuntiarent, hos illos commiſſae ab eo fraudis ergo poenas luiſſe. Itaque inter ipſos multo acrius quam antea bellum eſt excitatum, et omnibus viribus

νομιζομενων, ὁυς οἱ παλαι μεν των Περσων και Παρθων βασιλευοντες ἐθεντο. ὡν ὁ πατηρ [deeſt aliquid] την τε Φορα ἀπαρνησομενος ἀπαγωγην τον πολεμον ὑπεδεξατο.

q) Κεγχαν.

r) Γεγχας in marg. Κεγχας.

Imp. LEONE I.

a. C. 457-474.

depugnarunt. In *Gorga* igitur (hoc enim erat loco nomen, in quo tunc forte Perſae caſtra metabantur) Conſtantium Peroſes excepit.

§. 164.

a. C. 474. s)

114. GOBAZES [Lazorum rex]—legatos miſit ad Parthos et ad imperatorem Romanorum. Et Parthorum quidem monarcha, quia bellum illi erat cum Hunnis, quos Cidaritas vocabant, Lazos ad
115. ſe confugientes reiecit. [Hi itaque aliquanto poſt, foedere Romanis iuncti, cum aduerſus Suanos et Perſas auxilia rogatum legatos Byzantium miſiſſent,] aduenit etiam legatio a Perſis, nuntians, Hunnos Cidaritas ab ipſis deuictos, et *Balaam* Hunnorum vrbem expugnatam.

§. 165.

Imp. IVSTINIANO I.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 558. t)

116. SARSELT, *Hunnuguri* et *Sabiri*, et inſuper aliae gentes Hunnicae poſtquam partem Var et Chuni ad loca ſua confugientem viderunt, ingenti metu perculſae ſunt, quod aduenas illos Abares eſſe ſuſpicarentur. Quocirca ſecuritati conſultum cupientes, donis eos coluerunt ampliſſimis v).

§. 166.

a. C. 558. x)

117. CVM—Valentinianus [a Romanis legatus] ad eos [Abares] profectus eſſet, et munera praebuiſſet, et mandata imperatoris expoſuiſſet, primum *Ongoros Eitaſalos* Hunnicam gentem debellarunt y), et Sabiros euerterunt.

§. 157.

114. PRISCVS p. 74.

s) Annum ex ſuperioribus adſcribo.

115. Idem p. 46.

116. THEOPHYLACTVS L. VIII. p. 175.

t) Annus eſt, quo ſecundum Theophanem primum Conſtantinopoli viſi ſunt Abares. et non diu ante id tempus haec geſta eſſe videntur.

v) Locum integrum, ex quo haec deſumta ſunt, vide in *Auaricis* §. 3.

117. MENANDER p. 100.

x) Hoc ipſo anno, vel ſaltim ſequenti, Romanorum legati cum illis, quos Auari miſerant, abierunt.

y) *πρωτον μεν ἐξεπολεμηθησαν Οὐγγροις Εἰταζαλοις, Οὐννικῳ φυλῳ.* Cantoclarus in Notis

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 558.

§. 167.

ACCEPIT iam inde ab antiquo hic locus [Onogoris vrbs Lazica] appellationem, quod, cum Hunni, fortaſſe ſuperioribus temporibus vocati Onuguri, illo ipſo in loco cum Colchis proelio decertaſſent, et victi fuiſſent, veluti monumenti et trophaei cauſa id nomen ei ab indigenis inditum fuerit. 118.

§. 168.

Imp. IVSTINO II.

Imp. IVSTINO II.

a. C. 568. z)

[CVM Romanorum legati a Turcis redirent, ripas fluuiorum *Hich*, *Daich* et *Attilas* praetergreſſi, peruenerunt] ad *Hugoros* a), qui Romanos monuerunt, in denſis et arboribus conſitis locis latere in inſidiis collocata Perſarum quatuor millia, qui obſeruabant, qua transirent, vt eos captiuos facerent. Ongororum dux, qui illic ex auctoritate Diſabuli imperium habebat, vtres aqua impleuit, et praebuit Zemarcho, et eius comitibus, vt, cum per inaquoſa loca transirent, haberent, vnde aquarent. 119.

§. 169.

Imp. TIBERIO II.

Imp. TIBERIO II.
a. 2. Tiberii II.

a. C. 580.

[LEGATI anno ſecundo Tiberii ad Turcos miſſi, fines Tauricae et loca paluſtria transgreſſi venerunt in b)] regionem,—quae dici- 120.

p. 197.„ Hugoros, inquit, Vgros, Vngaros, Hunnos, idem eſſe puto, et Agathias diuidit in Cotriguros, Vltizuros, et Burgundos [et Vtigoros, vid. ſupra p. 133.]. Idem Agathias Vnnos vocat Onogoros [vid. §. 167.]: Procopius Vtigaros [vel potius, Vturguros]. Ειταζαλοις lege ἔιτα ζαλοις, *deinde Salos.* Sali Europaeae Scythiae gens apud Ptolomaeum et Strabonem, qui et Phthirophagi„. [Zalos et Viguros Cuturgurorum tribus fuiſſe putat Pray p. 202.] conf. *Auarica* §. 5.

118. AGATHIAS p. 77.

119. MENANDER p. 109.

z) Initio quarti anni Iuſtini legati Turcorum Byzantium venerunt, cum quibus poſtea legati Rom. ad Turcos profecti ſunt.

a) Ουγȣρȣς. ita et infra hoc nomen ſcribitur. Gentis Ogor a Turcis debellatae meminit Theophylactus. vid. *Turcica* §. 16.

120. MENANDER p. 161.

b) Locum integrum vide in *Turcicis* §. 19, 20.

Imp. TIBERIO II.

a. C. 580.

dicitur *Actagas* (eſt autem nomen mulieris, quae in illa Scythia imperabat ſuffragio ANANCAII c)), qui tribui Outrogororum d) praeerat, regnum adepta) et, vt breuiter dicam, multis et difficilibus itineribus peragratis, ad ea loca peruenerunt, vbi Toxandri bellica ſpolia et inſignia erant conſtituta.

§. 170.

121. [TVRXANTHVS Turcorum princeps in colloquio cum legatis Tiberii habito e)] Vobis, inquit, o miſeri, ob oculos ponite Alanorum gentem, atque adeo ipſas Outrigororum f) tribus. Hi excellenti fortitudine et audacia praediti licet, et domeſticis copiis freti, contra inuictam Turcorum gentem acie congreſſi nihil quicquam eorum, quae ſperauerant, conſecuti ſunt, et nobis parent, noſtrorumque ſeruorum numero habentur.

CAPVT XII.

Res geſtae Hunnorum Sabirorum; *ab a. C. 456—581.*

§. 171.

122. IBI [ad extremum Caucaſum] cum aliae gentes multae ſedes habent, tum Alani atque Abaſgi-Zechi praeterea, poſtque hos Hunni cognomento Sabiri a).

§. 172.

c) Ἀναγαιου.

d) Οὐϊττιγυρων.

121. Idem p. 163.

e) vide *Turcica* §. 22.

f) Οὐνιγυρων.

122. PROCOPIVS de Bello Perſ. L. II. c. 29. p. 164. idem de B. G. L. IV. c. 3. p. 570. *Caucaſi*, inquit, *montis—partes—in Orientem ac meridiem vergentes, ad Portas euadunt, quae Hunnos vicinos in Perſarum ac Romanorum oras inducunt: Tzur altera, altera veteri nomine Caſpia dicitur.—Ibi Hunni, quos Sabiros appellant, et aliae quaedam gentes Hunnicae habitant.*

a) Σαβειροι. ita et alibi Procopius hoc nomen effert.

§. 172.

Imp. MARCIANO.

a. C. 456.

Imp. MARCIANO I.

CIRCA id tempus [quo Genſericus Italiam vaſtabat] legatos ad Orientales Romanos miſerunt Saraguri, Vrogi et Hunoguri. Hae gentes propriis ſedibus eiectae, commiſſa pugna cum Sabiris, quos expulerant Abari—[ad nouarum ſedium comparationem eruperunt b).] 123.

§. 173.

Imp. ANASTASIO.

a. C. 516.

Imp. ANASTASIO. a. M. 6008. a. C. 508. a. 25. Anaſtaſii.

α) Hoc anno Vnni, quibus *Samen* c) appellatio, Caſpiarum portarum limitibus emenſis, Armeniam ſuis incurſionibus infeſtarunt; Cappadociamque et Galatiam et Pontum depopulati, ad Euchaita vsque, quae tantum haud ſubegerunt, progreſſi ſunt: a qu bus fugiens ſacer Macedonius, et de vita vbique per viam periclitans, ſaluus tandem Gangram ſe recepit. 124.

§. 174.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 528.

Imp IVSTINIANO I. a. M. 6020. a. C. 520. a. 1. Iuſtiniani I.

β) Hoc anno mulier quaedam barbara ex Vnnis, Saber d) vulgo nuncupatis, nomine *Boarex* e), vidua, adductis ſecum Vnnorum 125.

α) CEDRENVS: *Anno XXV.* [Anaſtaſii] *Hunni, qui appellantur Saberi* (Οὖννοι οἱ λεγομενοι Σαβηρ) &c. reliqua vt Theophanes omnia.

β) CEDRENVS:—*Bareza* [Βαρηζ]—*Malach* — *Gloen* —: reliqua vt Theophanes.

123. PRISCVS p. 42, 43.

b) cf. ſupra §. 159.

124. THEOPHANES p. 138. Anaſtaſius p. 55. Cedren. T. I. p. 361.

c) Οὖννοι λεγομενοι Σαμην.

Anaſtaſius: *Hunni—Saberi.*

125. THEOPHANES p. 149. Anaſtaſius p. 59. Cedrenus T. I. p. 367.

d) Σαβηρ.

e) Βοαρηξ. Anaſtaſius: *Boazer.*

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 528.

a. M. 6020. a. C. 520. a. 1. Iuſtiniani I.

norum millibus centum, in Romanas partes tranſiit: haec amiſſo viro ſuo *Balach*, Hunnicis regionibus imperitabat. Duos vero reges ex alia Vnnorum natione, quae partes interiores habitat, nomen vni STYRAX et alteri GLONES, a Cabade, Perſarum rege, ferendis ſibi ſuppetiis et Romanis bello vexandis accitos, et iam per regionem ſibi ſubditam ad Perſarum loca cum millibus hominum viginti tranſitum habentes, armis illa excepit, et in fruſta concidit: et eorum quidem regem vnum, Styracem vocatum, in bello comprehenſum, vinculis alligatum Conſtantinopolin imperatori miſit: Glonem autem in pugna interfecit. Ita demum armorum ſocietatem et pacem cum imperatore Iuſtiniano mulier perpetuo ſeruauit.

§. 175.

a. 4. Iuſtiniani I. *f*)

a. C. 531.

126. IN Armeniam Romanis ſubditam alium miſit Cabades exercitum, e Perſarmenis et Sunitis, qui ſunt Alanis finitimi, conflatum. Iis ſe adiunxerunt tria Hunnorum millia, eorum qui vocantur Sabiri, bellicoſiſſima ſane gens.

§. 176.

a. 23. Iuſtiniani I. *g*)

a. C. 550.

127. [GVBAZES Lazorum rex] paulo ante [quam Perſae in Lazicam irruperant] Alanos et Sabiros in belli ſocietatem induxerat. Hi, pacta mercede ter centum pondo auri, ſpoponderant, ſe non modo Colchidem ab hoſtili iniuria tutam ſeruaturos cum Lazis, ſed Iberiam etiam ita nudaturos incolis, vt numquam inde Perſae poſſent erumpere. Eam ſummam Gubazes ipſis ab imperatore promiſerat. Quare Iuſtinianum Aug. de pacto monitum rogauit, vt barbaris pecuniam mitteret. — Poſtulatui quidem ſatisfacere habebat in animo Iuſtinianus Aug. ſed, quodam intercedente negotio, pe-
128. cuniam tempori non miſit. — [Non diu vero poſt] pactam Sabiris pecuniam — miſit.

§. 177.

126. PROCOPIVS de B. P. L. I. c. 15. p. 42.

f) Abiit hiems et annus imperii Iuſtiniani quartus. p. 47.

127. Id. ibid. L. II. c. 29. p. 165.

g) cf. ibid. p. 170.

128. PROCOPIVS de B. P. L. II. c. 30. p. 168.

§. 177.

a. C. 551. a. 16. B. G.

Casv quodam contigit, vt in hoc Romanorum exercitu [qui Petram Lazicam vrbem poſt quintum induciarum cum Perſis annum *h*) obſedit] nonnulli barbari Sabiri agerent, iſta de cauſa. 129.

Sabiri, gens Hunnica, ad Caucaſum habitant, frequentiſſimi, et in multos principatus rite diuiſi. Principum alii cum imperatore Romano, alii cum Perſarum rege amicitia veteri coniuncti ſunt. Ac ſolet vterque rex certum auri modum ſociis largiri ſuis, non quotannis, ſed quando ad id neceſſitate compellitur. Tunc igitur Iuſtinianus Aug. Sabiros ſibi amicos ad ſocianda ſecum arma inuitans, ad eos quemdam, qui pecuniam deferret, miſit. Is vero, non valens tuto ad Caucaſum, praeſertim cum pecunia, penetrare, eo quod hoſtes regionem interpoſitam obtinerent, poſtquam ad Beſſam et Romanas copias Petram obſidentes peruenit, per nuntium Sabiris ſignificauit, vt quamprimum ad ſe venirent ipſorum quidam, accepturi pecuniam.

§. 178.

Extemplo barbari delectos tres e proceribus ſuis in Lazicam deſtinant cum nonnullis: qui poſt ſuum illuc aduentum, Romanis permiſti copiis, murorum oppugnationi manum admouerunt. Ad id autem operam contulerunt, animaduerſa Romanorum deſperatione. His certe haerentibus, et, quo pacto ſibi conſulerent, ignorantibus, Sabiri machinam fabricati ſunt, qualis poſt hominum memoriam nec Perſarum nec Romanorum cuiquam in mentem venit —. Extempore Sabiri iſti arietem excitarunt, non conſueto, ſed nouo quodam alio modo. Neque enim rectis transuerſisque trabibus compegerunt hanc machinam; verum craſſioribus virgis inter ſe nexis, et in omni latere aptatis trabium loco, totam machinam coriis ita circumtexerunt, vt ſpeciem arietis retinuerint, vna admodum trabe in medio catenis laxis, vt aſſolet, ſuſpenſa; cuius caput in mucronem deſinens, et ferro circummunitum, non ſecus ac

129. Procopivs de B. G. L. IV. c. 11. p. 593.

h) Annus quartus induciarum fuit 23us Iuſtiniani I. coll. p. 170. a. C. 550. cum quibus etiam congruit annus 16. B. G. ſub quo haec narrat Procopius.

Imp. IVSTINIANO I. a. 16. B. G.

a. C. 551.

130. ac teli cuſpis, muros crebro impulſu verberaturum erat. Porro adeo leuem fecere hanc machinam, vt eam a viris intus diſpoſitis trahi agique neceſſe non eſſet; ſed viri quadraginta, qui trabem retracturi et in murum impulſuri erant, arietariam machinam humeris expeditiſſime geſtarent, intus protecti coriis. Tres igitur hi barbari machinas eiusmodi ſtruxerunt; — tum earum quamque ingreſſi Rom. milites minimum quadraginta, — eas muro admouerunt.

§. 179.

131. [MERMEROI et Perſis ſubſidio Petrae i) venientibus] etiam aderant ſocii ex Hunnis Sabiris k) ad duodecim millia. At timens Mermeroes, ne tot numero barbari detrectarent imperium, ac Perſarum exercitum ingenti malo afficerent, retentis quatuor eorum millibus, caeteros, luculento ſtipendio donatos, remiſit in patriam.

§. 180.

132. [POSTEA cum Archaeopolin l) totis viribus oppugnare decreuiſſet Mermeroes] primo quidem Sabiris curam demandauit, arietes fabricandi quamplurimos, quibus portandis hominum humeri ſufficerent. Eo quod ad murum imo in monte poſitum conſuetas machinas nullo modo quiret appellere, et auditis, quae Sabiri Romanorum ſocii paulo ante feciſſent ad Petrae moenia, recentibus inuentis ſtudens, eorum vſu iuuari vellet. Illi dicto audientes, protinus multos arietes iis ſimiles moliti ſunt, quos, vt diximus, Sabiri Romanis excitauerunt.

§. 181.

a. C. 552?

133. ACTA autem hieme, Iſdigunas reuerſus [a legatione] ad Choſroem cum pecunia, pacta conuenta expoſuit. Ille accepto auro

130. Id. ibidem p. 594.

131. PROCOPIVS de B. G. L. IV. c. 13. p. 601.

i) Vrbs Lazica fuit.

k) Sabirorum Mermeroi magno numero adiunctorum etiam infra p. 612. meminit Procopius.

132. Id. ibid. c. 14. p. 603.

l) Vrbs Lazica.

133. PROCOPIVS de B. G. L. IV. c. 17. p. 614.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 552.

auro ſine mora confirmauit inducias: Lazica tamen decedere noluit, ſed eadem illa pecunia allectis Hunnorum Sabirorum numeroſis auxiliis, ea cum nonnullis Perſarum copiis Mermeroi extemplo miſit, mandauitque, vt pro viribus coepta vrgeret—. Mermeroës itaque cum vniuerſo Perſarum Hunnorumque exercitu mouit ex Muchiriſide et firmiora petiit Lazorum loca. [ſed] fruſtra tentatis [vrbis Archaeopolis] moenibus, maturauit reditum. Romani, abſcedentibus inſtantes hoſtibus, in anguſtiis cecidere non paucos; inter quos dux Sabirorum occubuit. Circa huius cadauer acriter dimicatum eſt: demum Perſae – hoſte vi in fugam acto, Cutatiſium et Muchireſin repetiere.

a. 29. Iuſtiniani. m)

§. 182.

a. C. 556.

134. NACHORAGAN [Miſimianis n), qui ad Perſas defecerunt, aduerſus Romanos auxilio miſſus] ſexaginta bellatorum millia ad inſulam ductabat, quam Martinus et Iuſtinianus Germani F. eorumque copiae, ex Hunnis nempe Sabiris ſtipendiarii o), inſidebant. Aderat autem Romanis militum grauioris armaturae portio duorum circiter millium, quos ductabant *Balmach*, *Cutilſis* et *Iliger* p), celebratiſſimi apud illos viri. Hi itaque Sabiri circa Archaeopolin et circumiacentes campos, prout ipſis Martinus mandauerat, caſtra poſuerant, vt hoſtes, (videbantur enim illac tranſituri) quoad poſſent, infeſtarent, et difficiliorem magisque periculoſum ipſis tranſitum redderent.

Nachoragan [Perſarum dux] vero poſtquam Sabiros ea loca inſediſſe cognouit, delecta ex auxiliariis Dilimnitarum copiis virorum tria millia confeſtim in eos miſit, cum mandatis – vt omnes penitus interficerent, ne ſibi ad proelium eunti illi a tergo inſidiantes relinquerentur q)—. Itaque Dilimnitarum portio quaedam, quum 135.

 iam,

134. AGATHIAS L. III. p. 92.

m) Agath. p. 66. coll. p. 80, 90.

n) Hi Lazorum regi parebant, vt et Apſilii, erantque his borealiores et ad orientem ſolem nonnihil vergentes.

o) ὁι δε ἐκ των Οὐννων μισθοφοροι των δη Σαβειρων ἀγωνιζομενων: omiſerat haec interpres.

p) Βαλμαχ. Κουτιλζις. Ιλιγερ.

135. Id. ibid. p. 93.

q) Sequitur digreſſio de Dilimnitarum gente. Praecipua haec ſunt:

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 556.

iam nox eſſet, in Sabiros iuit; conſultius enim ipſis videbatur, ſi eos adhuc dormientes inuaderent, atque ita facillime omnes trucidarent; neque, opinor, fruſtrati fuiſſent ſua ſpe, niſi quaedam ipſos fortuna fefelliſſet. Nam ipſis ad hoc euntibus vir quidam Colchus in tenebris et ſolitudine fit obuius, quem illi ſtatim auidiſſime apprehenſum, vt itineris ad Sabiros ducem ſe praebeat, cogunt. Quod quidem mandatum quum ipſe libentiſſime ſubiiſſet, et iam eis praeiret; poſteaquam denſam quandam ſyluam fuit nactus, paulatim ſe ab eis recepit atque ſubduxit, ac tandem effugiens ſequentes atque anteuertens, citato curſu ad Sabiros peruenit; quos quum vniuerſos ſupine dormientes ſtertentesque repeiſſet, o miſeri, inquit, iamiam periiſtis, alta claraque voce inclamans: aegreque ipſis ita expergefactis nuntiat, hoſtem e veſtigio adfuturum. Hi vero tumultuarie quum ſurrexiſſent, ſeque armaſſent, *vallo* exceſſerunt, et bifariam diuiſi inſidias locarunt, aditum in vallum caſtrorum incuſtoditum relinquentes, ſimiliterque etiam tuguria paſſim ex palis et pellibus confecta. At Dilimnitae, quampluримas ambages viarum prae locorum imperitia emenſi, nihilominus tamen
136. ante diluculum quum ad caſtra Hunnorum perueniſſent, confidenter ſuo ipſorum malo in ea irrumpunt, ſimulque omnes intro ſe recipiunt. atque ita tacite citraque vllum ſtrepitum progreſſi, ne videlicet illi id perſentiſcerent, atque expergefierent, haſtas in earum latibula et tuguriola torquent, tanquam interfecturi dormientes; et iam putabant rem totam ipſis eſſe confectam.

Sabiri interea vtrinque ex inſidiis proſilientes, repente in eos irruunt; at illi ſubito illo atque inexſpectato impetu conſternati, et ſpe plane in contrarium verſa, in ſumma conſilii inopia et perturbatione rerum verſabantur. Neque enim facile ipſis erat fugam capeſſere, in arctum coactis, neque ſatis hoſtes internoſſe poterant, vtpote cum nocte et metu conflictantes. Paſſim itaque a Sabiris truci-

Dilimnitae, maxima natio earum quae intra Tigrim fluuium Perſiam accolebant, bellicoſiſſimi inprimis fuerunt. Haſtas geſtabant et fariſſas et enſem ex humero dependentem; pugionem praeterea ſiniſtro brachio alligantes, ſcuta et peltas praetendebant. Iamdudum bello aſſuerant, ſub Perſis militantes, non tamen coacti, tanquam ſubditi. Liberi enim erant, ſuique iuris, neque ad alicuius arbitrium per vim trahi conſueuerant.

136. AGATHIAS L. III. p. 94.

a. C. 556.

trucidabantur, ne tentata quidem ſui defenſione; atque octingenti quidem viri intra caſtra perierunt, reliqui difficulter elapſi ſparſim errabant, neſcii plane, quo ſe conferrent, quumque iam procul aufugiſſe viderentur, circumacti rurſus et eodem relapſi, in hoſtes incidebant. Hoc pacto tota illa nox eſt transacta. Mane vero quum illuxiſſet, confeſtim qui ſupererant Dilimnitae recognitis viis recta ad Perſarum caſtra cucurrerunt, perſequentibus ipſos nihilominus tergaque prementibus Sabiris. [Babas interea Romanorum dux, qui tunc Archaeopoli morabatur, Dilimnitas a Sabiris fugari videns] ipſe etiam vrbe effuſus, cum agmine, quod ad manus erat, non exiguam in iis ſtragem edidit, adeo vt vix in vniuerſum mille ad Nachoragam ſint reuerſi.

§. 183.

a. C. 557.

ADERANT [bello Miſiniano] Perſis etiam Hunnorum Sabirorum mercenaria auxilia. Eſt enim haec natio et maxima et populoſiſſima, ſimulque et bellorum et rapinae ſitientiſſima, quaeque perpetuo foris externo in ſolo degere amat, ſemperque aliena appetere, ſolius mercedis cauſa et praedae ſpe, modo quidem his, modo illis, nunc alteri alicui ſeſe in belli et periculorum ſocietatem coniungendo, in contraria ſubinde mutatur: frequenter enim cum Romanis, frequenter vero cum Perſis inter ſeſe bellum gerentibus proelium inierunt, et exiguo temporis ſpatio interpoſito, modo his, modo illis mercenariam ſuam operam locarunt. Nam priore bello aduerſus Perſas pugnarunt, quum multos Dilimnitarum in ſe irruentes nocturno proelio trucidarunt, quemadmodum ſupra narraui. Quo ſtatim bello confecto, dimiſſi quidem ſunt a Romanis, mercede, de qua inter ipſos conuenerat, accepta; poſtea autem eos, qui antea ipſis fuerant acerrimi hoſtes, ſunt ſequuti, ſiue hi ipſi, ſiue alii, Sabiri tamen, et ex ſua gente ad ſociale cum Perſis bellum miſſi. 137.

§. 184.

Ex his itaque Sabiris viri quingenti in ſtabulo quodam ſubdiuo, longiuſcule a reliquo exercitu diſſito, conſederunt; quod quidem

137. AGATHIAS L. IV. p. 121, 122.

r) Agath. p. 66. coll. p. 80, 90. 105. 121.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 557.

quidem quum Maxentius et Theodorus plene cognouiſſent, quodque ibi poſitis armis negligenter viuerent, confeſtim in eos trecentos equites duxerunt. Muro itaque in orbem circumſeſſo (neque enim ille valde erat altus, ſed ita tantum, vt equitis extra ſtantis facies proſpici poſſet), huic, inquam, muro appropinquantes, omni ex parte barbaros iaculis, ſaxis, ſagittis et quouis alio telorum genere feriebant. Tum hi, plures eſſe hoſtes, quam reuera erant, ſuſpicati, ſimulque inopinato rei perculſi, nec de tuendo ſe admodum cogitabant, neque effugio locus patebat, quod muro eſſent circumuallati. Ibi ergo alii omnes paſſim caeſi ſunt; ſoli vero XL. viri, quum mirifice manibus pedibusque in ſummum murum conſcendiſſent, in diuerſam partem delapſi, in proximae ſyluae denſitate delituerunt; quos tamen Romani inueſtigare non deſtiterunt.

§. 185.

a. C. 558.

138. SARSELT, Hunnuguni et Sabiri [gentes Hunnicae] partis Var et Chuni, quos Abaros eſſe putabant, aduentu territi, quo ſecuritati ſuae conſulerent, donis eos coluerunt ampliſſimis s).

§. 186.

139. [CVM Valentinianus ad Abaros legatus profectus] imperatoris mandata expoſuiſſet, [hi] primum quidem Ouiguros Eitazalos, Hunnicam gentem, debellarunt, et Sabiros euerterunt t).

§. 187.

Imp. IVSTINO II.

Imp. IVSTINO II.

a. C. 573.

a. 8. Iuſtini.

140. MARCIANVS Iuſtini imperatoris patruelis, — in expeditionem aduerſus Choſroem octauo imperii Iuſtini anno miſſus eſt. Ioannes

138. THEOPHYLACTVS L. VIII. p. 175.

s) Excerpta ſunt, locum integrum vide ſupra §. 165.

139. MENANDER p. 100.

t) cf. ſupra §. 166.

140. THEOPHANES BYZANTINVS [T. I. Corp. Hiſt. Byz. Eclog. Hiſt. p. 22.]

a. C. 573.

annes vero Armeniae dux et Meranes Perſarum — exercitum colligebant. Et Armeniis quidem ſocios ſe coniunxerunt Colchi, Abaſgi, et Saroës rex Alanorum: Meranae vero Sabiri v) et Daganes et Dilmaina x) gens.

§. 188.

a. C. 578. y)

Svb Tiberio Caeſare Romanorum duces, impetu in Albaniam facto, obſidibus a Sabiris z) et aliis gentibus acceptis, Byzantium venerunt. Eo cum legati Alanorum et Sabirorum veniſſent, qui, vt ſe Romanis dederant, mittebantur, Caeſar eos benigne valde et humaniter excepit. Cum autem ex eorum verbis audiſſet, quantas pecunias illis Perſarum rex largitus fuiſſet, facta poteſtate, quantum vellent oratione rem exaggerare, et verum dicendo obſcurare a), Duplo maiora praemia vobis largior, inquit, non ſolum viris in dignitate conſtitutis, ſed etiam vnicuique veſtrum. 141.

Haec barbaris laetitiam attulerunt, et viſi ſunt meliori ſuae fortunae gratulari et aſcribere b), quod ſubiecti forent Romanis. Retulerunt autem *Abirem* abſentem eſſe c), ſed non ad longum tempus. Is tamen, nullo obſidum habita ratione, Perſis ſe coniunxit. Deinde Caeſar cum legatis congreſſus, conſentanea his, quae primum locutus fuerat, diſſeruit, et dixit: erga eos, qui ſponte in eius poteſtatem venirent, ſe liberalem futurum, et eos, qui ſe ſuae poteſtati ſubmittere recuſarent, vi et virtute ſuo imperio parere coacturum.

§. 189.

v) Σαβιροι.

x) Dilimnitas Agathias vocat, v. ſupra §. 172.

141. MENANDER p. 119.

y) Hoc anno Tiberium Caeſarem renunciauit Iuſtinus.

z) Σαβειρων.

a) δεδωκως τε ἐξουσιας σφισιν ἐς ὁσον ἠβουλοντο ἐξαραι τῃ ψευδολογιᾳ το χρημα, και τῳ κομπῳ τἀληθες ἐπικαλυψαι.

b) και ἐδοκουν χαριν εἰδεναι τῳ κρειττονι. i. e. grates agebant Deo: Graeci enim Deum appellant το κρειττον. Valeſius in Notis p. 217.

c) ὡς ὁ Αβειρ ἀπειη, lege, ὁ Σαβειρ, i. e. Sabirorum regulus. Valeſius l. c.

§. 189.

Imp. TIBERIO II.

Imp TIBERIO II.

a. C. 580. d)

142. MILITES, qui ſub Courſo et Theodoro merebant, a caſtris diſceſſerunt, poſtquam illis nunciatum erat, imperatorem ira inflammatum de illis poenas ſumere cogitare, propterea quod in Albaniam irruentes Sabiros non penitus ſuſtulerant, et exterminarant; ſed obſidibus confiſi parum caute res adminiſtrarent, idque experientia ipſa compererant: etenim confeſtim Sabir a Romanis defecerat. Cum minime ſatis vtilitati reipublicae conſuluiſſent, poenitentia ducti, rurſus in Albaniam impetum fecerant; et legationibus Sabiros et Albanos, ſuis ſedibus excitos, ad ripas Cyri amnis collocarunt, vt deinceps in Romanorum ditionis regionibus habitarent e), quibus rebus peragendis Courſus et Theodorus adhuc occupati erant, [cum Tiberius Iuſtinianum, qui bello gerendo praeeſſet, in Armeniam miſit.]

§. 190.

143. CHOSROES ex finitimis locis Daras immittit in mediam regionem fluuiorum viginti millia equitum; quo tempore Saraceni et Saberi cum primoribus Romanorum, qua gentem, quae in montibus habitabat, progredi oporteret, diſpiciebant f).

142. MENANDER p. 158, 159.

d) Menander p. 161. coll. Theophan. p. 211.

e) αὖθις ἐλάσαντες ἐν Ἀλβανίᾳ, πρεσβείαις ἦγον, τοὺς Σαβείρους τε καὶ Ἀλβανοὺς, πανοικὶ σφᾶς μετοικίζοντες, ἐς τὰ τῇδε τοῦ Κύρου ποταμοῦ, ὡς λοιπὸν ἐν τῇ Ῥωμαϊκῇ διαιτᾶσθαι χώρᾳ.

143. MENANDER p. 166.

f) Σάβειροι σὺν τοῖς Ῥωμαίων ἄρχουσι περὶ τοῦ πῶς δεῖ προελθεῖν τὴν ἐν γένει ὀρεινὴν διεσκεπτόμενοι.

CAPVT

CAPVT XIII.

Res geſtae Hunnorum Boſporo vrbi vicinorum;

ab a. C. 518—540.

§. 191.

Imp. IVSTINO I.

a. C. 518-527. a)

Imp. IVSTINO I.

EOs [Iberes] Cabades [Perſarum rex] cum ad religionis ſuae inſtituta vellet adigere;—mouit ea res Gurgenem [Iberum regem] vt in fidem Iuſtini concederet. Eam igitur implorauit, petiitque, vt ſibi promitteretur, nunquam Iberes a Romanis Perſarum poteſtati permiſſum iri. Fidem ille perlubens dedit: mox Probum imperatoris Anaſtaſii a ſorore nepotem, virum patricium, miſit Boſporum cum ingenti pecunia, qua Hunnorum auxilia Iberibus adiungeret. Vrbs eſt maritima Boſporus et ad laeuam eorum ſita, qui b) in Pontum Euximum inuehuntur: dierum iter viginti diſtat Cherſone, quae in illis partibus extrema vrbs eſt Romani imperii: obtinent autem Hunni quidquid inter illas interiacet c). Id tenuerant Boſporitae, qui ſui quidem iuris fuerant iam inde olim; non ita vero pridem ſe Iuſtino dediderant. 144

Illinc Probus re infecta cum rediiſſet, miſit imperator in Lazicam Petrum ducem cum Hunnis aliquot, vt ſociis armis pro virili iuuaret Gurgenem.

Eeee 2 §. 192.

144. PROCOPIVS de B. P. L. I. c. 12. p. 33.

a) Sunt anni imperii Iuſtini.

b) Per Boſporum Cimmerium, an Thracicum, hic non additur.

c) In Epitome Libri I. de B. P. p. 84. ie Biblioth. Photii ita: *Quod inter Boſporum et Cherſonem dierum viginti interiaceat ſpatium, Hunni incolunt: qui ſuis olim legibus degentes, in Iuſtini nuper poteſtatem venerunt; vt iam Cherſon Romani terminus imperii eſſet.* Quae idem Procopius de B. G. L. IV. c. 5. p. 576. habet, vide ſupra §. 125. iisque ſimilia ex eiusdem Libris de Aedif. v. §. 115.

Imp. IVSTINIANO I. a. M. 6020. a. C. 520. a. 1. Iuſtiniani.

§. 192.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 528.

145. *a*) REX Vnnorum Boſporo proximus, nomine GORDAS, cum imperatore foedus habiturus acceſſit. Is Chriſtianam religionem amplexus, baptiſmi lumine illuſtratus eſt, et ex lauacro ab imperatore ſuſceptus: multisque ſubinde ab eo muneribus acceptis, ad Romanos fines tutandos, et Boſporum ciuitatem, a boum, nummorum et pecuniarum vice annuatim penſo, tributo ita vocatam, armis propugnandam miſſus, in propriam regionem ſeceſſit. Locauit autem et militum Romanorum numerum et tribunorum, vt cuſtodirent ciuitatem propter Vnnos, et boum tributa exigerent: magnum quippe in ciuitate illa Romanis cum Vnnis commercium interceſſit.

§. 193.

Vnnorum itaque rex factus Chriſtianus, in propriam regionem reuerſus, fratri, quem illic offendit, imperatoris humanitatem atque liberalitatem, ſeque Chriſtianum factum eſſe narrauit. Ad haec direpta vndequaque ſimulacra, quae venerabantur Vnni, cuncta conflauit: erant enim illa argentea et electrina. Quamobrem ira ſuccenſi Vnni, coniuratione cum eius fratre excitata, in eum irruentes necem intulerunt, et fratrem eius MVAGEREM *e*) crearunt regem. Veriti porro, ne poenas et regem occiſum expeterent Romani, in ciuitatem Boſporum conuolarunt quantocyus, et tribunum Dalmatium *f*), praeſidiariosque milites interfecerunt.

His

a) CEDRENVS: *Anno primo Iuſtiniani, anno Mundi* IↃↃCIↃXXI. *ab incarnatione Dei* IↃXXVII. *Gordas—factus eſt Chriſtianus; cumque fidem dediſſet, ſe Romanis rebus addictum fore, vrbemque Boſpori cuſtoditurum, et boum tributum exacturum*

d) ἀπεςειλεν ἀυτον εἰς την Βοσπορον πολιν, ἥτις ἐκληθη ἀντι τȣ συντελειν Ρωμαιοις ἀντι χρηματων βοας κατ᾽ ἐθος [leg. κατ᾽ ἐτος] * * * μαιων και τριβȣνων φυλαττειν την πολιν δια τȣς Οὐννȣς, και ἀπαιτειν τας συντελειας των βοων. Supplet lacunam interpres ex Anaſtaſio, apud quem reliqua deſunt.

e) Μȣαγερην.

145. THEOPHANES p. 149, 150. Anaſtaſius p. 58. Cedrenus T. I. p. 367, 368.

f) τον τριβȣνον Δαλματιον.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 528.

His imperator auditis miſit Ioannem exconſulem, Ioannis Scythae nepotem, patricii Rufini filium, cum numeroſis Scytharum copiis, qui adiuncto ſibi per terreſtre iter et Odyſſopolin Godilla et Badurio duce, aduerſus eos mouit exercitum. Hoc nuntio territi Vnni, fuga arrepta diſparuerunt: ex quo pax Boſporo reſtituta, locusque a Romanis omni depulſo timore occupatus.

§. 194.

an. XIII. Iuſtiniani I. g)

a. C. 540.

Armenii ſpe omni depoſita reconciliandae cum Romanis gratiae—regem Perſarum adeunt. [Hi de iniuriis ſibi a Iuſtiniano illatis multa queſti, ſubiiciunt]. Nonne ducibus miſſis ad Boſporitas, Hunnis ſubditos, ditioni ſuae vrbem adiecit, in quam nihil habebat iuris.—Quid non egit—nuper, vt ſibi in perniciem tuam Hunnos coniungeret, nullo vſu cognitos? 146. 147.

[ὑποχομενον φυλαττειν τα Ῥωμαικα, και την Βοσπορον πολιν—αἰπαιτειν δε τας συντελειας των βοων]—magnifice ab imperatore donatus, domumque dimiſſus eſt. Reuerſus domum, fratri—narrauit: atque idem omnia Hunnorum ſimulacra confregit et conflauit. Eam ob rem Hunni irati, cumque his Mogeras eius frater, Gordam necarunt, et regnum Moagerae tradiderunt: ac Boſporum profecti, tribunum Dalmatiae et milites interfecerunt.— Ioannem exconſulem, patricii R. F.— ac Godilam terreſtri itinere ab Odyſſopoli, ad Cadurium copiarum praefectum [και Βαδυριον στρατηγον]. Horum aduentus fama— reliqua vt Theophanes.

146. Procopivs de B. P. L. II. c. 3. p. 93.

g) Exiit cum hieme annus imperii Iuſtiniani Aug. XIII. Procop. de B. P. L. II. c. 5. p. 93.

147. Id. ibid. c. 3. p. 94.

CAPVT XIV.

Res geſtae Hunnorum Ephthalitarum;

ab a. C. 575—599.

§. 195.

Imp. ZENONE. a. M. 5967. a. C. 467. a. I. Zenonis.

Imp. ZENONE.

a. C. 475.

148. a) POST haec a) rex Perſarum Perozes cum Ephthalitis b) Hunnis, quos *Albos* vocant, de regni finibus aggreſſus bello contendere, exercitum contra illos florentem duxit.

§. 196.

Porro Ephthalitae et genus et nomen Hunnorum participant; licet cum Hunnis, quos nouimus, nullum ipſis commercium intercedat.

Haud enim eorum confines ſunt, neque accolae; ſed Perſarum, a ſeptentrione: vbi eſt Gorgo c), vrbs ad oram ſita extremam Perſidis. Hic de finitibus certare inter ſe ſolent.

Nec vero vagantur Ephthalitae palantue, caeterorum more Hunnorum d); ſed fixas jam inde antiquitus in regione benigna ſedes retinent, ita quidem vt nunquam niſi vna cum Medis in Romanam ditionem irruperint. Ex

α) THEOPHANES: *Peroxes aduerſus Nephthalitas Hunnos cepit expeditionem, et in fugam verſos armis inſequebatur. Illi per montium anguſta loca in leues turmas diſperſi, dextrorſum et*

148. PROCOPIVS de B. P. L. I. c. 3. p. 9—11. Theophanes p. 104, 105. Huius eſt annus in marg. adſcriptus.

a) Poſt pacem nempe inter Theodoſium Iun. et Vararanem Perſ. regem factam; de qua in fine cap. 12. ſermo fuerat.

b) De vera huius nominis pronunciatione, et deriuatione, cf. Cel. Fiſcheri noſtri Quaeſtiones Petropolitt. p. 11. not. ff.

c) cf. ſupra §. 163.

d) Οὐ γὰρ νομάδες εἰσιν, ὥσπερ τὰ ἄλλα Οὐννικὰ ἔθνη.

Imp. ZENONE. a.M. 5967. a.C. 467. a. I. Zenonis.

a. C. 475.

Ex Hunnis hi ſoli corpora cute candida et vultus habent minime deformes e).

Longe etiam diuerſis moribus viuunt. Non enim vitam, vt illi, ferinam agunt, ſed regi vni parent, ac ſub politicis legibus inter ſe et cum vicinis ex aequo et bono contrahunt, nec minori ſane cum laude, quam Romani et quaeuis aliae nationes. Opulentiores quique amicos adiungunt ſibi vicenos, aut; ſi fors tulerit, etiam plures, quos ſemper habent conuiuas, omniumque facultatum ſuarum participes, dato ſingulis communi quodam in eas iure. At vbi fato conceſſit, qui illos ſibi ſodales aſciuerat, obtinuit conſuetudo, vt ipſi adhuc vitae pleni in tumulum cum mortuo inferantur.

§. 197.

Petentem Ephthalitas Perozem ſecutus eſt Euſebius Zenonis Aug. apud eum legatus. Aſt illi ſimulata fuga, quaſi hoſtium aduentu territi, curſu quemdam in locum contenderunt, quem vndique praerupti montes ac denſis opacisque nemoribus veſtiti cingebant. Quo quidem penetrantibus via late patebat in medio, quae longiſſime ducere videbatur: nullum tamen habebat exitum, et ad montium ambitum deſinebat. Hic Perozes, doli plane omnis ſecurus, nec ſe in hoſtili ſolo iter facere reputans, inexplorato perſequebatur Hunnorum manum ante oculos fugientium; interea dum pars multo maxima in aſpretis obliteſcens imminebat a tergo, nec patere prius volebat, quam illi in inſidias tam alte ſe induiſſent, et in montium impediiſſent anfractus, vt non poſſent referre pedem.

His Medi cognitis, (iam enim periculi indicium aliquod ſubortum erat) quo ſes loco eſſent, coram Peroze diſſimulabant, ne quid grauius decerneret. Enixe autem inſtabant Euſebio, vt regem ſui ignarum infortunii commoneret, hortaretur que, ne audaciam

ſiniſtrorſum ſe recipiunt: demum retro Perſas collecti, incuſtoditos anguſtiis locorum includunt. Ita Perozes arctatus pacem expetit: quam non prius Nephthalitarum rex conceſſit, quam ille pronus in terram ipſum adoraſſet, et interpoſito iuramento

e) καὶ οὐκ ἄμορφοι τὰς ὄψεις εἰσιν.

Imp. ZENONE.
a. M. 5967. a. C. 467. a. I. Zenonis.

a. C. 475.

ciam adhiberet intempeſtiuam, ſed conſilium; et expediendae ſalutis rationem exploraret. Ille Perozem cum adiiſſet, haud nude rem ſtatim expoſuit: verum orſus a fabula, in hircum aliquando non admodum edito in loco vinctum atque balantem incurriſſe leonem dixit, obiectaeque dapis cupidine actum ita quidem inſiluiſſe, vt rapturus videretur; in foſſam vero decidiſſe altiſſimam, quae tramitem circumflexum habebat, ſed anguſtum valde, nec foras peruium, vt qui ab omni parte careret exitu, ſic nempe ductus conſulto fuerat ab hirci dominis, et hic ſupra ſcrobem ita locatus, vt leo caperetur. Haec vbi Perozes audiit, vereri coepit, ne in perniciem Medi ſuam veniſſent, hoſtem inſequendo. Nec porro perrexit; ſed eodem loci temporisque veſtigio inſtituit cum re praeſenti deliberare.

§. 198.

Ecce autem a tergo Hunni ſe prodere et ex aperto montis fauces cuſtodire, quo receptum hoſti praecluderent. Tum demum Perſae, in quae mala deueniſſent, perſpicere, deplorare praeſentem vicem, ac periculi fugam deſperare.

At rex Ephthalitarum miſſis ad Perozem aliquot e ſuis aſſeclis, vehementer illi exprobrauit inconſideratam audaciam, qua ſe gentemque ſuam foede perditum iuiſſet. Hunnos tamen parſuros promiſit, ſi modo ipſe a Peroze tanquam dominus adoraretur, fidemque patrio illorum ſacramento authoratam acciperet, nunquam Perſas bellum Ephthalitis illaturos. Quibus Perozes auditis, Magos, qui aderant, conſulens, num data conditione vtendum eſſet, rogauit. Reſponſum a Magis, quod attineret ad iusiurandum, componeret ipſe arbitratu ſuo, quod ad alterum, ſolerter hoſtem circumueniret. Mox ſuggeſſerunt, in patriis eſſe moribus adorare quotidie ſolem orientem: itaque oportere, vt, tempore diligenter obſeruato, regem Ephthalitarum prima luce adiret, et ad ſolem ſurgentem conuerſus, hunc adoraret: quo aſtu ignominiam facti eleua-

fuiſſet pactus, ſe non amplius bellum Nephthalitis illaturum. Peroxes neceſſitatis vi conſtrictus, illubenti animo id omne praeſtiturum pollicetur, et cum multo dedecore reuertitur: latae tamen ignominiae poſtmodum impatiens, violatis foederibus, armis eos laceſſere non deſtitit.

a. C. 475.

Imp. ZENO-NE.

a. M. 5967. a. C. 467. a. 1. Zenonis.

eleuare deinde poſſet atque effugere. Igitur Perozes cum pacis fidem dedit, tum hoſtem ex Magorum praeſcripto veneratus eſt: ſic demum laetus exercitum reduxit ſaluum atque incolumem.

§. 199.

a. M. 5968. a. C. 468. a. 2. Zen.

a. C. 476.

β) ALIQVANTO poſt Perozes ſpreto, quo ſe obſtrinxerat, iuramento, impoſitam ſibi ab Hunnis contumeliam vltum ire decreuit. Quapropter vbi copias vndique et Perſarum et ſociorum collegiſſet, eas ipſe in Ephthalitas duxit, cum triginta filiorum ſuorum grege, vno Cabade, qui nondum ex ephebis exceſſerat, domi relicto. 149.

De illius profectione factis certioribus Ephthalitis, accidit ex eo dolor, quod ab hoſte circumſcripti fuiſſent; mox et in regis ſui vituperationem eruperunt, cum dicerent, eum Medis res patriae prodidiſſe. Is haec videns, ex ipſis quaerere, ecquid tandem ceſſiſſet? Vtrumne arua, an arma, aut e facultatibus caeteris aliud forte quippiam? At illi occaſionem, vnde omnia penderent, dimiſſam fuiſſe conqueſti, nihilominus parabant promtiſſimis animis hoſti occurrere, ſed vetuit in praeſentia rex, affirmans, ſe de irruptione Perſarum nihil dum habere explorati, cum adhuc ſuos ſe intra limites tenerent. §. 200.

β) THEOPHANES, CEDRENVS: *Hoc eodem anno* [v. marg.] *Peroxes iterum aduerſus Hunnos Albos nomine, qui et Nephthalitae, arma mouens, ex integro profligatur. Foſſa quippe profundius excauata, calamos cum terra leuiter aggeſta deſuper imponentes, latenter in ea Perſas praeſtolabantur. Paucis autem, qui Perſico exercitui praecurrerent, miſſis, iisdemque in fugam verſis, et exinde locorum anguſtias ſubeuntibus ſingulis, et vna fugientibus reliquis, Perſae nihil aduerſum ſuſpicati effuſis habenis eos inſectati, omnes cum Peroxe ipſiusque liberis in barathrum incidentes perierunt. Peroxes dolum expertus, gemmam, quam*

149. PROCOPIVS de B. P. L. I. c. 4. p. 11—14. Theophanes p. 105, 106. Cedrenus T. I. p. 355. Agathias L. IV. p. 137. Theophanes Byzantinus p. 22.

Imp. ZENONE. a. M. 5968. a. C. 468. a. 2. Zen.

a. C. 476.

§. 200.

Itaque haud vltra mouens, haec praemolitus eſt. In campo, qua Perſae patrias Ephthalitarum ſedes ingreſſuri erant, ſpatium magnum intercidens, foſſam duxit altitudinis latitudinisque ingentis, relicta in medio exigua intercapedine terae non ſubactae, quanta ſufficeret equis decem, qui frontibus aequatis irent. Impoſitis deinde calamis, et his ſupergeſta humo foueam obcaecauit. Hunnorum turbae, quae ex vlteriori tractu conuerſura curſum erat, praecipiens, vt in eo interſtitio, quod ſolidum relinquebatur, denſarent ordines, lentiusque incederent, ne in foſſam prolaberentur. Ipſum etiam e vexilli regii cuſpide ſalem ſuſpendit, per quem Perozes ante iurauerat, et quem modo contemnens, bello Hunnos appetebat.

Ergo tamdiu rex Ephthalitarum ſeſe continuit, dum fama fuit, hoſtem agere in ſuo regno, ſimul autem ab exploratoribus didicit, Perſas attigiſſe Gorgo, vrbem in extrema Perſide poſitam, iamque illinc profectos petere Ephthalitas, ipſe quidem cum parte copiarum maxima cis foſſam ſubſtitit; paucos vero emittens, iuſſit in conſpectum dare ſe hoſtibus procul in campo, mox in fugam ſe effuſe conuertere, memores imprimis quae circa foueam mandata haberent, vbi propius acceſſiſſent. Neque ea emiſſarios fefellere. Vt enim foſſae appropinquarunt, collecto in arctum agmine tranſierunt omnes, ſeque ſuis admiſcuerunt. §. 201.

habebat candidiſſimam—aure dextera detractam a ſe proiecit, ne aliquis poſt eum illam geſtaret— Tali ſtrage Peroxes cum omnibus copiis periit. Porro in hac expeditione qui ſe Peroxi comites non adiunxerant, iuniorem eius filium Cabadem nomine ſibi praefecerunt regem. Barbari vero etiam tributi onere adiecto, duos annos Perſis imperauere. AGATHIAS: *„Perozes— periit—in expeditione aduerſus Nephthalitas, non tam, arbitror, robore hoſtium, quam ſua temeritate. Quum enim oporteret ipſum tuto per hoſtilem regionem procedere, occultas inſidias praeuidentem et praecauentem; horum cura neglecta confeſtim in inſidias incidit, inque ſcrobes et foſſas, quae ad longiſſimum in campo tractum ad fallendum erant confecta: atque ibi cum exercitu interiit quarto et vigeſimo regni ſui anno, vitamque finiit inglorius, vtpote ab Hunnis debellatus. Hunnica enim gens Nephthalitae.* THEOPHANES BYZANTINVS: *Ephthalanus—Eph-*

Imp. ZENONE. a.M. 5968. a. C. 468. a. 1. Zen.

a. C. 476.

§. 201.

Interea Perſae, praecipiti in hoſtem furore feruidi, per aperta et plana ſpatia, vbi nullas ſuſpicari inſidias poterant, ferebantur. Sed in foueam demum lapſi ſunt, non primi modo, ſed quicunque etiam ſequebantur. Quippe caeco impetu abrepti, vt dictum eſt, praeeuntium caſum non ante deprehenderunt, quam ſuper illos cum equis et haſtis voluti, certum exitium attulere miſeris, neque ipſi effugerunt. In his fuit cum filiis omnibus Perozes, quem ferunt, cum proximus eſſet barathro, mali aliquid praeſagiſſe, et rarum candore ac magnitudine vnionem, quem ex aure dextera ſuſpenſum geſtabat, proieciſſe, ne quis illum deinceps ferret. Etenim erat ſpectatu digniſſimus, nec talem quisquam regum hactenus tulerat. Quae narratio nullam apud me fidem habet. Neque enim regem tali rerum articulo cogitationem alius mali cuiuspiam ſuſcepiſſe crediderim; ſed aurem ei hac in ſtrage conſciſſam, et amiſſum alicubi vnionem; quem tum emere ab Ephthalitis fruſtra ſategit imperator Romanorum. Non enim barbari quamuis perquiſitum reperire potuerunt. Quanquam ſunt, qui inuentum quidem ab Ephthalitis, ſed Cabadi alium pro ipſo venditum tradunt. *f*) —

Ita Perozes, vt dicebam, cum vniuerſo Perſarum exercitu periit. Nam ſi non in foueam forte aliquis, in manus certe incidit hoſtium. Clades haec Perſis legem ſuaſit, qua cauetur, ne in hoſtili ſolo equis inſequantur hoſtem, quamuis illum in fugam disiecerint. Ii demum, quos e patria non eduxit ſecum Perozes in expeditionem, regem ſibi crearunt Cabadem, filiorum eius natu minimum, iamque adeo vnum ſuperſtitem. Tunc Ephthalitarum ſtipendiarii Perſae fuerunt; donec Cabades, optime ſtabilito imperio, tributum annuum excuſſit. Porro in ſua ditione hi barbari Perſas biennium habuerunt.

thalitarum rex, a quo vniuerſum genus vocatum eſt, Perozen et Perſas deuicit, et rerum potiti ſunt Ephthalitae. Hos paulo poſt Turci pepulere g).

f) Sequitur hiſtoria huius vnionis.

g) Cf. *Turcica §. 6.* lit. a.

§. 202.

Imp. ANA-STASIO.

Imp. ANASTASIO.

a. C. 495. b)

150. γ) [CABADES Perſarum rex cum in iuſtum incurriſſet populi ſui odium, ab eoque imperio ſpoliatus et in vincula coniectus eſſet; Guſanaſtades, primae inter Perſas nobilitatis vir, idem et Chanaranges, extremae Perſidis ad Ephthalitarum confinia praefecturam gerens, eum occidendum cenſuit; ſed Perſae eum in caſtello Obliuionis aſſeruare ſatis habuere. Inde vxoris, cuius veſtes ſumſerat, et Seoſis ciusdam ope elapſus] nusquam agnitus Cabades cum Seoſe ad Hunnos Ephthalitas peruenit: vbi ducta regis filia in matrimonium, copias comparauit adeo validas, vt cum iis venienti in Perſidem non auſi perduelles obſiſtere, alius olio diſſipati ſint i).

§. 203.

γ) AGATHIAS: *Cauades—e cuſtodia elapſus—ad Nephthalitas ſe recepit, eorumque regi ſupplex eſt factus: qui quum varias incertasque fortunae mutationes ac viciſſitudines cum animo ſuo perpenderet, perhumaniter eum excepit, neque deſinebat eum ſolari, animique aegritudinem ſubleuare; primum quidem blanditiis verborum, commodaque exhortatione ad meliora ipſius mentem corroborans, ac praeterea lauta menſa amicaque propinatione frequenter excipiens, veſtibus etiam pretioſis donans, omniaque hoſpitalitatis munia explens, paulo vero poſt etiam filiam hoſpiti nuptui deſpondet, datoque ei valido ſatis exercitu ad ſua remi-*

150. PROCOPIVS de B. P. L. I. c. 5, 6. p. 14—18. Agathias L. IV. p. 138. Theophanes p. 106. Cedrenus T. I. p. 358. Theophylactus L. IV. c. 6. p. 99.

h) Occubuit Perozes a. C. 468. [i. e. aerae occid. 476.] teſte Theophane p. 105. poſt Perozen Obalas Perſis per 4. annos imperauit [Agath. p. 138.], cui demum ſucceſſit Cabades [a. C. 480. aerae occid.]: hic porro ante eiectionem annis 11. regnauit [Agath. p. 139.]. vnde Cabadis reditus, connumeratis 4. annis, quibus Zamaſphes imperium tenuit [Agath. l. c.], ad a. C. 495. circiter referendus erit. Perperam itaque haec ſub a. 2. Zenonis narrat Theophanes, qui in eo quoque ab Agathia diſſentit, quod Cabadem ante eiectionem 30. poſt reſtitutionem 11. annis regnaſſe ait.

i) Καβαδης δε λαθων απαντας ξυν τω Σεοση *** ὑπαντιαζειν ουδαμη ἠθελον, αλλ' αλλος αλλη ἐς φυγην ὡρμηντο. Supplet lacunam interpres ex Theophane.

Imp. ANASTASIO. 4 a. M. 5997. a. C. 497. a. 13 Anaſtaſii.

§. 203.

a. C. 505. k)

HAVD multo poſt, cum non haberet Cabades, vnde ſolueret, quam regi Ephthalitarum ſummam debebat, Anaſtaſium Aug. rogauit, vti pecuniam apud ſe foenore occuparet. Is ad amicorum conſilium re delata, quid opus facto eſſet quaeſiuit? Eum illi ab huiusmodi pactione auerterunt, demonſtrando, ipſum ſibi fraudem creaturum, ſi amicitiam pecunia ſua ſanciret hoſtes inter et Ephthalitas, quos mutua diſſenſione collidere praeſtaret. Repulſa haec vna Cabadem ad inferendum Romanis bellum impulit. In Armeniam primum irrupit—et Amidam, vrbem Meſopotamiae, [obſedit]. 151.

§. 204.

Tunc agebat in Syria Iacobus [eremita]—in agro Endielorum, vnde Amida diei vnius iter abeſt.— Eum forte Ephthalitae nonnulli illac peruagantes viderunt. Mox animos barbaros libido inceſſit ſagittas in virum experiendi. Iamque collimabant, cum omnium repente manus ita diriguere, vt ad arcum inertes haeſerint. Diſ-

ſit, cum eorum, qui obſtituri eſſent, clade priſtinum ſuum regnum recuperaturum.—qui ad ſua reuerſus, imperium citra labores aut pericula recepit. THEOPHANES, CEDRENVS: *Cabades-cum Seoſe ad Vnnos, Nephthalitas vocatos, ſe recipit, quorum rex, filia Cabadi in vxorem tradita, cum copioſo exercitu in Perſas immittit-qui cum Vnnicis copiis in Perſiam irrumpens, nullo labore regnum obtinuit.* THEOPHYLACTVS alieno loco: Timebant Perſae ne forte aufugiens Hormidas Perſarum reip. negotium faceſſeret ſicuti Cabades „ qui] *veſtem vxoris indutus e cuſtodia egreditur, et aſcito Seoſe, amico probatiſſimo, ad Hunnos accedit, quos eſſe Turcas multis locis monuimus, ac Nephthalitarum rege beneuolentiſſime exceptus, copiisque inſtructiſſimis adiutus, victis certamine inimicis, regnum poſtliminio recepit.*

151. PROCOPIVS de B. P. L. I. c. 7. p. 19, 20.

k) Annum ſuppeditat Theophanes p. 124. vbi, *Hoc, inquit, anno* [v. marg.] *Perſ. rex pecuniam exigebat ab Anaſtaſio. Anaſtaſius cautionem ſcribere iuſſit — alioqui ſe nullas daturum.* Vnde bellum &c. Hic nihil de Ephthalitis, vt neque Cedrenus, qui T. I. p. 358. Amidae obſeſſae meminit.

Imp. ANA-STASIO. a. 14. Anaſt.

Diſcurrens rei fama per caſtra, vbi peruenit ad Cabadem, eum, vt oculis miraculum acciperet, perpulit. Simul vidit, obſtupuit:—tum barbaris delicti gratiam precatus eſt a Iacobo; qui continuo exoratus, poena ſolutos dimiſit.

§. 205.

a. C. 506. *l*)

152. [Hoc bello adhuc durante] vbi—peti ſe a Cabade Areobindus [Rom. dux]—audiuit: deſertis caſtris Conſtantinam fuga praecipiti cum ſuis ſe recipit. Adfuere ſubinde hoſtes.—Antecedebant Perſas Ephthalitae octingenti, in quos forte cum Patricius atque Hypatius incidiſſent, eos ad vnum fere conciderunt—. Cabades autem perlato cladis Ephthalitarum nuntio commotus, gradum addit [et Romanos ſecuros opprimit]. Deinde vbi Hunnos hoſtes ſuos *m*) audiit irrupiſſe in Perſidem, exercitum vniuerſum reduxit, et cum ea gente bellum diuturnum geſſit ad ſeptentrionem.

§. 206.

Imp. IVSTINIANO I. a. 36. Iuſt.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 553. *n*)

153. [CVM pax Perſas inter et Romanos in quinquaginta annos conſtituta eſſet, Zichus, Choſrois legatus, domini ſui potentiam extollens, eum] decem gentes, cum quibus dimicaſſet, tributum pendere coegiſſe et Ephialturum *o*) potentiam euertiſſe et multos reges ſubegiſſe [gloriatus eſt].

§. 207.

Imp. IVSTINO II. a. 4. Iuſt.

Imp. IVSTINO II.

a. C. 568.

154. INITIO quarti anni imperii Iuſtini legatio Turcorum Byzantium acceſſit, [quam vt mitteret, Dizabulo Turcorum principi auctores

152. PROCOPIVS de B. P. L. I. c. 8. p. 24.

l) Bellum hoc ſub anno in marg. adſcripto narrat Theophanes p. 125. ſed nihil ille de Ephthalitis.

m) Forte Cidaritae, vel Sabiri.

153. MENANDER p. 137.

n) Theophanes p. 202, 203. *Hoc anno* [v. marg.]—*Petrus etiam magiſter e Perſia reuerſus eſt, conſtitutis in annos ſeptem pacis conditionibus, quod ad Lazicem aliasque orientis regiones ſpectabat.*

o) Εφθαλιτων.

154. MENANDER p. 106, 107. locum integrum vid. in *Turcicis* §. 3.

Imp. IVSTINO II. a. 4. Iuſt.

a. C. 568.

ctores fuerant Sogdaitae,] qui prius Ephthalitarum, tunc vero Turcorum ſubditi erant.

[Pauſo ante iidem Sogdaitae, permittente Dizabulo] profecti—ad Perſarum regem ſupplicarant, vt liberum illis eſſet, ſine vllo impedimento, apud ipſos purpurae p) commercium—. *Catulfus* q) autem ille Ephthalites, qui, propter ſtuprum a rege vxori ſuae per vim illatum, gentem r) Turcis prodiderat, et propterea ſolum exilio verterat, apud eos tunc temporis erat (etenim in Medorum partes transierat), hortatus eſt Perſarum regem s) vt purpuram [emeret, et poſtea igni cremaret.]

§. 208.

[TVRCORVM legati, ad Iuſtinum admiſſi] dixerunt, ſubegiſſe Ephthalitas, eosque tributum pendere coegiſſe. Omnis igitur, inquit imperator, concidit et a vobis eſt euerſa Ephtalitarum potentia? Maxime, inquierunt legati. Iterum imperator: an in vrbibus, aut vicis habitabant Ephthalitae? gens, o domine, vrbes colit. Ergo, ſubiecit imperator, manifeſtum eſt, vos omnium vrbium, quae illorum fuerunt, effectos eſſe dominos. Sic eſt, imperator, dixerunt t). 155.

§. 209.

Imp. MAVRICIO.

Imp. MAVRICIO. a. 16. Maur.

a. C. 599.

AESTATE huius anni v) appetente, Chaganus in Oriente a Turcis celebratus—legatos ad Mauricium imperatorem mittit—. 156.

Prin-

p) *μεταξα. Sericum.*

q) Καλ8λφος.

r) *gentem ſuam*, το ὁμοφυλον.

s) οὗτος γ8ν, μεταναστης γαρ ἐν τω μεταξυ ἐγεγονει τ8 χρονε, και ἐμηνιζεν ηδη, παρῃνεσε βασιλει των Περσων.

155. MENANDER p. 108.

t) cf. *Turcica* §. 6, 7.

156. THEOPHYLACTVS L. VIII. c. 7. p. 174.

v) vid. marg.

Imp. MAVRICIO.

a. C. 599.

Principem gentis Abdelarum x) (qui aliter Nephthalitae) bello hic Chaganus ſubegit, ſibique imperium illud vindicauit y).

CAPVT XV.

Supplementa ad hiſtoriam Hunnorum Aſiaticorum; ab a. C. 506—623.

§. 210.

Imp. ANASTASIO.

Imp. ANASTASIO. a. M. 5998. a. C. 498. a. 15. Anaſt. a)

a. C. 506.

157. PERSAE, quoniam longius bellum Hunnicum b) ducebatur, cum Romanis pepigere inducias annorum ſeptem, Celere Romano et Aſpebede Perſa ſequeſtris: ac demum copiis vtrique reuocatis pacem agitarunt c).

§. 211.

158. TAVRVS, Ciliciae mons, in Cappadociam primum excurrit: inde in Armeniam, Perſarmeniam, Albaniam, Iberiam, et circumpoſitas, qua ſui qua Perſici iuris ac ditionis, gentes. Etenim euadit in immenſum, et proceſſu immane quantum cum in latitudinem creſcit,

x) Hoc nomine etiam apud Nicephorum Calliſtum venire Ephthalitas, Cantoclarus docet in Notis ad Menandrum p. 199.

y) Locum integrum vide in *Turcicis §. 31.* ſeqq.

157. PROCOPIVS de B. P. L. I. c. 9. p. 27.

a) cf. Theophanes p. 126.

b) Cum Ephthalitis, puta. v. ſupra §. 195.

c) His ſubiungit Procopius: *Ita inchoatum, vt dixi, Romanos inter et Perſas bellum reſedit. Nunc ad ea venio, quae ad Portas Caſp. contigerunt. Taurus &c.*

158. PROCOPIVS de B. P. L. I. c. 10. p. 28, 29.

creſcit, tum in altitudinem. Vltra Iberiae fines inter ſummas anguſtias trames quidam ſtadiis quinquaginta in longitudinem patet, et praerupto atque inſuperabili monte ſic terminatur, vt exitus prorſum nullus appareat. Ibi Portam dumtaxat, quam diceres arte et manu factam, molita eſt natura; eam vetuſto nomine Caſpiam appellamus.

Hinc late ſe campus aperit equitabilis, et vbertim riguus. Regionis pars maxima alendis equis accommodata eſt, ſpatiisque porrecta planiſſimis. Ibi omnes fere populi, quos Hunnorum nomen complectitur, habitant, eorumque ſedes ad paludem vsque Maeotidem pertinent: qui ſi ea, cuius mentio modo incidit, porta in Perſas ac Romanos erumpunt, recentibus in equis expediti, nec circuitum vllum conficiunt, nec praeterquam illo in tramite ſtadiorum quinquaginta ad Iberiae fines, vt diximus, pertingente, derupta offendunt. Alia ſi exire velint, haud ſine labore improbo, nec niſi dimiſſis equis eo perrumpere valent. Tunc enim per longiſſimos montium flexus praeruptósque anfractus perreptare neceſſe habent.

§. 212.

Quae cum olim Alexander Philippi F. intellexiſſet, aditum illum muniit foribus, et caſtellum impoſuit, quod per manus multorum poſtremo in poteſtatem venit *Ambazucis* [d]), natione Hunni, et Romanis atque Anaſtaſio Aug. impenſe amici. Hic paulo ante quam ſenecta diem obiret iam aetate decrepita, per internuntium pecuniam petiit ab Anaſtaſio, promittens, ſe Romanis arcem portasque Caſpias traditurum. At rem expendens Anaſtaſius, eo vir ingenio, vt nihil agere inconſiderate ſoleret, vbi vidit, non poſſe militi commeatum ſuppetere in loco, a rebus plane omnibus nudo, nec vicino genti vlli, quae Romanis pareret: gratiam quidem Ambazuci ob eius beneuolentiam habere ſe magnam dixit; rem vero ipſam habuit in poſtremis. Morbo obiit paulo poſt Ambazuces, eiusque filiis caſtello per vim exactis, Cabades portas occupauit.

§. 213.

Poſt pactas cum Cabade inducias Anaſtaſius imperator ex pago Dara vrbem fecit munitiſſimam—. Perſas bellum Hunnicum tenuit

d) Αμβαζέκης.

Imp. ANASTASIO.

a. C. 506.

nuit, quominus ex animi ſententia opus id impedirent. Simul autem vt Cabades bellum confecit, ad Romanos miſit, qui ſuo nomine cum ipſis expoſtularent.

§. 214.

Imp. IVSTINO I. a. 3. Iuſt.

Imp. IVSTINO I.

a. C. 521.

159. a) PERSAS inter et Romanos bello reuocato, Iuſtinus legatos et munera ad ZILIGDEM e), Vnnorum regem, deſtinauit: ille, interpoſitis ex patrio more iuramentis, aduerſum Perſas imperatori ſuppetias ferre promiſit. Aliis porro a Cabade vna cum miſſa legatione acceptis, cum eo pariter proeliari ſpopondit. Nuncio accepto, grauiter offenſus eſt Iuſtinus.

Ad bellum itaque contra Romanos mouendum miſit Ziligdes hominum viginti millia: Iuſtinus nouo de pace tractatu per legatos inſtaurato, datisque quaſi ſuper alia re litteris, Cabadi Perſarum regi de Ziligde, vt Romanis auxilia daturum etiam cum iuramento pactus fuerit, ſignificat: in eum finem dona plurima accepiſſe, Perſas Romanis prodere meditari: Nos itaque velut fratres, inquit, in amicitiam redire, et a canibus iſtis hoc pacto minime deludi oportet. Cabades igitur Ziligdem ſeorſum interrogat, num ita deludentibus Perſis f), accepiſſet a Romanis munera? Ita eſt: reſpondet

a) CHRONICON PASCHALE: *Olympiad. 325. a. 2. indict. 15. a. 4. Iuſtini, Symmacho et Boëthio coſſ. Coades rex Perſ. Hunnorum regem, Zilgbi* [Ζιλγβι] *nomine, aduerſus Romanos concitauit. Quod cum reſciſſet Iuſtinus, vt qui ipſe, miſſis multis muneribus, illum prius inuitarat, foedusque iureiurando cum eo firmarat, non modico dolore affectus eſt—miſit Hunnus—. Religioſiſſimus autem Iuſtinus—Coadae—Ziagbiris* [Ζιαγβιρος g)] *Hunnorum regis perfidiam ac periurium ſignificauit: et quod is*

159. THEOPHANES p. 143. Anaſtaſius p. 56, 57. Chronicon Paſchale p. 333. Zonaras T. II. p. 59.

e) *Zelichen* Anaſt. qui reliqua vt Theophanes.

f) προτρέποντας κατὰ Περσῶν.

g) Editio Scaligeri τζιαγβιρος. Nott. in Chr. P. p. 591.

Imp. IVSTINO I. a. 3. Iuſt.

a. C. 521.

det ille. His exarſit Cabades, et ipſum interfecit: miſſisque per noctem Perſarum agminibus copias eius deleuit, eum dolo ductum ad ſe acceſſiſſe ſuſpicatus. Ii demum, quibus fuga permiſſa eſt, domum redierunt.

§. 215.

Imp. IVSTINIANO I.

Imp. IVSTINIANO I. a. 14. Iuſt. b)

a. C. 541.

[REX Lazorum olim] ſubditorum armis fines ſuos, ne e contermino Caucaſo Hunni hoſtes per Lazicam in prouincias Romanas erumperent, diligenter cuſtodiebat; idque ſine ſtipendiis, ſine auxiliis Romanorum. 160.

§. 216.

a. C. 531. a. 4. Iuſt.

[CABADES ad orationem Rufini Rom. legati reſpondens, inter alia] Nos, inquit, portas Caſpias in Romanorum aeque ac Perſarum commodum occupauimus, exactis inde barbaris, poſteaquam 161.

a Romanis pecuniam accepiſſet, quo Perſas, ſub proelii tempus in Romanorum partes transeundo, cum iis proeliaturus, proderet: Nos proinde — Zilgbin — interfecit, multosque ex Hunnis ſub noctem ſuſtulit, ingenti in illos immiſſa militum copia, ignorantibus iis, a Perſarum rege contra ſe miſſos, cum ex aliis regionibus aduenisse, ſeque ac eorum regem aggreſſos eſſe ii arbitrarentur. Caeteri qui caedem euaſerant, fugam arripuerunt. ZONARAS: — *Iuſtinus miſſis legatis cum muneribus ad regem Hunnorum, ſocietatem eius ambiuit. Aſſenſus eſt barbarus, ſed et Cauadae Perſ. regi ſuam operam petenti obtulit, ad eumque profectus eſt Romanos oppugnaturus. Enimuero Iuſtinus imperator, miſſis de pace legatis per literas Perſarum regem monuit, ne Hunnis fideret, qui ſocietate cum Romanis iureiurando ſancita, magnaque pecunia accepta illos tempore belli proditurі eſſent. Cauades, cum rex interrogatus ſe pecuniam a Romanis accepiſſe confeſſus eſſet, Iuſtinum vera ſcripſiſſe ratus, hominem ſuſtulit, et Hunnos fere omnes, paucis fuga elapſis.*

b) Sub hoc anno reliqua, quae l. c. Procopius habet, narrat Theophanes p. 185. ſeqq.

160. PROCOPIVS de B. P. L. II. c. 15. p. 123.

161. Id. de B. P. L. I. c. 16. p. 46.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 531.

quam, vt ipſe ſcis, Anaſtaſius Rom. imperator eas emere, cum poſſet, noluit, ne in ſtipendium aſſidui illic militis magnos ſumtus rei cauſa communis facere cogeretur. Nos ibi praeſidium impoſuimus numeroſiſſimum: nos ad hanc diem aluimus: nos vobis, de re veſtra parum ſollicitis, id praeſidium praeſtitimus, vt ſaltem a barbaris, qui illic degunt, intactam hactenus regionem incolueritis. Vos autem, quaſi leuius eſſet iſtud, Daram vrbem magnam ad oppugnandos Perſas extruxiſtis.— Atque ex eo tempore neceſſe fuit rem Perſicam non ſolum proeliis, verum etiam ſumtu minui in duos exercitus facto: quorum alterum obiecimus Maſſagetis, ne in vtroque regno raperent impune ac ferrent omnia; alterum vobis —. Arma Perſae non ponent, quam cum ipſis, vt par eſt, Romani coierint ad portarum Caſpiarum cuſtodiam, vel vrbem Daram euerterint —.

Abit hyems et annus imperii Iuſtiniani quartus abſoluitur.

§. 217.

a. C. 540—545.

162. [Chosroes poſt bellum anno decimo quarto *i*) imperii Iuſtiniani coeptum pacem amplectens, cum ſtipendium ſibi a Romanis ſolui poſtularet]; legati Romanorum reſpondent: Ergo Perſae Romanos vectigales habere volunt. Tum Chosroes: Minime vero, inquit, ſed proprii Romanorum milites erunt Perſae in poſterum, ſtatam nauatae operae mercedem ferentes, quandoquidem vel Hunnis quibusdam et Saracenis annuam ſummam erogatis, non quod eorum ſitis ſtipendiarii; verum vt fines veſtros ab hoſtili populatione innoxios vsque cuſtodiant.

§. 218.

a. C. 554.

a. 27. Iuſt. *k*)

163. [Lazi in oratione, qua Chosroem ad partes ſuas pertrahere nituntur, inter alia] Huc, inquiunt, accedit, quod liberum vobis erit, confines barbaros ad Rom. imperium populandum quotannis laxare

162. Procopius de B. P. L. II. c. 10. p. 112.

i) ibid. c. 5. p. 97.

163. Id. ibid. c. 15. p. 125, 126.

k) cf. Theophan. p. 194.

Imp. IVSTINIANO I. a. 27. Iuſt.

a. C. 554.

laxare l), ſiquidem ſcitis ipſi, Lazicam Caucaſiis montibus obiectam munimenti inſtar fuiſſe hactenus. — Quorum oratione oblectatus Choſroes, — ornat expeditionem, — fingitque, ſe Iberiam componendarum ibi rerum gratia petere, cum rumorem ſparſiſſet in vulgus, Hunnos illis in oris regnum Perſicum inuaſiſſe.

§. 219.

Hoc interim ſpatio Beliſarius cum in Meſopotamiam perueniſſet, — reuerſi exploratores nullam in praeſens facturos Perſas irruptionem pro certo dicunt: Hunnico enim bello impeditum Choſroem alibi teneri.

§. 220.

a. C. 551. a. 16. B.G. m)

[Romani Abaſgorum defectionem armis vindicare aggreſſi, cum iam munitiſſimum eorum caſtellum tenerent], opſites Abaſgorum princeps cum paucis elabendi copiam nactus, ad Hunnos finitimos et Caucaſum montem conceſſit. 164.

§. 221.

a. C. 563. n)

[Inter conditiones, quibus pacem in quinquaginta annos Perſae et Romani fecerunt, etiam haec fuit], ne per anguſtias introitus, qui Coruthſon o) appellatur, et portas Caſpias Perſae aut Hunnos, aut Alanos, aut alios barbaros in Rom. ditionis terras tranſire ſinant. 165.

l) His ſimilia occurrunt apud Procopium infra c. 28. p. 160. vbi ait: *Choſroes ſi Colchidem—firmiter poſſideret, — ſperabat, regnum Perſicum ab infeſtis incurſibus Hunnorum, qui Lazicam accolunt, tutum fore, eosque ſe, quando luberet, in Rom. imperium facilius immiſſurum; cum Lazica propugnaculum ſit aduerſus barbaros degentes in Caucaſo.*

164. Procopivs de B. G. L. IV. c. 9. p. 588.

m) Exiit a. 15. belli Goth. p. 559. exiit a. 16. p. 625.

165. Menander p. 140.

n) cf. ſupra §. 196.

o) χϛυτζον.

Imp. IVSTI-NIANO I. a. M. 6054. a. C. 554. a. 35. Iuſt.

§. 222.

a. C. 562.

166. Basiipolis p) ab Hunnis capta eſt. Quam ob rem Marcellum militiae magiſtrum et nepotem ſuum cum copioſo exercitu ad eam ciuitatem atque Perſiam liberandam eo miſit imperator.

§. 223.

Imp. Tibe-rio II.

Imp. Tiberio II.

a. C. 580.

167. [Tvrxanthvs , Turcorum princeps, patre defuncto] vno etiam ex luctus diebus quatuor captiuos Hunnos vinctos adducens, — iuſſit hinc abeuntibus, patri ſuo renuntiarent, quomodo eius res ſe haberent. q)

§. 224.

Imp. Hera-clio.

Imp. Heraclio.

a. C. 618. r)

168. Post haec s) aliquanto temporis elapſo, Hunnorum rex t) cum procerum ſuorum ac ſatellitum ſtipatu Byzantium peruenit, et ab imperatore Chriſtianis ſacris initiari ſe petiit. Quo libenter excepto, Hunnorum principes a Romanis principibus, et illorum coniuges

166. Theophanes p. 200. Anaſtaſius p. 66.

p) Βαισιπολις. Goar in Notis p. 597. „ Το Βαισι, inquit, in pluribus Codicum non reperitur, maxime Palatino, Peyreziano et Vaticanis; legit Barberinum dictione vna Βαισιπολις, Regium inter Βαισι et πολις ſpatium adhibet, accentu, quaſi foret vna dictio, adhibito. Anaſtaſius ſolam dictionem, *ciuitas*, [vel potius *Hobes ciuitas*. in R. Vaticano enim erat ὁβαις. π. vid. Nott. ad Hiſt. Anaſtaſ. p. 203.] reddidit, Το Βαισι nimirum in eius exemplari non lecto.„

167. Menander p. 164.

q) cf. *Turcica*. §. 24.

168. Nicephorvs Patriarcha p. 9.

r) Annus marg. adſcriptus.

s) Cum nempe, fame et peſte per Rom. imperium ſaeuientibus, Heraclius in Africam traiicere cogitaret.

t) Petauius in Notis ad Niceph. p. 64. „ De Hunnorum, inquit, aduentu tacent Cedrenus et Theoph. Sigebertus a. DCXXIII. *Heraclius imperator Hunnis confoederatur*.„

a. C. 618. *Imp.* Heraclio.

inges ab horum coniugibus de ſacro fonte ſuſcepti ſunt. Inde illos omnes diuinis myſteriis initiatos donis regiis ac dignitatibus affecit. Quippe duci ipſi patriciatus honorem detulit, et in Hunnorum regionem humaniſſime dimiſit.

§. 225.

a. C. 623. a. 14. Heraclii.

[Cvm Sarbarus et Saës Perſarum duces Heraclium Aug. coniunctis viribus adoriri pararent, hic:] per Vnnorum prouinciam viarumque moleſtias et aſpera inaceeſſaque eorum loca iter agere, et barbari eum a tergo inſequi. 169.

CAPVT XVI.

Hunni *aliarum gentium in bellis ſocii;* *ab a. C. 533—587.*

Sectio I.

Hunni *Romanorum in bello Vandalico ſocii.*

§. 226.

Imp. Ivstiniano I.

a. C 533. *Imp.* Ivstiniano I.

Romanorvm militum [qui ad bellum Vandalicum mittebantur] ductores erant, equitum quidem Rufinus et *Aigan* domeſtici Beli- 170.

169. Theophanes p. 260. Anaſtaſius p. 93. c. 11. p. 205. Theophanes p. 162. cf. *Vandalica* §. 66.

170. Procopivs de B. V. L. I.

Imp. IVSTI-NIANO I.

a. C. 533.

Beliſarii—. Aigan parentes habuit *Maſſagetas*, ſiue, *vt iam vocitant*, *Hunnos*. — a) [Sequebantur] ſocii barbari ferme ſexcenti Maſſagetae, qui erant omnes equites ſagittarii, *Sinnioni* a) ac *Balas*, generoſiſſimis fortiſſimisque viris parebant.

§. 227.

a. 7. Iuſt.

171. [Classis Romana cum anno ſeptimo imperii Iuſtiniani circa ſolſtitium aeſtiuum ſoluiſſet, et ad Abydum dies quatuor moram facere coacta eſſet], Maſſagetae duo inter potandum cauillis a quodam ſodali ſuo proritati, ipſum peremerunt iam ebrii; vt *ſunt merobibi ſupra mortales omnes Maſſagetae*. Extemplo Beliſarius in colle, qui Abydo imminet, percuſſorem vtrumque arbori infelici ſuſpendit. Factum caeteri, inprimis eorum cognati, iniquiſſime ferentes, iactabant, ſe non ea conditione ad ſocietatem Romanorum acceſſiſſe, vt poenas luerent, quaſi legibus eorum obnoxii: cum a patriis inſtitutis abhorrent caedium animaduerſiones eiusmodi. [At Beliſarius, oratione ad eos et reliquum exercitum habita, vt moderate ſe gerere ſtatuerent, effecit.]

§. 228.

172. Beliſarius inſtructa acie Carthaginem verſus iter inſtituens—, Maſſagetis foederatis edixit, a laeua procederent, eodem quo reliqui, vel maiori etiam, diuiſi interuallo.—[Et] niſi Beliſarius ita aciem in-
173. ſtruxiſſet, vt Ioannem praecedere, et Maſſagetas ad laeuam exercitus vadere iuſſiſſet; infeſtas Vandalorum manus nunquam potuiſſemus effugere.—,

Giba-

α) Theophanes: *Beliſarium—ſequuti ſunt—equites ſagittarii Maſſagetae, quibus Siſinnius et Balas praefuerunt.*

a) Hic quidem Hunnorum Cuturgurorum dux erat. Cf. ſupra §. 130.

171. Procopivs de B. V. L. I. c. 12. p. 207, 208.

172. Id. ibid. c. 17. p. 217. cf. *Vandalica* §. 74.

173. Id ibid. c. 19. p. 219. cf. *Vandalica* §. 77. Theophanes p. 169.

Imp IVSTINIANO I. a. 7. Iuſt.

a. C. 533.

Gibamundus et, quos ducebat, bis mille [Vandali] venerunt
in campum Salis, Decimo ſtadiis XL. diſſitum, poſitumque ad lae- 174.
uam euntis Carthaginem. — Hic illi in Hunnos cum incidiſſent,
ad internecionem caeſi ſunt. Inter Maſſagetas quidam erat parui
agminis dux, magno vir animo et robore praeditus, qui paterno
atque adeo auito iure priuilegium hoc habebat, vt in quouis Hun-
norum exercitu primus hoſtem aggrederetur. Etenim nemini Maſ-
ſagetarum licebat hoſtium quemquam in acie prius ferire, quam
aliquis ex ea domo et ſtirpe pugnam laceſſiuiſſet. Vir ille, cum
eſſent in propinquo vtraeque copiae, admiſſo equo, ſolus proxime
Vandalorum aciem conſtitit Verum hi nec mouere ſe, nec telis
hominem petere voluerunt; at, ſiue eius audacia attoniti, ſiue para-
tas ab hoſte inſidias ſuſpicati, haerebant. Eos opinor, cum Maſ-
ſagetarum arma nunquam eſſent experti, ſed fama tantum accepiſ-
ſent, gentem eſſe bellicoſiſſimam, diſcrimem expauiſſe. Reuerſus
ad populares ſuos Maſſageta, exclamat, ſibi miſſos a Deo eſſe ex-
ternos illos, tanquam ferculum iam paratum. Eorum certe im-
petum Vandali non ſuſtinuerunt; at ſoluta acie, abiectaque omni
virtutis cogitatione, ad vnum turpiter deleti ſunt.

[Poſt hanc Gibamundi cladem] appropinquabant barbari, du- 175.
ce Gelimere, viam inſiſtente mediam inter Beliſarium et Maſſage-
tas, qui Gibamundum congreſſu fuderant. — Sub noctem — Ioannes 176.
et Maſſagetae ad nos reuerſi cum et ſucceſſus noſtros accepiſſent,
et ſuos narraſſent, nobiscum apud Decimum pernoctarunt.

§. 229.

Vandali — Hunnorum — ducibus multa polliciti, ad amicitiam 177.
eos inuitarant. Hi vero barbari iam ante in rem Romanam parum
propenſi, militarem operam grauate nobis nauabant; cum dicerent,
ſe

174. Id. ibid. p. 220. Theophanes p. 164. breuiſſime ita: *Cibamundus, et qui eum comitabantur milites bis mille dum ſuppetias ſociis afferunt, in Vnnos incidentes omnes deleti ſunt.*

175. PROCOPIVS de B. V. L. I. c. 19. p. 222. cf. *Vandalica §. 78.*

176. Id. ibid. p. 223. Theophanes p. 164.

177. PROCOPIVS de B. V. L. II. c. 1. p. 236. Theophanes p. 166.

Imp. IVSTINIANO I.
a. 7. Iuſt.

a. C. 533.

ſe Byzantium pertractos fuiſſe Petri ducis iureiurando, quod ipſe poſtea fefelliſſet. Quamobrem Vandalorum poſtulatis aſſenſi, ſe, incoepto proelio, arma in Romanam aciem verſuros promiſerant. Haec, a transfugis indicata, metuens Beliſarius, — eruptionem in hoſtes differendam putauit —. Maſſagetas autem quotidianis muneribus, communione menſae, omnique blanditiarum genere captans, ab ipſis elicuit et cognouit, quae promiſerat Gelimer, vt in proelio rem ex compoſito male gererent. Nec diſſimulabant barbari, ſe nihil animi ad pugnandum habere, iniecto metu, ne, poſt cladem etiam Vandalorum, a Romanis reditum in patriam haud impetrarent; ſed in Africa conſeneſcere, et ſupremum diem obire cogerentur. Addebant, ſe ex hoc eſſe ſollicitos, ne ſpoliarentur praeda. Tum fidem interpoſuit Beliſarius, ac promiſit, ſi vi Vandalus debellaretur, ſtatim ipſis domum cum omni praeda redeundi copiam fore. Viciſſim illi, ſe omni ope et ſtudio partes commilitonum impleturos iurarunt.

§. 230.

178. [PROELIVM dum Beliſarius meditatur], Maſſagetae, habito inter ſe conſilio, vt tum Gelimeri, tum Beliſario praeſtare fidem viderentur, ſtatuerant ab ineunda pro Romanis pugna ſe continere, nec Vandalos prius aggredi, quam res affecta eſſet; ſed cum altera labaret acies, cum victoribus inſtare victis. Id quidem barbaris de-
179. liberatum erat —. [Acie ab vtraque parte inſtructa], cornu dexterum tenebant Pappus, Barbatus, Aigan, et quicunque numeris equeſtribus imperabant. — Hunni ſeorſum omnes ſtabant, a Romanis disiuncti: ac veteri quidem more, ſed nouo etiam conſilio, quod ſupra expoſui, ſe ad reliquas turmas aggregare nolebant —. [Vandalis autem in fugam verſis,] Maſſagetae cum Rom. exercitu ex conſtituto ruunt in fugientes.

§. 231.

178. Id. ibid. c. 2. p. 238. *Vandalica §. 96, 97.*
179. Id. ibid. c. 3. p. 240, 241, cf.

Imp. IVSTINIANO I.

§. 231.

a. C. 534. b)

[ARGAN Maſſageta, Beliſarii ſtipator, cum Mauros in Byzacena prouincia rebellantes ad officium reducere conaretur, ab illis arcto in ſpatio cinctus eſt, et cum diu fortiter pugnaſſet, conſciſſus plagis occubuit.] 180.

§. 232.

[PAVLO ante, quam bellum Gothicum in Italia erumperet, Iuſtinianus legatos ad Amalaſuntham miſit queſtum], quod Hunnos decem, ab exercitu Africae dilapſos fuga, atque in Campaniam delatos, Vliaris, Neapoli cuſtos appoſitus, accepiſſet, non inuita Amalaſuntha. 181.

SECTIO II.

Hunni

Romanorum in bello Gothico ſocii.

§. 233.

a. C. 535. a. 1. B. G. c)

[BELISARIVM ad bellum Gothicum proficiſcentem in Italiam] Hunni ſocii ſequebantur bis centum. 182.

§. 234.

a. C. 537. a. 2. B. G. d)

[NEAPOLI a Beliſario capta], milites ingreſſi domos, pueros feminasque ſua faciebant mancipia, et opes diripiebant: inprimis Maſſa- 183.

b) Gelimer in montem Pappuam fugit menſe Decembri. cf. *Vandalica* §. 98.

180. Id ibid. c. 10. p. 256, 257.

181. PROCOPIVS de B. G. L. I. c. 3. p. 315. cf. *Gothica* §. 148, 149.

c) Exiit a. 1. belli Goth. p. 316.

182. PROCOPIVS de B. G. L. I. c. 5. p. 319. cf. *Gothica* §. 159.

d) Exiit a. 2. B. G. p. 393.

183. Id. ibid. c. 10. p. 335. cf. *Gothica* §. 172.

Imp. IVSTINIANO I. a. 2. B. G.

a. C. 537.

Maſſagetae, qui ne a templis quidem vim abſtinentes, multis, qui ſe illis commiſerant, necem intulerunt.

§. 235.

184. BELISARIVS—validam ſcutariorum ſuorum manum, cum ſtipatoribus haſtatis, inter quos erant *Zanter*, *Chorſomanus* et *Aeſchmanus*, Maſſagetae *e*), aliasque Conſtantino [duci Romano] copias dedit, — vt Tuſciam ſubigeret.

§. 236.

185. DIEBVS—poſt viginti, quam portum vrbemque cognominem obtinuerant [Gothi], aduenere Martinus et Valerianus cum mille et ſexcentis equitibus, quorum plerique Hunni erant, Sclaueni et Antae: qui trans fluuium Iſtrum, non procul a ripa, ſedes patrias habent.

§. 237.

186. [CVM die quodam ex Beliſario quaererent familiares, qua tandem coniectura nixus ſpem victoriae e bello vi reportandae cepiſſet?] reſpondit, - quod Romani ferme omnes, Hunnique, eorum ſocii, equites ſagittarii eſſent peritiſſimi; huic autem arti Gothorum nemo operam dederit.

§. 238.

187. CVM in campum Neronianum Hunnos Conſtantinus [Romae, quam Gothi obſidebant,] eduxiſſet veſperi, ſeque hoſtium numero obrui videret, hanc viam iniit. — Hunnos ex equis omnes deſilire iuſſit, et cum illis ipſe pedes in quodam eorum angiportuum [qui vetus ſtadium, in quo olim gladiatores certabant, ambiebant] ſtetit: vnde tela mittentes tuto, hoſtem caede plurima afficiebant. Aliquamdiu

184. Id. ibid. c. 16. p. 351. cf. *Goth.* §. 182.

e) ξυν δορυφοροις ἀλλοις τε, και Ζαντηρι, και Χορσομανῳ και Αισχμάνῳ, τοις Μασσαγεταις.

185. PROCOPIVS de B. G. L. I. c. 27. p. 377. cf. *Goth.* §. 197.

186. Id. ibid. p. 379.

187. PROCOPIVS de B. G. L. II. c. 1. p. 388.

quamdiu Gotthi, ſic appetiti, ſe obfirmarunt, ſpe freti, fore, vt ſimul Hunni pharetras exhauſiſſent, eos nullo negotio circumuenirent vinctosque in ſua caſtra ducerent. At cum Maſſagetae, periti vtique ſagittarii, et confertam in turbam vtentes arcubus, ſagittis fere ſingulis hoſtem aliquem ferirent; plus dimidiam ſuorum partem caeſam videntes Gotthi, nec valentes cogitata perficere, iam ſole in occaſum praecipitante, in fugam ſe contulerunt. Nec pauci tum cecidere. Inſequentes enim Maſſagetae, pro ſua in tractando arcu ſingulari dexteritate, cum vel celerrime currunt, impulſis in terga telis, nihilo illos minus ſternebant. Hoc re modo geſta, Conſtantinus Romam ſub noctem cum Hunnis rediit. —

§. 239.

PAVLO poſt, pugna in campo Neronis inita, cum hoſtiles copias equitum turmae alio aliae diſiicerent, *Chorſamantis* f), Beliſarii protector inclytus, natione Maſſageta, cum nonullis inſequi aggreſſus eſt hoſtes LXX. Vbi in campum longius prouecti ſunt, curſum retro vertentibus Romanis caeteris, vnus Chorſamantis inſtare fugacibus pergit. Quo viſo Gotthi, flexis equis, in eum vadunt. Ille contra irruens, occiſo e fortiſſimis vno, reliquos adoritur. Hi terga vertentes iterum, dant ſe in fugam: qua pudore repreſſa, cum a ſuis, qui in caſtris erant, ſe iam conſpici putarent, illum adoriri denuo, atque, vt ante, accepti, vno e bellicoſiſſimis amiſſo, perinde ac prius terga verterunt, eosque inſecutus ad vallum vsque Chorſamantis, ſolus rediit. 188.

Haud multo poſt, vulnerata in altero conflictu ſiniſtra tibia, telum in ſummo oſſe haerere ſentit. Qua plaga per dies aliquot pugnae factus inutilis, animo, vt erat barbarus, impatienti, ſe poenas violati cruris propediem e Gotthis repetiturum, minatus eſt. Nec multum ſpatium interceſſerat, cum ille melius habens, in prandio, vbi pro more ſuo largiori vino incaluerat, hoſtes ſolus petere et illatum pedi dedecus vltum ire decreuit. Ad portam Pincianam progreſſus, ait: ſe ad hoſtium caſtra a Beliſario mitti. Cuſtodes,

188. Id. ibidem p. 389, 390.

f) Χορσαμαντις, ſupra Χορσομαντος. vid. §. 235.

Imp. IVSTINIANO I. a. 2. B. G.

a. C. 537.

qui ibi aderant, nihil habentes cauſae, cur protectorum Beliſarii fortiſſimo fidem negarent, apertis foribus quo vellet, ire ſinunt. Conſpicati ipſum hoſtes, primum quidem ad ſe transfugam aliquem accedere exiſtimarunt. Vbi autem is in propinquo arcum expediit, ignari quid tandem hominis eſſet, ad ipſum tendunt viginti. Quibus ille facile repulſis, lento gradu adequitat, nec retro cedit, ingruente maiori Gotthorum numero. Quo circumfuſus cum vim contra ſuſciperet, ſpectantes e turribus Romani, inſanire hominem iudicabant, necdum Chorſamantim eſſe illum ſciebant. Is facinoribus magnis ac praeſtantibus editis, hoſtili circumuentus exercitu, inconſideratae audaciae poenas dedit.

Rei nuntio Beliſarius Romanorumque exercitus in grauiſſimum luctum vocati, acciſum in eo viro ſpem publicam lamentabantur.

§. 240.

189. Beliſarii imperio porta Pinciana in barbarorum caſtra ſe eiecerunt ſexcenti, quibus tres e ſtipatoribus ſuis praepoſuerat, Artaſinem natione Perſam, *Bucham* Maſſagetam, et Cutilam Thracem.— Tandem Romanorum virtute fuſus hoſtis terga dat —. At in campo Neroniano res barbarorum meliori erant loco —. Tum Buchae Beliſarius imperauit, vt ſuos, corporibus et equis integros reuerſos e proelio, in campum Neronis educeret. Iam veſper aderat, cum Romani Buchae auxilio confirmati, repente barbaros in fugam verterunt. Inſequendo longius progreſſum Bucham cum hoſtes duodecim haſtati circumcluſiſſent, ſimul omnes haſtis percuſſere. Reſiſtente autem lorica, caeteris ictibus parum laeſo adoleſcenti Gotthorum vnus a tergo nudum corpus ſupra axillam dexteram proxime humerum attingens, plagam impoſuit, nec mortiferam nec periculoſam. Alter a fronte confixo eiusdem femore ſiniſtro, partis huius muſculum non recto ictu, ſed obliquo ſecuit. Simul haec Valerianus et Martinus animaduerterunt, laboranti allata ope, hoſtes fugarunt, et ambo Buchae equum freno ducentes, ad vrbem peruenerunt —. Quod ad Bucham attinet, profuſam ex illius femore vim ſanguinis maximam ſubſecutura mors viſa eſt. — Quare tertio poſt die animam egit.

§. 241.

189. Id. ibid. c. 2. p. 391, 392.

§. 241.

a. C. 538. (a. 3. B. G. g)

[ROMAM adhuc obſidentibus Gotthis]; iuſſus a Beliſario Valerianus, Hunnis ſecum eductis omnibus, in eo loco [ad templum nempe Pauli Apoſtoli] ad Tiberis ripam caſtra ponere, tum vt liberius equos alerent, tum vt Gotthis facultas minor eſſet, longius a ſuis caſtris euagari ad libitum; mandatum exequitur, Hunnisque, vbi magiſter militiae praeſcripſerat, metatis, in vrbem redit. [Interea dum Romani Gotthos Campaniam peruagantes ſubitis reprimunt incurſionibus], nec minora Gotthi damna ab Hunnis, in propinquo, vt dixi, metantibus, accipiebant, [fame praeterea et peſtilentia preſſi:] idem paſſi Hunni, Romam ingreſſi ſunt. 190.

§. 242.

a. C. 539. a. 4 B. G. h)

[ANCONAM cepiſſent Gotthi], niſi, cum iam pinnas tenerent, a viris repulſi duobus eſſent, qui mira tunc perpetrarunt. Horum alter fuit Vlimun, natione Thrax, alter *Bulgudu* Maſſageta; ille Beliſarii ſtipator, hic Valeriani. Ambo caſu quodam Anconam paulo ante nauigio delati fuerant: in hoc autem certamine caſtellum quidem praeter opinionem ſeruarunt, propulſando gladiis barbaros, qui aſcendebant; at inde ſamianimes, conciſo penitus corpore, redierunt. 191.

§. 243.

a. C. 543. a. 8. B. G. i)

[IVSTINIANVS Aug. Maximinum praefectum praetorio Italiae creatum cum claſſe eo miſit:] vna vehebatur modica Hunnorum manus. 192.

§. 244.

g) Exiit a. 2. B. G. p. 393. exiit a. 3. p. 417.

190. PROCOPIVS de B. G. L. II. c. 4. p. 395, 397.

h) Exiit a. 3. B. G. p. 417. exiit a. 4. p. 442.

191. Id. ibid. c. 13. p. 418.

192. PROCOPIVS de B. G. L. III. c. 6. p. 479.

i) Exiit a. 7. B. G. p. 478. exiit a. 8. p. 482.

Imp. IVSTINIANO I.

§. 244.

a. 12. B. G. k)

a. C. 547.

193. MARTIANVS [qui transfugio ſimulato ad Totilam venerat ab eo Spoletium, quod tunc Gothi tenebant, miſſus eſt, et ibi] adiunctis ſibi nonnullis, perſuadet, vt ad caſtra Romanorum redeant, edito in barbaros aliquo inſigni facinore. Mox ad praeſidii Peruſini praefectum quosdam ſubmittit, ac per illos re tota ipſi ſignificata, inſtat, vt Spoletium copias quamprimum deſtinet. Praeſidio Peruſino tunc praeerat *Oldogando* Hunnus. — Illo Spoletium veniente cum copiis, has vbi Martianus adeſſe proxime intellexit; cum militibus XV. (tot enim ſociauerat) praefectum praeſidii [Spoletani] derepente tollit e medio, portisque patefactis, in caſtellum recipit Romanos omnes.

§. 245.

a. 14. B. G. l)

a. C. 549.

194. [IN Ruſciano caſtello cum aliis erant] trecenti Illyrici equites, quos ibi Ioannes [Vitaliani nepos] reliquerat, ſub *Chalazare* praetoriano, natione Maſſageta, viro bellicoſiſſimo, et Gudila Thrace. — [De deditione cum poſtea agerent obſeſſi], ſpopondit Totilas, ſe in neminem animaduerſurum, praeterquam in Chalazarem, vtpote pactae fidei violatorem; — caſtello igitur ita capto, ſtatim Chalazarem, ambabus manibus ac verendis truncatum, vita etiam ſpoliauit.

§. 246.

a. 18. B. G. m)

a. C. 553

195. [NARSETEM cum imperio in Italiam miſſum ſequebantur] Hunni quamplurimi.

§. 247.

196. [TOTILAS ſuos ante proelium ad virtutem excitans, inter alia, Quod, inquit, ad hoſtium multitudinem ex gentibus quamplurimis

k) Exiit a. 11. B. G. p. 501. exiit a. 12. p. 523.

193. Id. ibid. c. 23. p. 519.

l) Exiit a. 13. B. G. p. 533. exiit a. 14. p. 550.

194. Id. ibid. c. 30. p. 534, 535, 536.

m) Exiit a. 17. B. G. p. 639. exiit a. 18. p. 666.

195. PROCOPIVS de B. G. L. IV. c. 26. p. 641.

196. Id. ibid. c. 30. p. 651.

a. C. 553.

plurimis coactam attinet, ea vobis temnenda eſt.— Nec putate, Hunnos, Langobardos, Erulosque, pecunia infinita conductos, pro ipſis ad extremum ſpiritum dimicaturos. Neque enim vitam adeo vilem habent, vt eam argento poſtferant: nec dubito, quin ſeruata pugnantum ſpecie, de induſtria remiſſe agant, ſiue quia mercedem iam acceperunt, ſiue vt arcanis ducum ſuorum mandatis obtemperent.

§. 248.

a. C. 555. n)

[LEVTHARIS Francorum dux cum ex Italia domum verſus iter ageret:] Artabanes — et *Vldaches* o) ille Hunnus, qui cum exercitu Romano pariter et Hunnico ad Piſaurum vrbem collecti erant, inſidiis in tranſitu collocatis, hi, inquam, praecurſores illos [quos Leutharis emiſerat] conſpicati, in ipſo Ionici ſinus littore et crepidine euntes, egreſſi vrbe, acieque optime inſtructa confertim in eos irruunt, ac multos quidem gladiis caedentes trucidant, [non paucis in mare prouolutis. Ab vtraque parte inſtruitur exercitus.] Cum vero Artabanes ſimul et Vldach, impares ſeſe committendo proelio cenſentes, copias nequaquam educerent, tum Franci ſoluta acie in caſtra ſunt reuerſi. 197.

§. 249.

[POST Francorum cladem] portio — quaedam Gotthorum; ad ſeptem bellatorum millia — in Campſas propugnaculum ſeſe receperunt, — et Romanis quidem ſe dedere nequaquam ſtatuerant, ſed omnibus potius viribus reſiſtere, ſi quis in ipſos iret. Incitabat enim ipſos impellebatque ad hoc barbarus quidam vir, eorum dux, *Regnares* p) nomine, tametſi neque eiusdem cum eis nationis aut gen- 198.

197. AGATHIAS L. II. p. 37, 38.

n) In iis, quae ad an. 26. vsque imperii Iuſtiniani I. ſeu finem a. 18. B. G. geſta ſunt, finem hiſtoriae ſuae fecit Procopius, teſte Agathia p. 10. ſuam itaque incipit cum an. 19. B. G. hiſtoriam Agathias; exiit vero a. 19. huius belli p. 34.

o) Οὐλδαχης, infra Οὐλδαχ.

198. Id. ibid. p. 49, 50. cf. *Gothica §. 368.*

p) Ραγναρις, eiusdem nominis viri, natione Gothi, meminit Procopius de B. G. p. 662. cf. *Gothica §. 338.*

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 555.

gentis (erat enim ille ex iis qui *Vitgores* appellantur, gente Hunnica q)) ſed quod ſolers maxime verſutiſſimusque eſſet, et peritus quocunque modo conciliandae ſibi multitudinis, eis et imperabat, et bellum inſtaurandum ſibi cenſebat, vt ex eo celebrior fieret. Confeſtim itaque Narſes cum vniuerſo exercitu in eos mouit, [et caſtellum obſedit.]

Hieme autem in hoc tranſacta, ſtatim ineunte vere Ragnaris paciſcendum ſibi in rem praeſentem cum Narſete putauit. [Venit itaque cum Narſete in colloquium. Quo cum nihil eorum, quae poſtulabat, impetraſſet, et, dimiſſus, iam non procul a muro abeſſet, ſagittam in Narſetem torquet, quae, a ſcopo aberrans, aliorſum cecidit. Ipſe vero a Narſetis ſatellitibus telis petitus et lethali ictu vulneratus,] cum ad biduum ſuperuixiſſet, turpiter deceſſit.

SECTIO III.

Hunni
nunc Romanorum, nunc Perſarum ſocii.

§. 250.

a. M. 6022. a. C. 522. a. 3. Iuſtiniani r) — a. C. 530.

199. [BELISARIVS, magiſter militum per Orientem creatus a Iuſtiniano Aug. ad vrbem Daram, quam Perſae occupare cogitabant, aciem inſtruit]. Buzes [Thrax, praeſidiorum Libani praefectus] cum magno equitum numero et Pharas Erulus cum trecentis popularibus ſuis ſpatium obtinebant inter foſſae ſiniſtrae, quae cornu ſubiecta erat, extremitatem s), ac vicinum tumulum iacens. Ad

eorum

q) ἦν. γαρ ἐκεινος ἐκ των Βιτγορων καλȣμενων, Οὐννικοι δε το ἔθνος οἱ Βιτγορες.

199. PROCOPIVS de B. P. L. I. c. 13. p. 36, 37.

r) Theophanes p. 153.

s) Ad iactum nempe lapidis pro porta, quae Niſibin ſpectabat, foſſam percuſſerant Romani, in medio quidem recta linea praeduxerant minorem foſſam; vbi autem haec deſinebat, duo vtrinque cornua ad normam directa prorſum excurrebant, quibus in extremis rurſus recta linea foſſae abibant longiſſime.

a. C. 530.

eorum laeuam, extra foſſam, in angulo, quem cornu et foſſa, ſiniſtorſum procurrens, efficiebant, *Sunicas* et *Augan* t) Maſſagetae cum ſexcentis equitibus locati ſunt, eo conſilio, vt, ſi Buzes ac Pharas verterentur in fugam, ipſi ex obliquo inuecti a tergo hoſtem exciperent, et Romanis ea parte laborantibus adeſſent celeriter et expedite —. Ad angulum vero dexterum *Simas* et *Aſcan* v) Maſſagetae cum ſexcentis equitibus; vt, ſi forte, quod de aliis monui, Ioannes x) inclinaretur, facta inde eruptione in terga hoſtium inuolarent. Intra totum ſpatium, quod foſſa ambiebat, equitum claſſes cohortesque peditum erant diſpoſitae. Poſt mediam aciem conſtiterant Beliſarius atque Hermogenes cum triariis.

§. 251.

[Proelio inito et ſiniſtro Romanorum cornu laborante] effuſe in barbaros incurrerunt Sunicas et Augan, y) atque celerius trecenti illi cum Phara Eruli — [ibique] mira facinora — ediderunt, — maxime in Cadiſenos, qui, vt Sunicam etiam cum ſuis e transuerſo prorumpentem videre, illico arripuerunt fugam —. Ad cornu vero ſiniſtrum Mirrhanes cum alios plures ſubmiſit, tum totam cohortem Immortalium. Hos vt viderunt Beliſarius et Hermogenes, ſexcentos equites, quos Sunicas cum Augane ducebat, ad angulum dexterum, vbi Simas et Aſcan in procinctu ſtabant, vocarunt.— Igitur Perſae in cornu ſiniſtro poſiti, duce Bareſmana, cum Immortalibus Romanos inuadunt ſibi obiectos. Hi magno fracti impetu iam ruebant in fugam, cum diſpoſitae ad angulum turmae, et qui poſt illos aderant, in perſequentes effudere ſe ardentiſſime —. Excluſa [ita] ad dexteram parte maxima [Perſarum], ad laeuam altera intercepta cum Bareſmanae vexillario, quem adortus Sunicas haſta confecit — Porro Immortalium cohors ac caeteri Perſae, vbi inclinatum vexillum et afflictum humi viderunt, eam partem verſus cum Bareſmana ceperunt impetum. Occurrunt Romani, ac 200.

 primus

t) Συνικας. Αὐγαν.

v) Σιμας. Ασκαν.

x) Qui cum numeroſo equitatu ad foſſae caput ſtabat.

200. Id. ibid. c. 14. p. 41, 42.

y) οἱ ξυν τῷ Σενικα τε καὶ Αἴγα; ita et infra haec nomina ſcribuntur.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 530.

primus Sunicas Bareſmanam confodit, atque ex equo ad terram dat. Eo caſu perculſi barbari—conſternantur in fugam.

§. 252.

a. C. 533. z)

201. [CVM Martyropolin Perſae obſiderent,] explorator ad Romanos profectus e Perſide, Iuſtinianum Aug. conuenit, et coram cum alia ipſi multa, quae molirentur barbari, tum hoc etiam enuntiauit, Maſſagetas, Romanis infenſos, breui aduenturos in Perſidem, et illinc velle Romani imperii fines ingredi, ſeque adiungere Perſarum copiis. His ille auditis cum verſaſſet hominem ac veracem comperiſſet, grandi euicit pecunia, vt ad caſtra Perſarum, qui tunc Martyropolim circumſedebant, contenderet, nuntiaretque, Maſſagetas, auro corruptos ab Auguſto, infeſtis in ipſos animis actutum venturos. Ille munus iniunctum exequens, ſimul vt caſtra barbarorum attigit, Chanarangi caeteriſque ſignificat, iam auerſos a Perſis Hunnos praeſto Romanis propediem affore. Hoc ii nuntio territi, quid pro re nata decernerent, neſciebant.

§. 253.

202. [MORTVO breui poſt Cabade et Choſroe ſucceſſore declarato, Romani de pace legatos miſerunt.] His accedente aduentus Hunnorum metu, oblatam a Romanis conditionem lubentiſſime Perſarum duces amplexi ſunt.— Mox Perſae, obſidione [Martyropolis] ſoluta, in patriam remigrarunt. Aliquanto poſt Romanum agrum ingreſſi Hunni, cum in eo Perſarum exercitum minime reperiſſent, breui facta excurſione, domum repetierunt.

§. 254.

a. 4. B. G. a) a. C. 539.

203. [CHOSROES de ſucceſſibus armorum Iuſtiniani in Italia certior factus, bellum cum moliretur,] Iuſtiniano obiiciebat violatam pacem

201. Id. ibid. c. 21. p. 62, 63.

z) Hoc circiter anno, quae hic de Hunnis referuntur, contigiſſe videntur; initio enim citati cap. p. 62. Beliſarii ad bellum Vandalicum ex Oriente reuocati meminit Procopius.

202. Id. ibidem p. 64.

203. PROCOPIVS de B. P. L. II. c. 1. p. 88, 89.

a) Hoc nimirum anno legatio ad Choſroem a Vitige miſſa eſt, quam c. 2. p. 89. adfert Procopius. cfr. *Gothica* §. 227—229.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 539.

cem, [et inter alia litteras allegabat, ſcriptas] ad quosdam Hunnos *b)*, quibus illos hortatus eſſet, vt, facta in Perſidem irruptione, vaſtitatem late inferrent. Quam epiſtolam dicebat ſe ab Hunnis ipſis, a quibus conuentus fuerat, accepiſſe.

§. 255.

a. C. 541—546.

a. 14. *c)*—19. *d)* Iuſt.

[Chosroes quartum in Rom. ditionem irrumpens] vbi cum omnibus copiis Edeſſam acceſſit; Hunnorum, quos ſecum duxerat, manum ad eam murorum partem, quae circo imminet, eo miſit conſilio, vt, caetera innoxii, oues tantum raperent, quarum magnos greges ſub moenia opiliones duxerant, firmo loci poſitu freti; quod maxime accliuis eſſet, nec hoſtem ad muros tam prope accedere auſurum vnquam putarent. Iamque oues tangebant barbari: paſtores fortiſſime defenſando, raptoribus obſiſtebant; cum Hunnis miſſa ſubſidio valida Perſarum turma, tandem barbari vnum inde gregem abſtraxerunt.—dumque manu pugnatur, ſponte grex ad paſtores redit. Vnus omnium maxime Romanos exagitabat Hunnus quidam ante alios dimicans. Huius genu dexterum ruſticus certo ictu ita percuſſit, vt ſtatim is ex equo deciderit, volutus in caput.—[Circa meridiem tandem diſceſſerunt barbari.] 204.

§. 256.

[Cvm aggerem contra vrbis Edeſſae murum excitarent Perſae,] 205.
Petrus—dux Romanorum—vt molitores operis inhiberet, Hunnorum, quos ducebat, agmen in eos immiſit: qui repentino impetu multos ſuſtulere; praetorianus inprimis quidam, cui nomen *Argec*, hic enim XXVII. vnus occidit.

b) cf. et infra c. 2. p. 112.

204. Procopivs de B. P. L. II. c. 26. p. 152.

c) Ad hunc annum quartam Choſrois irruptionem refert Theophanes p. 185.

d) Hoc anno inducias quinquennales cum Perſis factas docet Procopius de B. P. L. II. c. 28. p. 160.

205. Id. ibidem p. 153, 154.

Imp. IVSTINIANO I.

§. 257.

a. 31. Iuſt. *e*)

a. C. 558.

206. [DVRANTE cum Miſimianis bello], Iuſtinus, Germani filius, vnum e ſuis ducibus Hunnum natione, *Elminzur* nomine, ex inſula Rhodopolin mittit cum duobus equitum millibus. Eſt autem haec Rhodopolis oppidum Colchicum, a Perſis tamen tunc temporis tenebatur —. Poſteaquam igitur Elminzur eo peruenit, — Perſarum praeſidium forte per id tempus alibi extra vrbem verſabatur — Nullo itaque negotio ingreſſus, oppido in ſuam poteſtatem redacto, circumiacentem etiam agrum pergraſſatus eſt, et quicquid a Perſicis copiis obuium habuit, ad vnum omnes trucidauit; quotquot vero erant indigenae et ciues, — vt patriam rurſus ſuam incolerent, permiſit, obſidibusque acceptis, omnia, prout par erat, conſtabiliuit.

§. 258.

Imp. MAVRICIO.

Imp. MAVRICIO.

a. 4. Maur. *f*)

a. C. 587.

207. [PHILIPPICVS ad Anazarbum cum Perſis proelio decertaturus] ſuos in aciem tripartitam digerit: ſiniſtram Iliphredae Emeſae praefecto committit. Eadem in parte *Apſich* Hunnus erat.

206. AGATHIAS L. IV. p. 123.

e) Agath. p. 66. coll. p. 80. 105. 123.

207. THEOPHYLACTVS L. II. c. 3. p. 34

f) Theophanes p. 215.

AVARICA

AVARICA
EX
SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

SVMMARIVM DE AVARIS.

Auarorum Nomen, Genus, Tribus.

AVARORVM (Αβαρεις alii, alii Αβαρες vocant) genus, ſi e nominibus, quae gentibus barbaris rerum Byzantinarum ſcriptores tribuunt, facere coniecturam licet, ad Hunnos referendum erit. Hunni enim illis et in ſpecie Hunni Occidentales audiunt. Lingua eorum Hunnica et veſtitus Hunnico ſimillimus fuiſſe dicuntur. Hoc, quod a nomine deſumitur, argumento licet, alias, tanta Byzantinorum in hac re leuitate et inconſtantia, in originibus populorum demonſtrandis, vti periculoſum ſit; tamen hoc loco illud non omnino reiiciendum eſſe autumo. Quae enim Theophylactus Simocatta paulo diſtinctius de genere Auarorum tradit, idem confirmare videntur. Hic nimirum inter gentes Scythicas, Caucaſo a ſeptemtrionibus obuerſas, gentis OGOR meminit, cuius duas tribus VAR et CHVNI (vnde *Ouarchonitarum*, quo Auari inſigniuntur, nomen conflatum eſſe videtur) Auaris originem dediſſe refert. Ogor vero, Vgur, Vnugur, eadem vocabula, Hunnicam deſignare tribum, Byzantini vno ore confirmant.

Praeter dictas Ogoricae gentis tribus (Var et Chuni) etiam aliae memorantur, TARNIACH, COTZAGERI et ZABENDER, qui ſe, imp. Mauricio, illis, qui ſub Iuſtiniani I. imperio in occidentem immigrarant, admiſcuerunt.

Caeterum haec tantum de Auaris Iſtri accolis valent, quos *Pſeudauaros* rectius vocari Theophylactus docet. Fuit enim, eodem teſte, gens quaedam alia in Oriente, quae proprie Auarorum nomine inſigniebatur, Scythicis gentibus ingenio praeſtabat omnibus, et a. C. 597. a Turcis debellata, ad Taugaſtenſes et Mucritas, finitimos populos, confugit.

Auarorum Sedes et Migrationes.

AVAROS, veros an Pſeudauaros, dicam, neſcio, olim in regionibus Caſpii maris habitaſſe, e Priſco colligitur. Pſeudauari adhuc

huc tempore Iuſtiniani I. ad Til [a]), ſeu Nigrum fluuium [Volgam credo] accoluerunt. Vnde ſub vltimos dicti imperatoris annos profugi, per gentes Hunnicas, Sarſelt, Hunnuguros et Sabiros transeuntes, ad Alanos acceſſerunt, tandemque, poſt longos viarum errores, Danapri et aliis fluminibus ſuperatis, in Scythiam et Moeſiam, ibi poſituri ſedes, deſcenderunt. Sed inde rurſus ſub ipſa Iuſtini Iunioris initia diſcedentes, in Francorum regionem abierunt. Vnde non diu poſt reuerſi, in Pannonia fixerunt ſedes, et vltimo demum Tiberii II. anno Sirmio et Sirmiana inſula potiti ſunt.

Auarorum Hiſtoria.

Avari, Leone I. Orienti, Occidenti Maioriano imperantibus, circa a. C. 457—461., a populis Oceani [Caſpii maris, credo] accolis pulſi, Sabiros ſedibus eiecere ſuis. Vltimis vero Iuſtiniani I. annis illi, quos Pſeudauaros Theophylactus vocat, a Turcis, quibus paruerant, profugi, terris Hunnicarum gentium peragratis, debellatis Ongoris et Eitaſalis [Ephthalitis forte], Antis denique victis, in Europam effuſi, Scythiae partem, inuito quidem Iuſtiniano I., occuparunt. Hic aliquamdiu habitarunt, a Iuſtiniano muneribus affecti. Quae vero cum ab eius ſucceſſore Iuſtino nullis nec precibus nec minis impetrare poſſent, rebusque timerent ſuis, in Francorum regionem abierunt. Foedere ibi cum Sigiberto rege percuſſo, et inita cum Longobardis contra Gepaedes belli ſocietate, circa a. C. 568. ad Iſtrum reuerterunt. A Iuſtino Iuniore neque tunc ſunt excepti benignius; tamen bello Romanos laceſſere non audebant, Cutriguros in eos immiſiſſe contenti. Cutriguris vero, Vtiguris et Gepaedibus ſubactis, magis magisque animis elati Auari, Sirmium et Sirmianam ſibi dedi inſulam, et tributa pendi, pluribus miſſis legationibus, poſtularunt. Primo, quod cum Romanis circa a. C. 573. geſſerunt, bello Auari victoria potiti ſunt. Pace tunc inter vtramque gentem reſtituta, aliquot annis poſt, a. C. 581. Auari, rogante Tiberio, in Slauorum, qui agrum Romanum vaſtabant

a) Til Theophylacti (vide *Auarica* §. 3. not. *a*.) idem eſſe videtur fluuius, qui Menandro (cf. *Turcica* §. 16.) Αττιλας, Theophani (cf. *Bulgarica* §. 13.) Ατελ audit. Tatari vero hodie adhuc Volgam *Idil* vocant.

ſtabant, terram irruptionem fecerunt: quippe qui et antea a Slauis, qui Chagani legatos occiderant, iniuria affecti erant. Poſtero vero anno Auari, foedere violato, vrbem Sirmium dolo primum occupare conati ſunt, deinde vero illam aperto bello adorti, pactis cum Tiberio initis, in deditionem acceperunt; annuo praeterea ipſis promiſſo a Romanis tributo. Ex eo inprimis tempore in dies Auarorum creuit potentia, ita vt quotannis fere noua prioribus addere tributa Romani cogerentur. Nihilo vero minus Auari, irruptionibus in eorum prouincias factis, vrbes euerterunt, agros vaſtarunt et innumeros in captiuitatem abduxerunt. Quid? eo tandem res Byzantina deuenit, vt huius vrbis ciues de Europa, ob crebras Auarorum incurſiones, deſerenda et figendis in oppoſito littore ſedibus cogitarent. Hoc vero periculo, pace compoſita, amoto; res plane immutatae ſunt. Qui enim victores antea tam ſuperbe Romanis inſultauerant, Auari tunc in ſuis finibus a Romanis victi et magnis cladibus affecti ſunt. Quae igitur vltimis imperii Mauricii annis langueſcere aliquantum viſa eſt, Auarorum virtus, ſub infauſto Phocae imperio reuixit, et, Heraclio imperante, Romanis moleſtiſſima fuit. Anno C. 626. CP. ipſam, vna cum Slauis, Bulgaris et Gepaedibus, qui tunc omnes potentioribus Auaris paruiſſe videntur, fruſtra tamen, oppugnarunt. Poſt id autem tempus Auarorum res ſenſim inclinatae ſunt, donec tandem gens ipſa a Bulgaris debellata et funditus fere exſtirpata eſt.

Principes et Viri inter Auaros illuſtres.

VAR et CHEVNNI [Ο'υαρ κ. Χευννι], duo gentis Ogor principes, a quibus tribus Var et Chuni dictae ſunt.

Candich [Κανδιχ], a principe Auarorum, quem Chaganum [Χαγανον] dicunt, a. C. 557. ad Iuſtinianum legatus miſſus.

Cotragegus [Κοτραγηγος], non genere, vt videtur, Auarus, ſed vir inter eos auctoritatis inſignis, qui Chagano, vt Slauorum legatum occideret, ſuaſit.

Occunimo [Οἰκυνιμων] legatus circa a. C. 557. ad Iuſtinianum miſſus.

BAIANVS [Βαϊανος], Chaganus Auarorum, a. C. 562—582.

Iobulidas [Ιοβυλιδας] vnus e proceribus Auarorum a. C. 573.

Targites [Ταργιτης l. Ταργιτιος], ſaepius legatus ad Romanos miſſus.

 So-

Solachus [Σολαχος] a. C. 582. legatus ad Tiberium Aug. miſſus.

Apſichus [Αψιχ], dux exercitus Auarorum.

Bocolabras [Βοκολαβρα, quod nomen *ſacerdotem magum* ſignificat], ob prohibitum cum pellice Chagani commercium ad Romanos profugus, a. C. 582.

Samur [Σαμβρ] dux exercitus Auarorum a. C. 591.

Coch [Κοχ] legatus a. C. 592. ad Mauricium miſſus.

Ermitzis [Ερμιτζις] Auarorum, cum a. C. 626. CP. oppugnarent, exarchus.

Scriptores de Auaris.

Qvi Auarorum mentionem faciunt ſcriptores Byzantini, hi ſunt: Priſcus rhetor, Menander protector, Theophylactus Simocatta, Theophanes Byzantinus, Nicephorus patriarcha, Auctor Chronici Paſchalis, Conſtantinus Manaſſes, [Georgius Syncellus], Theophanes Iſaacius, [et ex illo Anaſtaſius Bibliothecarius], Leo Grammaticus, Auctor incertus, Conſtantinus porphyrogenneta, Cedrenus, Zonaras, Suidas, Gorgius Pachymeres et Codinus.

Quae de Auarorum in Graeciam aduentu, iam ante a. M. 4944. [ante C. N. 557. al. 768.] facto, Syncellus habet, de Abari philoſopho intelligenda eſſe, ex varietate lectionis et alio eiusdem auctoris loco apparet. Theophanes et alii eorum ſub Theodoſio Iuniore meminerunt; ſed iſta per prolepſin dici, ex narratione ipſa perſpicuum eſt. His itaque omiſſis, Priſcus inter ſcriptores Byzantinos primus Auarorum mentionem facit, cum migrationem eorum et bella ſub Leone I. breuiſſime et quaſi in tranſitu attingit. Poſt primam hanc gentis memoriam centum circiter interceſſerunt anni, quibus ſcriptores Byzantini nihil de rebus Auarorum memoriae prodiderunt.

Vltimis Iuſtiniani I. annis, quo tempore Auari in Europam immigrarunt, magis continua eorum hiſtoria incipit. Gentis originem et migrationem ex oriente Theophylactus alieno loco, legatione Turcorum, quam ad Mauricium decimo ſexto imperii eius anno miſerant, occaſionem praebente, tradit. Reliquas res, ab ipſis imperante Iuſtiniano I. geſtas, Menander, Theophanes [et ex hoc Anaſtaſius Bibliothecarius] narrant, ſed fuſiſſime omnium Menander, qui eorum hiſtoriam ſub Iuſtino Iuniore et Tiberio II. continuat.

tinuat. Nonnulla etiam Theophanes Iſaacius, Theophanes Byzantinus, Cedrenus et Zonaras habent. Caeterum plures in hac periodo apparent lacunae. Bellorum enim, vt hoc vnico exemplo vtar, cum Gepaedibus, Cutriguris et Vtiguris geſtorum, illarumque gentium, ab Auaris debellatarum, breuiſſime tantum meminit Menander.

Mauricii tempora ſcriptorem nacta ſunt diligentiſſimum, rerumque ſub hoc imperatore geſtarum oculatum teſtem, Theophylactum, qui res Auarorum a Sirmio capto, in quo deſiit Menander, ad tragicam vsque Mauricii mortem ab obliuionis iniuria vindicauit. ex illo fonte hauſerunt Auctor Chronici Paſchalis, Conſtantinus Manaſſes, Theophanes, Cedrenus et Zonaras. Res ſub Phoca et Heraclio ab Auaris geſtae in Chronico Paſchali, apud Nicephorum patriarcham, Theophanem Iſaacium, Conſtantinum Manaſſen, Cedrenum et Zonaram occurrunt. Dalmatiae circa haec tempora ab Auaris occupatae memoriam vnicus Conſtantinus porphyrogenneta conſeruauit.

Poſt Heraclii imperium pauciſſima quaedam de hac gente apud Theophanem, Nicephorum, Auctorem incertum, Suidam, Pachymerem et Codinum leguntur. Gentem a Bulgaris debellatam eſſe, ex vnico Suida diſcimus, qui ſimul cauſas eorum interitus, ab Auaris ipſis allatas, memoriae prodidit.

INDEX
Capitum et Paragraphorum.

CAPVT I. *Migrationes Abarorum et prima ab iis ad Iuſtinianum I. miſſa legatio; ab a. C. 438—558.*

Abarorum in Graeciam ex Scythia aduentus.

§. 1. *Abari e Gepaedibus diuiſi.*

§. 2. *Sabiri ab Abaris, et hi a gentibus ad Oceanum habitantibus pulſi.*

§. 3. *Abarorum migratio, genus, nomen.*

§. 4. *Abari per Alanos Romanis (Graecis) primum cogniti; legatio eorum ad Iuſtinianum I. de foedere, tributo et domiciliis.*

§. 5. *Legati de foedere iungendo, et dona Abaris miſſa.*

CAPVT II. *Res Abarorum a bello cum Antis geſto, vsque ad eorum in Francorum regionem diſceſſum; ab a. C.* 558–566.

§. 6. *Antae ab Abaris victi; legatorum Anticorum caedes.*

§. 7. *Altera Abarorum ad Iuſtinianum I. legatio de terra ſibi ad habitandum concedenda, irrita.*

§. 8. *Scythiae pars ab Abaris occupata; conſilia gentis, ab eius legato, Iuſtino aperta. Legati diutius Cpli retenti; Iſter a Romanis cuſtoditus.*

§. 9. *Legati muneribus donati, dimiſſi; arma ipſis erepta. Dux Abarorum ob diuturniorem legatorum moram iratus.*

§. 10. *Legati ab Abaris ad Iuſtinum miſſi, dona maiora poſtulant.*

§. 11. *Legatorum ad imperatorem oratio, preces, minae.*

§. 12. *Oratio imperatoris, grauis.*

§. 13. *Abari ſpe ſua deiecti, in Francorum regionem abeunt.*

CAPVT III. *Foedera Abarorum cum Francis et Longobardis inita. Abarorum a Turcis defectio; ab a. C.* 565–570.

§. 14. *Foedus Abaros inter et Francos iunctum.*

§. 15. *Longobardorum ad Abaros de foedere contra Gepaedes iungendo legatio; commoda Abaris inde ſperanda.*

§. 16. *Abarorum dux ſe a foedere alienum ſimulat; in id tandem conſentit; bellum in Gepaedes decernit.*

§. 17. *Turci numerum Abarorum, qui ab ipſis defecerint, docent.*

§. 18. —— *de Abaris non recipiendis ad Iuſtinum Ium. legatos mittunt.*

CAPVT IV. *Legatio Abarorum ad Bonum, Sirmio praefectum, irrita; ab a. C.* 570–573.

§. 19. *Abarorum dux Sirmium oppugnare cogitat, legatos Romanorum in vincula coniicit.*

§. 20.

§. 20. Legatos ad Bonum mittit Abarus, Bonus ipſe, licet aegrotus, ad eos egreditur.

§. 21. Poſtulata Abarorum Bonus non admittit.

§. 22. Parua munuſcula dux Abarorum rogat, fruſtra.

§. 23. Bonus minas Abari contemnit, hic Controguros Hunnos in Dalmatiam immittit, ipſe in finibus Gepaedum ſubſiſtit.

CAPVT V. *Iteratae Abarorum de Sirmio ſibi tradendo et pendendo tributo legationes. Primum Abarorum cum Romanis bellum; a. C.* 573—578.

§. 24. Pecunias a duce Romano pro induciis accipit Chaganus; hic de Sirmio ſibi tradendo, et pendendo tributo legatum mittit.

§. 25. Oratio legati.

§. 26. Oratio imperatoris, qua poſtulata negat.

§. 27. Imperator legatos dimittit; Bonum ſe ad bellum parare iubet.

§. 28. Alia Abarorum de iisdem rebus legatio.

§. 29. Imperator ſe Tiberium, qui controuerſias componat, miſſurum promittit.

§. 30. Alia de iisdem rebus legatio, irrita, duces ſuos ad bellum paratos eſſe iubet imperator.

§. 31. Bello exorto, vincitur Tiberius; foedus percutitur.

§. 32. Legati Abarorum in reditu a latronibus ſpoliati, his deprehenſis, quaedam recipiunt.

CAPVT VI. *Ab Abaris contra Slauos in gratiam Romanorum ſuſcepta expeditio. Chagani, belli Slauis inferendi ſpecie, Sirmium dolo capiendi molimina; ab a. C.* 576 ? — 582.

§. 33. Abarorum legati a Slauis occiſi.

§. 34. Turcorum princeps, Tiberium Abaris (Ouarchonitis) foedere iunctum eſſe, indignatur.

§. 35. Abari in gratiam Romanorum Slauis bellum inferunt; alias huius belli cauſſas.

§. 36. Abari ſolita tributa poſcunt; rupto foedere cum exercitu ad Saum veniunt, Sirmium capiendi animo.

§. 37. Abari nauibus ex Iſtro in Saum fl. veniunt; Chaganus per Sirmianam inſulam iter habet.

§. 38. *Sethus, Singidoni praefectus, per legatos de pace violata queritur, Chaganus expeditionem in Slauos praetendit.*

§. 39. *Chaganus ſe pacis quam maxime ſtudioſum eſſe, iuraturum, ait.*

§. 40. *Iurat, ritu Abarico et Chriſtiano.*

§. 41. *Legati Abarorum ad imperatorem mittuntur, pontem ſuper Sao fl. abſoluunt Abari.*

§. 42. *Legati imperatorem naues ad Iſtrum contra Slauos traiiciendum rogant.*

§. 43. *Imperator fraudem Abarorum intelligit, quod tamen diſſimulat.*

§. 44. *Imperator legatis, vt Abaris bellum cum Slauis gerendum in aliud tempus differendi auctores fiant, perſuadet.*

CAPVT VII. *Vltima Abarorum de Sirmio ſibi dedendo legatio. Bellum Romanis ab Abaris illatum, quod Sirmio dedito et promiſſo tributo componitur; a. C.* 582.

§. 45. *Solach legatus, Abaris Sirmium, cum defendi a Romanis nequeat, dedi poſtulat.*

§. 46. *Imperator ſe id vnquam facturum negat.*

§. 47. *Imperator, legatis dimiſſis, nouum vrbi praeſidium imponi iubet.*

§. 48. *Colloquium Theognin inter et Chaganum habitum, irritum.*

§. 49. *Abari et Romani per tres dies in exſpectatione pugnae ſunt. Abari nouas Chagano ſubmittere copias parant.*

§. 50. *Ciues Sirmiani ad extrema redacti malorum omnium culpam in duces transferunt.*

§. 51. *Tiberius bellum pactionibus finiri iubet.*

§. 52. *Sirmio dedito et promiſſo Abaris tributo componitur.*

CAPVT VIII. *Aucta Abarorum cum potentia ſuperbia, et quaedam foedera violandi facilitas. a. C.* 582.

§. 53. *Abari Sirmio potiti legatos ad Mauricium mittunt.*

§. 54. *Pax Abaros inter et Romanos ſtabilita.*

§. 55.

§. 55. Chaganus elephantum ſibi et lectum aureum a Mauricio mitti poſtulat, vtrumque cum contemtu remittit, noua exigit tributa, quae denegante Mauricio, Chaganus foedus rumpit.
§. 56. Chaganus Singidonem capit, Illyrium Thraciamque vaſtat.
§. 57. Legatos de pace miſſos arroganter tractat.
§. 58. Elpidius mira libertate Chagani reprehendit ſuperbiam.
§. 59. Chaganus iratus aegre ſibi a caede legatorum temperat.

CAPVT IX. *Foedera cum Romanis inita nunc dolo, nunc aperto bello ab Abaris violata. Res ſecundae Romanorum, ducum ipſorum ignauia peſſundatae; ab a. C. 583–586.*

§. 60. Tributum Abaris 20. millibus aureorum auctum, pax firma.
§. 61. Abari foedus violant, Slauos in Rom. prouincias immittendo.
§. 62. Abari foedus aperte rumpunt, ob Bocolabram transfugam ab imperatore ſuſceptum.
§. 63. Targitius Cplin miſſus, Chagano prouincias Romanas interim vaſtante, ab imperatore in Chalcitidem inſulam relegatur.
§. 64. Chaganus Scythiae Myſiaeque finitima vaſtat, Comentiolus dux exercitus ab imperatore renunciatur.
§. 65. Comentiolus exercitum luſtrat, fortes a turba imbelli ſeparat.
§. 66. Caſtus Abaros ad Haemum ex improuiſo adortus fundit, inſigni praeda potitus, cuius partem Abari recipiunt.
§. 67. Martinus ad Neam [Tomeam] vrbem Abaros proelio ſuperat, aegre fuga elapſo Chagano.
§. 68. Martinus et Caſtus, prouti inter eos conuenerat, ad ducem dum redeunt, eum fugiſſe vident.
§. 69. Martinus et Caſtus Marcianopoli ſe cum Comentiolo coniungunt, qui ambos, hoſtes ſpeculatum, emittit.
§. 70. Martinus hoſtes fluuium tranſire parantes audiens, ad Comentiolum redit. Caſtus id facere negligit.
§. 71. Abari Caſtum ex improuiſo adorti vincunt, et a captiuis proditum capiunt.

§. 72. *Chaganus Thraciam vaſtat, Anſimuthus centurio ad longum murum exercitum reducens capitur.*

§. 73. *Chaganus nouas ſubinde copias in Thraciam immittit; Romanorum copiae ſe in Haemi ſiluis condunt. Comentiolus copias congregat et ad fortiter pugnandum hortatur.*

§. 74. *Tribunus quidam longa oratione Comentioli ſententiam refellit.*

§. 75. *Quem rurſus ſenex quidam refutat.*

§. 76. *Rom. exercitus ex Haemo, cum Chagano proelio decertaturus progreditur.*

§. 77. *Vterque exercitus noctu ex clamore quodam terrore perculſus fugit.*

§. 78. *Chaganus copias ſuas colligit, et caſtellum Apperiam capit.*

§. 79. 80. *Buſes captiuus a ſuis deſertus. Abaros machinas conſtruendi artem docet, quibus inſtructi plurimas Romanorum urbes Abari cepere.*

§. 81. *Berroeam, Diocletianopolin, Philippopolin et Adrianopolin fruſtra tentat Chaganus.*

§. 82. *Populus Cplitanus ob Caſtum et Anſimuthum captum conuitia in imperatorem ſpargit. Caſtus magna pecuniae ſumma redimitur.*

§. 83. *Abari dolo a Romanis ad Adrianopolin victi diſcedunt.*

CAPVT X. *Iterata ab Abaris contra Romanos ſuſcepta expeditio, ex terrore panico omiſſa; a. C. 590, 591.*

§. 84. *Mauricius ipſe exercitum in Abaros ducere parat.*

§. 85. *Legationes, a Chagano ad Slauos, ad oceanum occidentalem habitantes, et ab his ad Chaganum, miſſae.*

§. 86. *Francorum legati Mauricio auxilia contra Abaros promittunt.*

§. 87. *Mauricio Abaris tributa augere renuente, hi bellum parant.*

§. 88. *Slaui Abaris ad Iſtrum, deinde ad Saum fl. traiiciendos nauigia iuſſi componunt.*

§. 89. *Abari Saum fl. tranſeunt, Priſcum contra illos mittit imperator.*

§. 90. *Romani fauces contra Abaros diu defendunt, quas tandem, hoſtium multitudine territi, deſerunt.*

§. 91. *Chaganus per fauces tranſit, Anchialo diſcedens aedem Alexandri martyris exurit. Speculatorum Romanorum pertinacia.*

§. 92. *Drizipera oppugnat Chaganus, vano terrore perculſus ſe in fugam dat.*

§. 93. *Romani proelio ad Heracleam victi fugiunt.*

§. 94. *Priſcus Tzuruli ab Abaris obſidetur, unde Chaganus, litteris imperatoris interceptis territus domum abit.*

Capvt XI. *Foedus Abaros inter et Romanos ſubſiſtens, horum contra Slauos expeditionibus ſaepius concuſſum; ab a. C. 592—596.*

§. 95. *Priſco aduerſus Slauos miſſo, Chaganus Romanos pacis violatae incuſat. Priſcus hoc bello pacem cum Abaris iunctam diſſolui negat.*

§. 96. *Slaui ex cantilenis Abaricis conſopiti.*

§. 97. *Chaganus Romanorum ex terra Slauorum diſceſſus cauſſam per legatos exquirit.*

§. 98. *Chaganus bellum parans Slauos Iſtrum tranſire iubet. Abarorum proceres bellum diſſuadent, legatus de pace ad Chaganum mittitur Theodorus medicus.*

§. 99. *Oratio a Theodoro ad Chaganum habita.*

§. 100. *Chaganus ſe pacem ſeruaturum promittit, partem praedae poſtulat.*

§. 101. *Chaganus, captiuis receptis, tranſitum Romanis per terram ſuam concedit.*

§. 102. *Romanis Bulgaros temere adortis, Chaganus Petrum foederis violati incuſat, praeda recepta pacatur.*

Capvt XII. *Bellum Romanis ab Abaris illatum. Singidon ab Abaris capta, Dalmatia vaſtata. Res ab Abaris infeliciter geſta; a. C. 597, 598.*

§. 103. *Priſco Iſtrum transgreſſo, Chaganus aduentus cauſſam exquirit, diſputant Priſcus et Chaganus, Priſcus Chagano fugam ex oriente obiicit.*

§. 104. *Abari Iſtri accolae rectius Pſeudabari vocantur. Abari orientales a Chagano Turcorum victi, ad Taugaſtenſes et Mucritas confugiunt.*

§. 105. *Aliae gentis Var Chuni tribus a Turcis profugae ſe Abaris occidentalibus admiſcent.*

§. 106. *Priſcus cum Chagano de Singidone ab hoc euerſa in colloquium venit.*

§. 107. *Oratio Chagani.*

§. 108. *Oratio Priſci.*

§. 109. *Chaganus ſe plures Romanorum vrbes euerſurum minatur, Gudois Singidonem liberat, Chaganus pacem aperte rumpit.*

§. 110. *Chaganus in Dalmatia Banges et 40 caſtella capit; Romani Abaris, ex improuiſo oppreſſis, praedam eripiunt. Chaganus domum abit.*

CAPVT XIII. *Chagani mira in Romanos, hoſtes, humanitas. Exercitus Romanorum a duce Comentiolo proditus. Pax iuncta; a C. 600.*

§. 111. *Chaganus irruptione in Moeſiam facta, Tomeam vrbem aggreditur, cui Priſcus ſuccurrit.*

§. 112. *Romanis fame preſſis commeatum praebet, ipſe ab iis aromata accipit.*

§. 113. *Chaganus Comentiolo occurrit, Romanos, ducis eorum culpa, imparatos offendit.*

§. 114. *Comentiolus, proelio inito, omnia miſcet, alii iuſſu ducis, alii ſponte fugiunt.*

§. 115. *Comentiolus venationem ſimulans cum paucis fugit, vniuerſus exercitus fugit. Iatro fl. traiecto, faucibus tandem Abaros pellunt Romani.*

§. 116. *Comentiolus Drizipetis non recipitur, vrbem Chaganus capit, aedem Alexandri martyris incendit, ſpoliat.*

§. 117. *Morbo peſtilentiali 7. Chagani filii, et Abarorum multi extinguuntur.*

§. 118. *Romani de Europa deſerenda cogitant. Imperator cum exercitu ad longum murum procedit.*

§. 119. *Legatus Drizipera ad Chaganum miſſus, tandem ab illo admittitur, et Chaganus munera accipit.*

§. 120.

§. 120. *Pax iungitur, conditiones illius.*
§. 121. *Chaganus captiuos, eos redimere recuſante Mauricio, occidit omnes.*

CAPVT XIV. *Pax a Romanis violata. Iteratae Romanorum de Abaris victoriae. Reliqua Abarorum ſub Mauricio et Phoca geſta; ab a. C. 601—604.*

§. 122. *Comentiolus proditionis reus agitur, accuſatio inhibetur.*
§. 123. *Pax ex mandato Mauricii diſſuitur, Romanorum exercitus in inſulam Viminiacum venit, Chaganus terram Romanorum vaſtat, Iſtri cuſtodiam filiis committit, quos Rom. duces proelio vincunt.*
§. 124. *Priſcus, aegrotante Comentiolo, vix tandem exercitui laboranti ſuccurrit.*
§. 125. *Proelio inito vincuntur Abari.*
§. 126. *Altero proelio ſuperantur Abari.*
§. 127. *Tertio — — —, filiis Chagani aliisque multis flumine ſubmerſis. Chaganus ipſe ad Tiſſum fl. incolumis euadit.*
§. 128. *Chaganus quarto proelio ad Tiſſum fl. vincitur.*
§. 129. *Romani Tiſſo traiecto in Gepaedum villas irruentes, magnam dant hoſtium ſtragem.*
§. 130. *Quinto ſuperatur proelio Chaganus, numerus captiuorum.*
§. 132. *Abari bellum reparant: initum de pace colloquium.*
§. 133. *Chagano Cplin inuadere parante, Priſcus Iſtrum iubetur traiicere; multi Abarorum ad Romanos deficiunt.*
§. 134. *Imp. Phoca Abari Thraciam deuaſtarunt.*
§. 135. *Phocas Chagano tributum auget.*

CAPVT XV. *Geſta Abarorum a temporibus Heraclii, vsque ad gentem a Bulgaris debellatam; ab a. C. 611—820?*

§. 136. *Imperium ſuſcipiens Heraclius Europam a barbaris deſertam reperit.*
§. 137 *Chaganus ad imperatorem, et hic ad illum de pace legatos mittunt; in colloquium cum Heraclio venire auente Chagano, Heraclius ipſi ad Selymbriam vsque obuiam procedit.*

§. 138. *Chaganus imperatori inſidias ſtruit, quas hic odoratus, fuga Cplin euadit.*

§. 139. *Abari multis occiſis, imperatoria ſupellectile potiti, cum ingenti captiuorum grege domum abeunt.*

§. 140. *Eccleſiae theſauri tributi nomine in barbaros diuiſi.*

§. 141. *Heraclius ad Chaganum, de pace violata queſtum, legatos mittit, pacem cum Heraclio iungit Chaganus.*

§. 142. *Heraclius Chaganum, procuratorem filii ſui, opem contra Perſas rogat.*

§. 143. *Abarorum, Cplin oppugnare parantium, prima acies apparet, ad Melantiadem ſubſiſtit.*

§. 144. *Cplitani eruptione facta aliquot ex hoſtibus fundunt. Abari ſuum aduentum Perſis ignibus accenſis ſignificant.*

§. 145. *Chaganus Athanaſium patricium Adrianopoli ad Byzantios legatum mittit.*

§. 146. *Chaganus cum vniuerſo exercitu ad muros Cp. accedit, omnia ad vrbem oppugnandam parat, nauta quidam hoſtium turres incendit.*

§. 147. *Praefectus vrbi, vt Chaganus tributo accepto ab vrbe recedat, rogat, fruſtra; Chaganus trabarias ſuas ad pontem St. Callinici in mare immittere decernit.*

§. 148. *Proceres Cplitani a Chagano euocati cum eo in colloquium veniunt, dimittuntur re infecta.*

§. 149. *Perſarum ad Abaros miſſi legati in reditu a Romanis intercepti, occiduntur.*

§. 150. *Chaganus trabarias in mare immittit, Perſas ex Aſia adducturus, Romani ſuas naues in illas mittunt.*

§. 151. *Chaganus legatum mittit de caede legatorum Perſicorum queſtum.*

§. 152. *Slaui ſigno dato adpellunt nauiculas, a Romana claſſe circumuenti, paucis natatu euadentibus, occiduntur fere omnes; quo audito Chaganus obſidionem Cp. ſoluit.*

§. 153. *Aliae reditus Chagani cauſſae.*

§. 154. *Abari multa ſuburbana incendunt, colloquium cum Romanis expetunt, quod hi declinant.*

§. 155. *Maria, ſoror Heraclii, Stephanum filium ab Abaris redimit, et alii obſides redimunt.*

§. 156. *Cubratus Hunnogundurorum dominus contra Chaganum rebellat.*

§. 157.

§. 157. *Dalmatiae regiones ab Abaris vaſtatae, variis gentibus Slauicis ab Heraclio ad inhabitandum dantur.*

§. 158. *Quartus filiorum Crobati cum Bulgaris ſuis Abaris ſubiectus. Bulgari alii Abaris vicini.*

§. 159. *Abarorum Chaganus et aliarum gentium principes ad Conſtantinum Pogon. de pace legatos mittunt, pacem impetrant.*

§. 160. *Turci portis Caſpiis egreſſi, cum Abaris bellum gerunt.*

§. 161. *Abari a Bulgaris debellati; variae interitus Abarorum cauſſae.*

§. 162. *Crumus Bulgarus Abaros et Slauos in Romanos ducere parat.*

§. 163. *Termini eccleſiaſtici patriarchae Romani, ad Abaros usque extenduntur.*

§. 164. *Amogabari ab Abaris oriundi.*

AVARICORVM

CAPVT I.

Migrationes Auarorum et prima ab iis ad Iuſtinianum I. miſſa legatio;
ab a. C. 438—558.

---

a. M. 4884—4944. b)

c) Αβαρεις ἠλθον ἐκ της Σκυθιας εἰς Ελλαδα.

a) *Imp.* THEODOSIO II. a. d) 31. Theodoſii II. a. M. 5931. a. C. 431.

§. 1.

Imp. THEODOSIO II.

a. C. 438.

α) ARCADIO et Honorio imperantibus—Gepedes,—ex quibus demum Longobardi et Abares diuiſi ſunt e), loca ad Singidonem et Sirmium poſita occupauerunt. 1.

§. 2.

a) SYNCELLVS. p. 239. b) v. p. 238. c) marg. *Σημειωσον περι Αβαρων. Nota de Auaribus.* Sed ſimul alia ibidem adfertur lectio: Αβαρις ἠλθεν. quam et interpres ſequitur: *Abaris ex Scythia in Graeciam proficiſcitur.* De eodem Abàri idem Syncellus p. 248. Αμαρις [Αβαρις] Υπερβορειος χρησμολογος ἐγνωριζετο. Neque hic locus mihi omittendus videbatur. Simlis enim eſt hic illi errori, quem Theophanis [p. 376.] Ρωσια χελανδια procrearunt. cf. *Ruſſica* ſub a. C. 773.

α) CEDRENVS: *Eo* [Theodoſio Iuniore] *imperante Gotthi in quatuor gentes diuiſi ſunt: in Gotthos, Hypogotthos, Gepaedes et Vandalos. Ex quibus Abaris coepit Romanorum ditionem peragrare.*

1. THEOPHANES p. 81. Conſtantin. de Adm. Imp. c. 25. p. 78, 79. Anaſtaſius Bibliothecarius p. 39. Cedrenus T. I. p. 342.

d) Sub hoc anno iſta refert Theophanes, Cedrenus ſub a. 36. eiusdem imperatoris. Caeterum, quae hic de Auaris per προληψιν narrantur, ad Iuſtiniani I. tempora referenda eſſe §. 4. docet.

e) χωρια. Anaſtaſius: *villas.* Locum integrum, ex quo haec deſumta ſunt, vide in *Goth.* §. 30.

§. 2.

Imp. LEONE I.

Imp. LEONE I.[f)]

a. C. 457—461.[g)]

2. CIRCA id tempus [quo ob foedus Genſericum inter et Orientales Romanos percuſſum hos fruſtra auxilium contra Vandalos rogarunt Occidentales] legatos ad Orientales Romanos miſerunt Saraguri, Vrogi et Onoguri. Hae gentes propriis ſedibus eiectae, commiſſa pugna cum Sabiris, quos expulerant Abari, et ipſi quoque extorres facti a populis citeriorem oram maris Oceani habitantibus[h)], quemadmodum et Saraguri, ad nouarum ſedium comparationem erumpentes, Hunnos Acatiros adorti erant, et coniunctis viribus, multis proeliis initis, gentem deuicerant, et demum ad Romanos nanciſcendae eorum ſocietatis cupidi, ſe contulerunt.

Sub

Leone II. et reliquis vsque ad Iuſtinianum I. imperatoribus nulla fit Auarorum mentio.

§. 3.

2. PRISCVS in Excerptis de Legationibus p. 42, 43.

f) Imperante in occidente Maioriano. Quae enim Priſcus p. 74. de Genſerico narrat: Ὅτι ὁ Γιζεριχος ὀυκ ἐτι ταις προς Μαϊοριανον τεθεισαις σπονδαις ἐμμενω — δια την ἐξ ἐπιγαμιας συγγενειαν. continuatur p. 42. Ὅτι ὁ Γιζεριχος &c. quo loco haec noſtra occurrunt. *Circa id tempus* &c.

g) Anni ſunt imperii Maioriani. Praeterea Auarorum nomen apud Conſtantinum de Adm. imp. c. 28. p. 85. occurrit, vbi Attilam Auarorum regem vocat, vide *Hunnica* §. *89*. Quae de Dalmatia ab Auaris vel Slauis (vtrumque enim nomen confundit) a. C. 449. (p. 92.) occupata refert idem Conſtantinus de Adm. imp. c. 30. p. 94. c. 29. p. 86. vide in *Slauicis* §. *1—8*.

h) ὁυς ἐξηλασαν Αβαροι, μετανασαι γενομενοι ὑπο ἐθνων ὀικȣντων μεν την παρωκεανιτιν ἀυτην. Cantoclarus in Notis ad h. l. p. 194. vide, ait, num ἀχθην [ſed forte ἀκτην] loco ἀυτην.

§. 3.

Imp. IVSTINIANO. I.

Imp. IVSTI-NIANO I.

a. C. 557. i)

IVSTINIANO porro Augusto imperium obtinente, ex hisce gentibus, *Var* et *Chunni* k) exigua pars a primaeuo genere illo profugiens, in Europam ſe intulit, qui ſe Abares et principem ſuum *Chaganum* honoris cauſa nominarunt. 3.

Qua vero occaſione nomina commutarint, nihil a veritate abeuntes explicabimus. Sarſelt, et Vnnuguni, et Sabiri, et inſuper aliae gentes Hunnicae, poſtquam partem Var et Chunni ad loca ſua confugientem viderunt, ingenti metu perculſae ſunt, quod aduenas illos Abares eſſe ſuſpicarentur. Quocirca ſecuritati ſuae conſultum cupientes, donis ampliſſimis eos coluerunt. Var itaque et Chunni, vt perfugium ſibi feliciter eueniſſe animaduerterunt, errorem ſeſe honorantium non aſpernati, Abares dici voluerunt. Etenim *inter gentes Scythicas ingenio antecellere omnibus* l) *Abares exiſtimantur.*

Nimirum etiam vsque ad noſtram aetatem *Pſeudabares* m) (ſic enim magis proprie appellari debent) generis origine diſtincti, alii Var, alii Chunni veteri nomine dicuntur. Quoniam ergo de Pſeudabaribus breuiter diſſeruimus, quae de hiſtoria ſequuntur, ſcribere perſequamur n).

Mmmm 2 §. 4.

3. THEOPHYL. p. 175.

i) Annum ex §. ſeq. adſcribo. Alieno loco, ſub a. 16. Mauricii, quo Priſcus, dux Rom. Auarorum Chagano fugam ex oriente exprobrauit, haec narrat Theophylactus (cfr. §. 103.) qui, Chagani Turcorum enumeratis victoriis, pergit: *Ogor gentem domuit* [Chaganus Turcorum]. *Haec in oriente ad fl. Til accolit. Eius vetuſtiſſimi principes Var et Chunni vocabantur, a quibus etiam nonnullae gentes Var et Chunni appellatae ſunt.* [integrum locum v. in *Turcicis*] *Iuſtiniano porro* &c.

k) ἐκ τουτων των Ουαρ και Χουννι

l) ὑπεῖναι ἐντρεχέστατον φῦλον.

m) v. §. 104.

n) Quae ſequuntur ad Turcos pertinent, vbi vide ſub a. 16. Mauricii.

Imp. IVSTINIANO I. a. M. 6050. a. C. 550. a. 31. Iuſtiniani I. 4.

§. 4

a. C. 557.

β) [ANNO triceſimo primo imperii Iuſtiniani I.] Cum diu multumque huc illuc diuagati aberraſſent [Abari], tandem ad Alanos acceſſerunt, et Saragoſium o) eorum ducem ſuppliciter orarunt, vt per eum in notitiam et amicitiam Romanorum venirent p). Id q) Iuſtino Germani filio, qui tunc temporis militibus, qui in Lazice in praeſidiis erant, praeerat, nuntiauit, et Iuſtinus ad Iuſtinianum retulit, qui illi mandauit, vt eius gentis legatos ad ſe Byzantium tranſmitteret.

Electus vero fuit ab ea gente quidam *Candich* nomine, qui cum primus legatus ad imperatorem veniſſet, dixit: Adeſſe gentem omnium fortiſſimam et populoſiſſimam, quae ſe illi traderet, Abaros ſcilicet, genus hominum inuictum, et inexpugnabile, qui eius omnes hoſtes r), repellere et funditus extinguere poſſent. Illius rationibus valde conducere, cum eis armorum ſocietatem facere, et auxiliarios optimos ſibi habere et adſciſcere s), qui tamen non alia conditione erga rempublicam Romanam beneuolo futuri erant ani-

α) THEOPHANES: *Hoc anno* [vid. marg.]—*Sub idem tempus* [circa ſacra Chriſti Natalitia] *gens prorſus inſolens atque incognita, Abares ei nomen, CP. aduenit* (ἐισηλθεν ἐθνος ἐν τῷ Βυζαντιῳ παραδοξον, των λεγομενων Αβαρων): *et ad eius ſpectaculum, quod nusquam* (μηδεποτε) *viſi fuiſſent huius formae homines, cuncta urbs effuſa eſt. Comas ſiquidem a tergo longas admodum taeniis reuinctas et implexas geſtabant* (δεδεμενας πρανδιοις και πεπλεγμενας. *Comas retortas* [retrorſum] *prolixas valde, reuinctas prandiis* [prandeis] *atque perplexas.* Anaſt): *reliquus licet habitus Vnnico ſimillimus conſpiceretur. Illi porro relicta patria regione in Scythiae Myſiaeque partes ſe conferentes, vt* (*humanius,* interpres addit) *in iis prouinciis admitterentur, ad Iuſtinianum legatos deſtinauerunt.*

o) Σαρωσιου.

4. MENAND. p. 99. Theophan. p. 196. Anaſtaſ. p. 65.

p) ὡς ἀν δι' αυτȣ γνωριμοι ἐσοιντο Ρωμαιοις.

q) των Αβαρων περι.

r) Gr. tantum, το ἀντιςατȣν.

s) ἀλεξητηρας τε ἐχειν ἀγαθȣς.

animo, quam ſi donis pretioſis t), annuis etiam penſionibus et fertili regione v), quam inhabitarent, donarentur. Haec Candich imperatori x).

§. 5.

Erat ea tempeſtate imperator effoeto corpore: non eadem illi vis animi, qua florebat, cum iuuenis adhuc Gilimerem Vandalum, et Vuittigem Gotthum captiuos fecit. Itaque iam ſenex exacta aetate cum animi robur et belli appetentem virtutem deſidia et otio commutaſſet, barbarorum exercitum, non quidem bello, etiamſi decertaret, eum penitus deleret, ſed prudentia et conſilio, priusquam ipſe debito fine extingueretur, propulſare cogitabat. Et cum diu ſuperſtes eſſe non poſſet, (etenim non multo poſt hinc 5.

 mi-

t) *δωροις ἐς τα μαλιςα τιμιωτατοις.*

v) *γης ἐυφορωτατης.*

5. MENAND. p. 100. Theophan. p. 196. Anaſtaſ. p. 65. Adnotat ad Theophanis l. c. Goar p. 597. „Auares ſunt Scythae, ſiue Hunni Aſiatici Boreales ſupra Iberos, Colchos, ſiue Lazos, et Alanos—. Legendus Euagrius lib. 5. c. 1. Ad vocem *πραγδιοις* idem Goar l. c. inter alia, „Hinc itaque, inquit, tenuis vitta eſt, ſiue faſciola, capillis reuinciendis idonea. — Corrippus l. I. de Auarum capillis prandeo reuinctis: *Colubrimodis Abarum gens nexa capillis.* Hinc *ἀκειρεκομην Αβαρων ςρατον.* *Intonſum Abarum exercitum* vocat Florilegii epigram. 16. lib. 4. v. et Antiq. CPL. L. VII. p. 139. (in Imp. Orient. Bandurii T. I.). Calliades in effigiem Iuſtiniani Imp. *Regi aliud Suſis victori conſtruet almo Medus atrox ſignum, nobile, honorificum. At aliud crinita Abarum mox agmina, iuxta Iſtrum, ſquallentes tonſa comas, ſtatuent.*

x) Gr. ita: *ταυτα τῳ ἀυτοκρατορι ἐπειδη ἠγγειλεν ὁ Κανδιχ ἀυτικα.* ὁ γαρ ἐσφριγα οἱ το σωμα* (Cantoclarus: „Legere malim *πεφρυγε. tremulo erat corpore;* ſed vox, *tremulo*, omiſſa ab impreſſore.) — *ἀλλ' ἠδη γηραλεος τε ἠν, και το ἀνδρειον ἐκεινο φρονημα και φιλοπολεμον μετεβεβλητο ἐς το ῥαθυμοτερον. ταυτα ἐγνω ἑτερῳ τροπῳ, και ὀυχι πολεμῳ την βαρβαρικην ἀποκρουσασθαι δυναμιν* &c. * Scribe, ὁ Κανδιχ, *ἀυτικα* (*ὀυ γαρ ἐσφριγα* &c. et poſt vocem, *ῥαθυμοτερον*, claudenda eſt parentheſis)—,, ita Henr. Valeſius Not. p. 214.

Imp. IVSTINIANO I. a. M. 6050. a. C. 550. a. 31. Iuſtiniani I.

a. C. 557.

migrauit [y])) ſocietatem facere [z]) curauit. De ea re imperator concionem apud ſenatum habuit, qui eius prudentiam et in rebus gerendis conſilii vim et acerrimum iudicium valde collaudauit.

Hoc facto, ſtatim imperator dona ad legatos [a]) miſit, catenas auro variegatas [b]), et lectos et ſericas veſtes, et alia quampluria, quibus leniret et demulceret animos ſuperbiae et inſolentiae plenos. Miſit quoque legatum Valentinum (is erat vnus ex imperatoriis ſatellitibus) cui praecepit, vt gentem Romanis ſocietate coniungeret, et efficeret, vt ſuos inimicos bello aggrederentur. Sic enim valde prudenter imperator ſentiebat, ſiue Abari vincerent, ſiue vincerentur, in vtramque partem, et vt res cecidiſſet, ea quae euenirent, ſuo commodo ceſſura. Cum igitur Valentinus ad eos profectus eſſet, et munera praebuiſſet, et mandata imperatoris expoſuiſſet, primum quidem Ongoros Eitaſalos Hunnicam gentem debellarunt [c]), et Sabiros euerterunt.

y) Henr. Valeſius in Notis ad h. l. p. 215. „ Haec, inquit, prima legatio Auarum CP. introiſſe dicitur anno 30. [vel potius a. 31. cfr. Hiſt. Miſc. in Murat. SS. rr. Ital. T. I. p. 109.] Iuſtiniani in libro 16. Hiſt. Miſcellae. Iuſtinianus autem e vita deceſſit anno 40. imperii. Sed in hiſtoria Miſcella annum huius legationis Auaricae male aſſignari exiſtimo: quare potius aſſentior *Victori Tunumenſi*, qui id refert a. 36. Iuſtiniani„. *Eodem anno*, inquit, *Iuſtinianus princeps legatos Abarorum, vnde venerant, facit.* „Quae tamen verba referenda potius ſunt ad ſecundam Auarum legationem, de qua Menander p. 101. „

z) Την ἑτεϱαν ἐτϱαπετο. Cantocl. Not. p. 197. „Legebam την ἑταιϱιαν ἐτϱαπετο. Sed ſi quis, vt eſt in impreſſo, legere velit; ſic verto, *alio auertit*, *ad bellum alio gerendum auertit*„.

a) *ad legatos*, interpres addit.

b) σειϱας τε χϱυσῳ διαπεποικιλμενας. v. et infra §. 10.

c) πϱωτον μεν ἐξεπολεμηθησαν Οὐϊγυϱοις, ειταζαλοις, Οὐννικῳ φυλῳ. και Σαβιϱους δε καθειλον.

CAPVT

CAPVT II.

Res Auarorum, a primo cum Slauis bello vsque ad eorum in regionem Francorum diſceſſum; ab a. C. 557—565.

§. 6.

a. C. 557—562. a)

CVM autem eorum [Antarum, populi Slauici] duces parum proſpere res geſſiſſent b; Auari hoſtium terram depopulantur. Antae igitur legatum de pace mittunt Mezamirum. Qui cum inſolentius, quam legatum decebat, locutus eſſet, ab Abaris, ſuaſu *Cotragegi* cuiusdam, occiſus eſt. Abari vero hoſtium terras iterum vaſtarunt. 6.

§. 7.

a. C. 562. c)

a. 36. Iuſtiniani I.

IVSTINIANVS legatos ab Abaris excepit, qui poſtulabant, vt illis liceret circumſpicere terram, in qua eorum gens ſedes et domicilia poneret. Et imperator quidem, vt haec Iuſtinus dux illi ſignificauit, apud ſe conſultauit, an gentem collocaret in ea terra, vbi 7.

6. MENAND. p. 100. ſeq.

a) Haec iis immediate apud Menandrum ſubiunguntur, quae §. 5. habes, ſequuntur vero, quae §. 7. adtuli. Hinc ea poſt a. C. 557. et ante a. 562. geſta eſſe videntur. Caeterum hic tantum excerptum dedi, quem integrum legis locum in *Slauicis* §. 41.

b) Οτι ἐπει οἱ ἀρχοντες Των [leg. των Αντων] ἀθλιως διεπεθησαν. *Cum Antarum duces parum proſpere res geſſiſſent.* reliquam lectionis varietatem vide in *Slauicis*.

7) Id. p. 101.

c) Annum ex *Victore Tununenſi*, ad §. 5. citato adſcribo. Ex inferibus (ἐντευθεν ἠρξατο ἡ δυσμενεια Ρωμαιων τε και Αβαρων, ἠδη ἐκ πολλȣ ὑποτυφομενη) hoc ſaltim apparet, haec aliquot annis poſt, quam primum Graecis innotuere Auari, contigiſſe.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 562.

vbi prius habitabant Eluri (ſecunda Pannonia [d] vocatur.). Et imperator, ſi illis videretur, annuit. Sed Abari Scythia ſibi exeundum non cenſuerunt. Etenim illius deſiderio, quoad eius fieri poterat, tenebantur. Hoc igitur non ſucceſſit.

§. 8.

Veruntamen Iuſtinus legatos miſit Byzantium, et imperatori ſignificauit, eos iam magna ex parte iſtam regionem occupaſſe. Iuſtinus autem ſibi vnice conciliauerat vnum ex legatis nomine *Oeconomum* [e], qui ſecreto eum monuit, Abaros [f] aliud in ore habere, et aliud ſentire. Eos blanda quam maxime oratione [g] vti, et ſuae fraudi obtendere ſermones officio plenos et ſimulare erga Romanos beneuolentiam tantiſper dum Iſtrum traiiciant; ſed longe aliter, id quod in mente gerunt, ſe habere. Etenim, ſimulatque Iſtrum tranſmiſerint, nihil quicquam illis eſſe deliberatius, quam omnibus copiis in bellum erumpere. Quae cum cognouiſſet Iuſtinus, eorum omnium imperatorem certiorem fecit, quo legatos Abarorum Byzantii, quamdiu poſſet, retineret. Nec enim Abari [h] Iſtrum [i] traiicere ſuſtinebunt [k], priusquam legati dimiſſi ſint.

Ea cum Iuſtinus mandaret, non ideo minus curae et operae impendebat, quo Abaros fluuii traiectione prohiberet [l]. Bonum enim mercenariarum et domeſticarum copiarum ducem fluminis cuſtodiae praefecerat.

§. 9.

At vero Abarorum legati, vbi nihil profecerunt, quantum ad ea quae ab imperatore petitum venerant; munera, vt conſuetum erat, acceperunt, nec non ea, quae ſibi opus erant, compararunt, arma etiam emerunt, et ita dimiſſi ſunt. Verum imperator ſecreto mandauit Iuſtino, vt, quacunque ratione et via poſſet, in reditu arma

d) δευτερα Παιονια.

e) Οικȣνιμων.

f) Supplet nomen interpres.

g) λογοις — ἐς τα μαλιςα μετριοις.

h) Nomen interpres addit.

i) ρεεθρον.

k) Conſtructionis grammaticae hic, vt et alibi, migrat regulas interpres.

l) ἅμα φυλαξων τας διαβασεις τȣ ποταμȣ.

a. C. 562.

arma illis eriperet. Itaque dux, cum legatos exciperet, imperatoris mandata eſt executus.

Hinc coeperunt inter Romanos et Abaros inimicitiae, multis antea ex cauſis accenſae m); maxime quod non ſtatim legati eorum dimiſſi eſſent. Praeceperat enim BAIANVS, vt quamprimum redirent. Sed imperator cum ſciret, quid cogitarent, quod praeſenti tempore facere potuiſſet, in aliud diſtulit n), vt tantisper eos in Regia vrbe detineret.

§. 10.

Imp. IVSTINO II.

a. C. 565. o)

IVSTINO Iuniore imperante Abarorum legati Byzantium venerunt, vt conſueta munera acciperent, quae Iuſtinianus, qui ante eum 7.
imperium tenuerat, conferre erat ſolitus, armillas auro variegatas 8.
(eo conſilio, vt eos a ſe deficere impediret p)) lectos et alia quaedam opera venuſta q) ad delicatiorem cultum ſpectantia. Tunc Abari r) voluntatis imperatoris periculum facere ſtatuerunt, ſiquidem ampli-

m) ἤδη ἐκ πολλȣ ὑποτυφομεναι.

n) ἀλλο ἀλλως διετιθει το παρον, ὁπως. &c.

7. MENAND. p. 101.

o) Valeſius in Notis ad Menandrum p. 215. „Haec, inquit, legatio Auarum introducta eſt die ſeptimo poſt inaugurationem Iuſtini Iunioris [is vero a. M. 6058. a. C. 558. d. 14. Nov. indict. 14. coronatus ſuſcepit imperium, teſte Theophane p. 204.] teſte Corippo in lib. 3. *Septima lux aderat.* Et mox: *Legatos Auarum iuſſos intrare magiſter Ante fores ſacras diuinae nunciat aulae Orantes ſeſe veſtigia ſacra videre Clementis domini: quos voce et mente benigna Imperet acciri.* Reliqua Corippi narratio cum Menandri hiſtoria prorſus congruit„.

8. Id. p. 102.

p) ἠσαν δε καλωδια τε χρυσω διαπεποικιλμενα, ἐς το εἰργειν τι των ἀποδιδρασκοντων ἐπινενοημενα. *Funiculos* (armillas abſone reddidit interpres) *auro implexos, quibus quod fluxum eſt, vagum et volitans, innectitur*; quale togarum ſinus, cincinni capillorum, laxae veſtes &c. Interpres iterum perabſurde: *vt eos a ſe deficere impediret.* Ita Goar in Notis in Theophanem p. 597.

q) Interpres addit.

r) οἱ πρεσβεις των Ἀβαρων.

Imp. IVSTI-
NO II.

a. C. 565.

ampliora munera caperent, quibus per Romanorum puſillanimitatem ſua ſibi compararent commoda [s]). Itaque imperatoris adeundi ſibi poteſtatem fieri petierunt, quod illis eſt permiſſum, quin et per interpretem, quicquid libitum eſſet, proponere.

§. II.

Hac vero oratione vſi ſunt: „Oportet, o imperator, te, qui imperium paternam creuiſti hereditatem [t]), paternos amicos in tuam fidem tutelamque ſuſcipere [v]) et, aeque ac ille, eos beneficiis augere, teque in eo maxime patris ſucceſſorem praebere, ſi nihil eorum, quae viuus ſtatuit, eo mortuo immutes. Ita fiet, vt nos eandem erga te voluntatem conſeruemus, neque minus in te beneficentiae nomen transferamus, quin te poſt ipſum auctorem noſtrarum fortunarum et benefactorem vocemus et laudemus. Et ſane erubeſcemus, a te commodis affici, niſi tibi, ampliſſimis beneficiis nos ornanti, par pari quoque retribueremus. Sic enim patrem tuum, qui in nos liberalis et munificus fuerat, remunerati ſumus. Etenim cum eius regiones vaſtare in nobis ſitum eſſet, non modo non [x]) abſtinuimus, verum etiam quo nos propenſiores erga ipſum [y]) oſtenderemus, vicinos [z]) barbaros, Thraciam inuadentes [a]), late arcuimus et propulſauimus, neque quisquam eorum deinceps eſt inuentus, qui Thraciae fines populationibus vexaret. Metuebant enim Abarorum potentiam, qui amicitiam colebant cum Romanis. Perſuaſum igitur habemus, te nulla alia in re his, quae a patre ſtatuta ſunt, contrauenturum, niſi in eo, quod nobis maiora largiturus es, quam pater ſit largitus. Pro quibus et nos tibi multo quam patri deuinctiores erimus, et tibi multo quoque maiores gratias retribuemus [b]). Sed ſcito, non aliter fieri poſſe, vt noſter dux Romanorum reip. ſit amicus, quam ſi tanta prae-

s) ἔιγε ὀυκ ἀλλως δωρα λαμβανειν ἀυτοις, και τῃ Ρωμαιων ῥαθυμιᾳ ἐπεντρυφᾳν, και το ἀμελες ἀυτων ὀικειον τιθεσθαι κερδος.

t) i. e. *heredem imperii paterni.*

v) De ſuo addit interpres.

x) Redundat, *non.*

y) Gr. breuius: ἀλλα πλεον ἐνδεικνυσθαι τι.

z) ὑμιν *vobis* omiſit interpres.

a) ἀει περικοπτοντας.

b) ληψομενοι.

praemia ſumat, vt illi mouere contra Romanos arma in mentem non veniat„.

Haec Abarorum legati diſſeruerunt, et modo ſe in hanc, modo in aliam partem vertebant: hac precibus agebant, illa minas ingerebant. Exiſtimabant enim, ſe precibus et blanditiis imperatorem deliniturος, et minis perterrefacturos, et ex eo coactos [coactum] iri Romanos illis [c] quaſi tributarios eſſe.

§. 12.

Verum enimuero cum imperator nihil aliud quam ſui contumeliam et ludibrium continere exiſtimaret, ad eam, quam Abarorum legati habuerant, orationem, ſic reſpondit:

„Vos quidem humiles preces magna cum arrogantia profertis in medium, et in ſpem adducimini, hac ſermonis mixtura, facilius 9.
quod concupitis conſequi. Ab vtraque ſpe, vt verum aperte dicam, excidiſtis [d]. Atque ego multo plura vobis tribuam, quam pater meus. Etenim vos, ad maiores, quam par eſt, ſpiritus ſublatos, ad aequitatem et ſaniora conſilia vt redeatis, efficiam. Qui enim hominum, in exitium voluntarium ruentium, turbatos affectus cohibet, et obedientes rationi facit, beneficentior eſt eo, qui ſumtus in delicias praebet, et amare videtur, ſed, minima captata occaſione, eum, quem beneficio affecit, ſtatim perdit et tollit. Abite igitur, qui magni pretii rem a nobis obtinetis, quod vobis ſaluis et incolumibus licet vitam peragere, et pecuniarum loco, quas a Romanis accipere vultis, noſtri timorem et metum ad ſalutem conuertite et reportate. Neque enim nos vnquam veſtro eguimus auxilio, neque quicquam a nobis accipietis, niſi quantum nobis viſum fuerit, idque tanquam mercedem et auctoramentum ſeruitutis, non quoddam tributi genus, vt vos falſo exiſtimatis„.

c) Αβαρων.

9. MENAND. p. 103.

d) ουδε γαρ υποθωπευοντες ημας απατησετε, ουδε μην απειλουντες εκφοβησετε. *Neque enim nos blanditiis decipietis, neque minis exterrebitis.* omiſit haec interpres.

a. C. 565.

§. 13.

Poſtquam imperator tantum ſui terrorem legatis Abarorum incuſſit, et cognouerunt ex his, quae dixerat, minime eorum ſuperbiam toleraturum [e], neque quicquam eorum, quae prius accipere conſueuerant, indulturum, aut impune poſthac incurſiones in Romanae ditionis regiones facturos, in magnam animi anxietatem inciderunt, et apud ſe cogitarunt, quo tandem res caſurae eſſent, et quis futurus eſſet earum exitus. Nec enim apud imperatorem [f], quandoquidem nihil proficere poterant, manendum diutius ſtatuebant, neque re infecta diſcedere volebant.

Haec et alia huiusmodi cogitantibus ex duobus malis minus ſibi eligendum duxerunt. Itaque viſum illis eſt a Romanis diſcedere, et ad ſuos contribules ſe recipere. At illi imperatoris fortitudinem admirati longe ab illo profugientes et terga vertentes, Francorum regionem abierunt [g] [h].

e) κατεγνωκοτες — οἱ βαρβαροι, ὡς ουκ ἀνεξεται σφων της πλεονεξιας.

f) ἐν Βυζαντιω.

g) ἀπονοστησαι ὡς τους ὁμοφυλους. και τουτοις ἑνωθεντες, ἐς την των Φραγγων χωραν ἀφικοντο, του βασιλεως την ἀπολογιαν θαυμασαντες.

h) Valeſius in Nott. in Menandrum p. 215. „ Abares, inquit, poſt mortem Clotharii in Turingiam irruperunt, et cum Sigisberto bellum geſſere, vt ſcribit Paulus in hiſt. Longob. l. 2. c. 10. et Gregorius Turonenſis l. 4. quod notandum eſt contigiſſe a. 1. Iuſtini iunioris. Male ergo Hermannus Contractus anno 561. id refert, quinquennio ante Iuſtiniani mortem „.

CAPVT

Imp. IVSTINO II.

CAPVT III.

Foedera Auarorum cum Francis et Longobardis inita; Auarorum a Turcis defectio; ab a. C. 565—570.

§. 14.

a. C. 565—570. [a]

ABARI et Franci [b] foederibus inuicem initis, cum pax firma inter eos eſſet [c], BAIANVS, Abarorum dux, ſignificauit Sigiberto Francorum duci, ſuum exercitum commeatus inopia laborare. Decere eum, qui Rex eſſet, et inter ſuos, minime negligere exercitum ſibi foedere coniunctum. Promittebat autem, ſi exercitum Abarorum neceſſariis rebus recreaſſet, ſe tertio die caſtra moturum, neque longiori tempore in his locis commoraturum. Haec vbi Sigiberto ſunt nuntiata, ſtatim [d] legumina, oues et boues ad Abaros miſit. 10.

§. 15.

ALBOINVS [e] Longobardorum rex, (nec enim inimicitias, quas cum Cunimundo Gepidarum rege [f], exercebat, deponebat, ſed qua- 10.

10. MENAND. p. 110.

a) Vide ad §. ſeq. ex Io. Biclar. adnotata.

b) Valeſius l. c. p. 217. „ De pace, inquit, inter Sigisbertum regem Francorum et Chaganum Auarum principem facta, vide Gregorium Turonenſem in lib 4. c. 23 „.

c) Verte: *Foedere Abaros inter et Francos iuncto, et pace optime ſtabilita, Baianus* &c. Interpretatio Cantoclari in regulas Grammaticas peccat.

d) *Farinam*, ἄλευρον. omiſit interpres.

10. MENAND. l. c.

e) Αλβοιος.

f) Γηπαιδων. hoc nomine gens illa apud ſcriptores Byzantinos fere vbique venit. caeterum in gr. h. l. tantum: ἡ πρὸς Κȣνιμȣντον ἀπεχθεια. occubuit hic Cunimuntus, vel Cunicmundus (vt a Ioanne Biclarienſi vocatur) a Longobardis praelio ſuperatus, a. 6. Iuſtini II., teſte Io. Biclar. p. 13. (in Scaligeri Theſauro Tempp.) ante hunc itaque annum (a. C. 570.) haec noſtra collocanda ſunt.

quacunque ratione Gepidarum opes ſibi euertendas ducebat) legatos ad Baianum miſit, quibus eum ad armorum ſocietatem adhortabatur. Legati cum aduenissent, precibus cum Baiano Abarorum duce agebant, ne ſe contemneret, qui nefanda omnia a Gepidis paſſi erant, quin etiam a Romanis, Abarorum genti quam infeſtiſſimis, qui Gepidas bello inuaſſent. Neque tam ardenti ſtudio in Gepidas bello ferri, niſi vt Iuſtinum labefacerent regem omnium Abaris inimiciſſimum. Is foedera non ita dudum cum Iuſtiniano, eius patruo, transacta pro nihilo habens, Abaros conſuetis muneribus priuauerat. Adiecerunt, ſi cum Longobardis ſe coniungerent, fore, vt inuicti eſſent, et, Gepidis exterminatis, eorum opibus et regione communiter potirentur. Tum in poſterum, tota Scythia ſubacta, beate vitam traducerent. Inde facile illis fore, Thraciam occupare, et ex vicinis locis mouentes, minimo negotio Romanorum regiones armis percurrere, et Byzantium vsque ferri.
II. Dixerunt quoque Longobardorum legati, Abaris expedire Romanos pugna praeuenire. "Si enim illis res ad voluntatem fluxerint, quoquo terrarum Abari conſtiterint, illos perſecuturos et quacumque ratione deleturos [g].

§. 16.

Baianus legatos quidem Longobardorum excepit, ſed viſus eſt eos parui facere, vt ea ratione, conditionibus, quae ſuis rationibus vtiles eſſent, ad armorum ſocietatem ſecum cotrahendam pelliceret [h]. Et modo ſe non poſſe, modo poſſe iactabat, ſed nolle. "Cumque ſe in omnes partes dicendo verſaret [i], et precantes omni fraudis genere concuſſiſſet, magna cum difficultate ſtatuit eorum petitioni aſſentiri; ſed non alia conditione, quam ſi decimam partem quadrupedum, quae tunc temporis apud Longobardos eſſent [k], confeſtim acciperet; ſi ſuperiores euaderent, dimidium manubiarum, et

II. MENAND. p. III.

g) ἢ γαρ ἂν ἐκεινοι [Ρωμαιοι] προτερησουσι, και ἐκ παντος τροπου καθελουσι την Αβαρων δυναμιν, ὅπου και γης τυγχανουσιν ὀντες.

h) τῳ βουλεσθαι γε αὐτον κερδαλεωτερον θεσθαι ὡς αὐτῃ την συμμαχιαν.

i) ξυνελοντα δε εἰπειν. verte: vt breuiter dicam.

k) των τετραποδων ἁπαντων, ὁσα παρα Λογγιβαρδοις ὑπηρχεν.

a. C. 565—570. *Imp.* IVSTINO II.

et tota Gepidarum regio eius iuri cederet. Atque haec cum ita conuenta eſſent, bellum inferre Gepidis deinceps inſtituerunt [l]. [Hinc Iuſtinum auxilia rogarunt Gepaedes; ſed hoc tantum conſecuti ſunt, vt neutra pars a Romanis auxiliis iuuaretur [m]].

§. 17.

a. C. 568. a. 4. Iuſtini II.

INITIO quarti anni imperii Iuſtini legatio Turcorum Byzantium acceſſit.—[Imperator legatos de variis rebus percunctatus [n]], 12. 13.
ſed nos docete [inquit], quanta ſit Abarorum multitudo, quae veſtri imperii frenum excuſſit [o]? Sunt quidam, imperator, qui adhuc noſtra colunt. Qui vero a nobis defecerunt, arbitror eſſe viginti myriadas [p].

§. 18.

IN Oriente ad Tanaim Turci degunt, qui Maſagetae antiquitus dicti, a Perſis ſua lingua Kermichiones [q]) appellantur. Hi 14.
tempeſtate hac legatos cum muneribus ad Iuſtinum imperatorem legarunt, ne Abaros reciperet obſecrantes [r]. Ille munera libenter acce-

l) ἃ δὴ καὶ ἐγένετο· καὶ ἐχώρουν Γηπαισι πολεμησοντες.

m) Excerpta ſunt. integrum locum vide in *Gepaeditis* §. 27.

12. Id. p. 106.

13. Id. p. 108.

n) Integrum locum v. in *Turcicis* §. 7.

o) ἡμας ἀναδιδαξατε, ὡς ἡ (leg. ὅση.) των Αβαρων πληθυς, της των Τερκων ἀφηνιας ἐν ἐπικρατειᾳ (leg. ἀφινιασεν ἐπικρατειας. Valeſ.). quae ſequuntur: και ἐι τινες ἐτι παρ᾽ ὑμιν; *anne quidam adhuc apud vos* (ſuperſunt) omiſit interpres.

p) ἐικοσιν-χιλιαδας. xx. *millia*. Quae ſequuntur, ad Turcos pertinet, vbi vide.

14. THEOPHANES BYZANT. (Eclog. Hiſt. T. I. Corp. Byz. p. 21). eadem forte eſt legatio, cuius §. praec. mentio facta eſt.

q) Theophanes p. 203. ſub a. 36. Iuſtiniani I. menſe Iul. legationis ab Hermichionum rege Aſcel Byzantium miſſae meminit, ſed nihil ibi de Auaris.

r) δεομενοι μεν (leg. μη) ὑποδεξαθαι. Phil. Labbe in Notis ad h. l. p. 111. inter alia „Corippus, inquit, Grammaticus l. 3. de laudibus Iuſtini minoris. Auarum legatos ad imperatoris praeſentiam deductos hac oratione vſos fingit.

Imp. IVSTINO II.

a. C. 568.

accepit, omnique adeo beneuolentiae atque humanitatis genere complexus, domum remiſit. Cumque Abari mox s) acceſſiſſent, qui
15. Pannoniam habitare, paceque frui Romanorum precabantur, ob datam Turcis fidem pactasque conditiones, repulſam tulerunt.

CAPVT IV.

Legatio Auarorum ad Bonum Sirmio praefectum, irrita.

a. C. 570—573.

§. 19.

a. C. 570—573.

16. α) BAIANVS a) quo tempore de obſidendo Sirmio cogitabat, Vitalianum interpretem et Comitan in vincula coniecit. Hos autem

α) Huc forte referenda ſunt, quae CEDRENVS, (ex quo annum adſcribo) T. I. p. 390. habet: *Nono* [Iuſtini II.] *anno Auares* (Αβαρες) *ad Danubium venerunt, et vicerunt Romanos.*

Crudus et aſper Auar dictis ſic coepit acerbis:
Rex Auarum Cagan debellans intima mundi,
Famoſos ſtrauit magna virtute tyrannos,
Innumeros populos, et fortia regna ſubegit. &c.

Cui inter caetera reſpondit Iuſtinus, quae oſtendant, a potentioribus populis victos fugatosque in alias oras commigraſſe:

Quid profugos laudas, famaque attollis inani
Extorrem populum? quae fortia regna ſubegit!
Effera gens Auarum proprias defendere terras
Non potuit, ſedesque ſuas fugitiua reliquit.
Tu velut ignarus falſis rumoribus audes
Vana loqui, turpique dolo noua ſomnia fingis. &c.

Quantum vero damnum Romanae reip. intulerit Auarum repudiata amicitia, docent illius temporis ſcriptores tum caeteri, tum Ioannes ex Biclarienſi Abbate Gerundenſis Epiſcopus, ad an. Iuſtini 10. et Tiberii I. an. 3. —

15. Id. p. 22.

s) ὑςερον ἐλθȣσι — ὀυκ ἐσπεισατο.

16. MENAND. p. 111.

a) ὁ των Αβαρων ἡγȣμενος. omiſit interpres.

autem duos viros Iuſtinus imperator dudum[b] ad illum miſerat; et cum illi quererentur de quibusdam rebus, quae inter ipſos controuerſae erant, contra fas et commune ius gentium eos in vinculis habuit.

§. 20.

Baianus, poſt murorum oppugnationem, miſit, qui de pace agerent. Nonnulli ex his, qui Sirmii erant, ad ſummum faſtigium balnei, quod populi vſui erat relictum, ad ſpeculandos hoſtes, vt moris eſt, aſcenderunt. 17. Hi per ſpeculam caput exerentes et circumſpicientes, ſi qua barbari eruptionem facerent, aduerterunt Auarorum nuntios, qui iam ſe in viam dederant, e longinquo per iter vagantes. Hos cum dignoſcere non poſſent, ſuſpicati ſunt, eſſe ex hoſtium exercitu[c]. Itaque nuntii, quinam eſſent, illico manifeſtum fecerunt, et ſignum ſuſtulerunt.

At Bonus, cum illi in dubio haereret animus, cognouit, barbaros[d] eſſe paruo numero, et per praeconem ſignificare, velle cum illo colloqui[e]. Itaque et miſit, qui extra muros cum illis colloquia ſererent. Decumbebat enim ex vulnere, neque illi per Theodorum medicum licebat exire, et hoſtibus coram ſe ſiſtere. Neque vero indicauit hoſtibus, nec enim expediat, eum vulneratum. Nam ſi id reſciſſent, nihil neceſſe fuiſſet id celare, ne, ſi celaret, ſuſpicionem iniiceret, ducem viuis exceſſiſſe. Sed hoſtes vbi viderunt, alios, qui de pace diſceptarent, venire, ſuſpicati ſunt ducem periiſſe. Itaque colloquium coram eo fieri velle dixerunt. Tunc Theodorus, qui, quod publice intererat, praecipue ſpectabat, dixit, non iam tempus poſtulare, vt dux domi in occulto ſe contineret, magis eſſe, vt extra ciuitatem prodiret, et in conſpectum bar-

b) ἠδη.

17. Id. p. 112.

c) ὡς κατενοησαν τȣς των Αβαρων ἀγγελιαφορȣς ἠδη προσιοντας τῳ μηκει της ἀτραπȣ ἀποπλανηθεντες, και ὀυπω κατεγνωκοτες το ἀκριβες, ὑπετοπησαν ἐιναι πληθυν Αβαρικην.

d) Αβαρȣς.

e) και βȣλεσθαι ὁι ἐπικηρυκευσασθαι.

barbarorum veniret. Itaque, vulnere vnguento illito, ei auctor fuit, vt extra vrbem progrederetur f).

§. 21.

Tunc legati mutuo ſermone huiusmodi verbis ſunt vſi: „Abarorum dominus, o Romani, apud vos haec proponere iuſſit. Ne illi ſuccenſeretis, ſi contra vos bellum ſuſcepit. Etenim priores bello cauſam dediſtis. Multis exhauſtis laboribus et non minoribus itinerum fatigationibus toleratis vix iſtam, inquit, regionem ceperam, cum mihi illam vi eripuiſtis. Praeterea Oudobatum g), qui ex captiuis dominio meo ceſſerat h), mihi ereptum habetis. Multas quoque alias acerbas contumelias in me effudit imperator veſter, neque quicquam eorum, quae iuſta erant et aequitati conſentanea, facere voluit. Itaque ſi tot tantisque iniuriis et damnis a vobis affectus et laceſſitus, armis ſum vſus, in nullo ſum reprehendendus. Quod ſi vultis nunc etiam de foedere et pace nobiscum verba facere, prompto animo id faciemus. Veſtri igitur arbitrii res eſt, quod expedit praeoptare et pacem bello praeponere„.

Ad quae Bonus reſpondit: „Priores quidem nos minime bellum occepimus, aut in vos graſſati ſumus: e contrario tu prior
18. in Romanos irruiſti. ‘Graue tibi quidem et moleſtum quod imperator deliberauit, an tibi ea, quibus domum inſtrueres, largiretur i), quae tamen legatis a te miſſis erogauit. Sed cum ex eo te audaciorem factum cerneret, et vltra barbaricam inſolentiam vana gloria elatum et tumentem, ita vt illi verba arrogantiora, longe tuas vires excedentia, denuntiares: nimirum prudens et cautus eas res ſibi habuit, et in domus ſuae vſum conuertit k). Et, vt nunc ſunt res, veſtrum eſt, ad imperatorem, ſi videbitur, legatos mittere l)

qui

f) και δη προελθων ὁ Βωνος, ἀγχȣ τε των βαρβαρων γενομενος, ἐφανη σφισι. Omiſit interpres.

g) Ο᾽υσδηβαδον. Gepaes is fuit genere vid. ſupra §. 24.

h) τῳ των δορυαλωτων ἀνηκοντα μοι νομῳ.

18. MENAND. p. 113.

i) λοιπον δε, ὁτι και ὁ βασιλευς ἐν βȣλῃ ἐποιησατο χρηματα σοι ἐπιδȣναι.

k) ἐπετελεσε τα οἰκεια.

l) ἡμετερον ἐςιν ὡς βασιλεα ςειλαι, ὁυς ἀν συ βȣληθειης πρεσβεις.

qui de pace conueniant. Nec enim exiſtimes velim, in noſtra poteſtate eſſe, tametſi nunc tecum colloquium habeamus, quicquam aliter, quam imperator praeſcripſerit, facere.

§. 22.

Haec vbi Bonus dixit, recta quidem eum et iuſta dixiſſe Baianus cenſuit; ſed haec ſubiecit: „Sane ego propter gentes, quae me ad bellum ſecutae ſunt, verecundia ducor. Et me pudet, nulla re effecta, recedere, neque quicquam operae pretii feciſſe, quod mihi ſit vtilitati et fructui. Ne igitur videar fruſtra tantum laboris pertuliſſe, et ſine vllo emolumento expeditionem ſuſcepiſſe), parua munuſcula ad me mittite. Etenim e Scythia huc transmittens nihil quicquam mecum extuli, et mihi impoſſibile eſt, ſi nihil rei quod me iuuet percepero, hinc excedere„.

Bono quidem duci et caeteris, qui cum eo erant, inter quos erat ſupremus vrbis ſacerdos, viſum eſt, Baianum iuſta et rationi conſentanea proponere. Nec enim immoderata munera Baianus ſibi dari petebat, ſolum vnam pateram ex argento factam, et modicum auri, praeter haec togulam Scythicam[n]). Verum Bonus et qui ei adſtabant, aliquid proprio conſilio, inconſulto imperatore, facere timebant. Itaque Baiano contra reſpondit: „Habemus nunc imperatorem, qui facile ad iracundiam adducitur, eum formidamus[o]), neque quicquam noſtra ſponte, et proprio animi iudicio, illo inconſulto, facere ſuſtinebimus. Caeterum qui in caſtris degimus, pecunias in numerato minime habemus, neque, ſi quae nobis ſunt, nobiſcum ferimus, ſed tantum caſtrenſem ſupellectilem et ea, quibus induimur. Denique Abarorum duci arma, quibus inſtructi huc venimus frugaliter et tenuiter victuri, dono dare, vide, o Chagane, ne iniuria et ignominia aliqua eſſet, neque digni vllo honore, vt ita dicam, eſſemus. Pretioſiora enim viaticorum noſtrorum ſunt in aliis locis, et longe a nobis remotis po ta. Quod ſi vos imperator noſter muneribus demereri voluerit, non cunctabimur, tibi et nobis gratulantes, et imp. iuſſa facere

m) ὡς ἂν μη οὖν δοξω ματην πεποιηκεναι και ἀκερδη την ἐπιχειρησιν.

n) ἀμπεχονιου Σκυθικου.

o) Φοβερον τε και ἐμβριθεστατον.

Imp. IVSTI-NO II.

a. C. 570—573.

cere, et omne, quoad eius fieri poterit, quod tibi conducet, exequi, tanquam amici, et eius, qui vna nobiscum vni domino paret, vtilitatibus inſeruientes.

§. 23.

19. Ob haec indignatus Baianus, iurans minatus eſt, ſe immiſſurum exercitum in Romanorum ditionis regiones, qui populationes faceret. Ad quae cum dux palam praedicaret, illi quidem licere, omnia, quae poſſet, aggredi et tentare; ſed perſuaſum habere, fore, vt iſtae excurſiones his, qui in eas immitterentur, non bene verterent: reſpondit, ſe tales miſſurum, qui ſi perierint, damnum nullum ex eorum exitio ad eius ſenſum eſſet peruenturum. Itaque iuſſit dena millia *Controgurorum*, qui dicebantur *Hunni* p), traiicere fluuium Saum, et vaſtare Dalmatiam. Ipſe vero, cum omni ſuo exercitu transmiſſo Iſtro, in finibus Gepidarum ſubſtitit q).

CAPVT V.

Iteratae Auarorum de Sirmio tradendo et pendendo Auaris tributo legationes. Primum Auarorum cum Romanis bellum;

ab a. C. 573 — 578.

§. 24.

a. C. 573—578. a)

20. BAIANVM Abarorum ducem voluntas cepit legatos ad Romanos b) mittere, qui de foederibus verba facerent. A Vitaliano etiam

19. MENAND. p. 114.

p) των Κοντριγυρων λεγομενων Ουννων.

q) His immediate ſubiunguntur, quae habes infra §. 28.

20. MENAND. p. 154.

a) Hoc anno (a. M. 6070. a. C. 570. indict. 11. Theophan. p. 210) obiit Iuſtinus. haec noſtra itaque inter an. C. 573—578. geſta eſſe videntur.

b) Supplet haec interpres.

etiam ſibi aurum dari petiit, vt a praedis agendis per inducias abſtineret. At *Iobudas* c), acceptis a praefecto Illyrici nummis octingentis, ea Baiano tradidit. Praeterea Abarorum dux miſit *Targitem* d), qui vna cum Vitaliano interprete imperatori denuntiarent, vt Sirmium et pecunias, quas *Controgori*, et *Ottrogori* e) a Iuſtiniano accipere ſoliti erant, quia vtramque gentem ſubegerat, illi traderet, Ousdibadon quoque Gepidam. Dicebat enim et omnes Gepidas in ſuum ius dominiumque veniſſe, quia eosdem deuicerat f).

§. 25.

Itaque legati vbi in Regiam vrbem ad imperatorem venerunt, Targites ſic eum eſt affatus.

„O imperator, adſum a tuo filio miſſus. Tu enim vere pater es Baiani, eius, qui apud nos dominatur. Ea res fecit, vt crederem te affectum paternum exhibiturum eſſe filio, in eo quod reddes ea, quae filii ſunt. Cum enim noſtra tenuerimus, mox noſtra quoque, quae tua ſunt, tenebis. Num igitur illi ſua praemia praebueris? Quod ſi feceris, ea non in extraneum, neque in hoſtem contuleris, neque earum mutabitur dominium. Etenim rurſus ad te redibit per filium, ſi ea indulſeris, quae a te petitum 21.
venio. Scilicet Sirmium, et pecunias, quotannis quas dabat imperator Iuſtinianus Ouittigoris g) et Contigoris h). Nam cum Baianus hodie dominium ſit adeptus harum omnium gentium, eorum bona et Ousdibadi quoque eius ſunt. Nec enim Ousdibadum quisquam negauerit effectum eſſe Baiani mancipium i). Haec Targites."

§. 26.

Cui imperator. „Tu quidem k), vt videtur, minime, vt legationem faceres, veniſti, ſed magis, vt mores Abarorum, antea

 nobis

c) Ιοβουλιδας.

d) Ταργιτιον. infra etiam in gr. Ταργιτης.

e) Κουτριγουροι και Οὐτιγουροι.

f) ἅτε δη και αὐτου προς αὐτου καταπολεμηθεντος.

21. MENAND. p. 155.

g) Gr. vt ſupra.

h) Κουτραίγουροις.

i) ἐτι και Ουσδιβαδον τον Γηπαιδα, και τους περι αὐτον (ſc. παρεχε τῳ Βαϊανῳ) ὀυδε γαρ περι τουτων ἀντερει τις, ὡς ὀυχι πεφυκασιν ἀνδραποδα.

k) ὠ Ταργιτα.

nobis penitus ignotos, indicares, et cognitos perſpectosque efficeres [l]). Si enim, vt dicitis, conceſſerimus vobis ea, quae nuper Iuſtinianus, commiſeratione potius quam terrore adductus, quia ab effundendo ſanguine abſtinere volebat, Hunnis largitus eſt, ridicula res ſane erit, ſi etiam liberalitatem et humanitatem in eos exercere oporteat, contra quos in acie ſtare nemo eſt qui nos non viderit, quando miſeri Cutraguri et Vtiguri, quos affirmatis a nobis accepiſſe pecunias, modo fugientes, modo caeſi, a noſtro exercitu ſunt ad internecionem vsque deleti. Cur igitur vobis largiemur bona eorum, quos vicimus? Hoc enim abhorret a communi ſenſu, ſimul et vincere, et eorum, quos viceris, bona aliis tribuere. Neque enim, ſi ſemel viſi ſumus prudentia deſtituti, eſt abutendum aut ad conſuetudinem trahere oportet, et ex eo praeſumendum, nos ſemper futuros imprudentes. Quid igitur de Ousdibado faciemus? vobisne eum reddemus? non ſumus adeo dementes et ſtolidi, vt noſtra profundamus, maxime in barbaros, et eos, qui noſtrae reip. grauia damna intulerunt. Qui enim imperatoriam maieſtatem ante nos adminiſtrauit, Gepidas huc illuc diſperſos in vnum congregauit [m]), et illis regionem circa Sirmium, 'quam incolerent [n]), diſtribuit. Deinde exorto inter ipſos et Longobardos bello, periculo ſuorum, vt par erat, participauit [o]); et Romanorum manu et auxilio Gepidae, qui ſine ope noſtra ſerui fuiſſent effecti, victoriam reportarunt. 'Deinde mala mente et malo animo benefactoribus ſuis graues et moleſti fuerunt, et pro beneficiis in eos collatis, inſidias, in quo nulla venia digni ſunt, nobis ſtruxerunt, Romanis tamen minime viſum eſt afflictis eorum rebus inſultare [p]). Nec enim illis moris eſt, dignas poenas peccatis expoſcere, ſed magis contemnere. Poſtea accidit, vt ab aliis funditus euerterentur [q]). Cum

l) μαλλον μεν ουν προς αγνοουντας ἡμας τεκμηριωσασθαι βουλομενος των Αβαρων τροπους.

m) Γηπαιδας ἐπηλυδας (ἐπηλυδας) ὀντας ἐισεποιησατο.

n) Addit interpres.

o) ξυνεπελαβομεθα.

p) και τῳ της γνωμης δολερῳ τους ἐυεργετας ἐλυπησαν, ἀνθ' ὡν ἐπιβουλευσαντας ἡμιν ἀσυγγνωστα, ὀυ Ρωμαιοις ἐδοξε μετελθειν τους ἀγνωμονησαντας.

q) μαλλον μεν ουν περιιδειν, ὡς ἀν ὑφ' ἑτερων ἐς το παντελες διαφθαρησοιντο.

a. C. 573—578.

Cum igitur non aliter ſe res habeant, ſi nos iſto nomine dignos
reprehenſione cenſetis, 'cum eos, qui noſtri optimo iure fuerunt r),
poſſideatis, a nobis eadem in vos retorquentur. Vos enim Ousdi-
badon, 'nos Gepidas, et eos, qui ex his reliqui ſunt, a vobis re-
petimus s). 'Etenim cum Romani ſimus, ita natura ab omni ho- 22
minum memoria et ab ipſa noſtri imperii conſtitutione comparati
ſumus, vt inconſulte et imprudenter geſta prudenti moderatione
temperemus et corrigamus, et in priſtinum locum reſtituamus. Et
nos in barbarorum manus Sirmium trademus! Num vobis ſatis eſt,
quod perſtatis, quia Romani nolunt arma mouere t). Sed ais, o
Targita, Chaganum Iſtrum traiecturum, et Hebrum v) quoque, et
Thraciae vrbes primo impetu occupaturum. At praeuenient et oc-
current Romanorum copiae, et cum ſpe depellent ſua, tum agent
et rapient, quae Abarorum erant. Neque graſſari et praedas agere
ceſſabimus 'priusquam barbarum ſimus vlti x), et certe longe Ro-
manis vtilius bellum, quam pax. Etenim cum Abaris et Nomadi-
bus et aduenis amicitiam tenere grauius et acerbius eſt, quam eos
hoſtium numero habere. Nam ſubdola eſt eorum amicitia, et prae-
ſtat vulnera corpore, quam animo gerere. Poſtremo, o Targita, et
arcus, et equi, et infinitae copiae armatorum ſunt in apparatu. Nec 1
enim quies vtilitate potior„

§. 27.

Haec cum imperator magna animi magnitudine praeditus di-
xiſſet, Abarorum legatos dimiſit. Prius tamen Bonum ducem per
litteras magnopere increpauit, quod ad ſe illos legatos, qui talia
proponerent, Byzantium miſiſſet. Ad haec illum monuit, quia
certus erat, quamprimum bellum contra Abaros decretum iri, vt
omni

r) ὅτι τους ἡμιν ἀνηκοντας ἐχετε Γηπαιδας.

s) ἡμεις δε και τους Γηπαιδας, (comma abeſſe debet) ὑμας τους λοιπους ἐισπραξοιμεν.

22. MENAND. p. 156.

t) Ρωμαιοι γαρ ἀνωθεν τε και ἐξ ἀρχης σωφρονιζεσθαι ἐταχθημεν το ἀνοητον, ου μην ἀνοητοι τινες ἐιναι νομιζεσθαι. ἀλλα το Σιρμιον ἐγχειρησωμεν βαρβαροις, ουκ ἀρκεσει γαρ ὑμιν το περιειναι μεχρις ὁπλα κινειν ου βουλοιντο Ρωμαιοι.

v) Εμβρον.

x) ἑως ἀν ἐφυβριση το βαρβαρον.

Imp. IVSTINO II.

a. C. 573—578.

omni opera et ſtudio bellicas machinas praepararet. Et Bonus lectis imperatoris litteris, omnia, quae ad bellum pertinebant, diligenter curauit.

§. 28.

23. VENIT denuo Targitius, vt legatione fungeretur apud imperatorem. Eadem vero dixit imperatori, et audiuit ab imperatore, quae antea imperatori dixerat, et quae a ſe dictis reſponſa tulerat. y) Petebat enim a Romanis, ſibi tradi Sirmium oppidum, tanquam quod eſſet ſua priuata et domeſtica poſſeſſio. Et quia ab ipſo Gepidarum res eſſent euerſae, neque quicquam praeteritis annis ex pecuniis, quas Iuſtinus z) Hunnis quotannis pendebat, acceperant, omnes ſimul Targitius perſolui, et ita in poſterum earum annuas collationes valere et eas Romanos praeſtare flagitabat. Ousdibadum quoque poſcebat, tanquam qui ſuus captiuitatis iure et lege eſſet. Plurima alia etiam in medium proferebat Targitius, inſolentiae et ſuperbiae plena, quorum omnium imperator nullam rationem habuit, ſed eluſit et contempſit, et verbis imperatoriam maieſtatem decentibus eſt vſus.

§. 29.

Denique cum per diuerſas et multas legationes, ſuper his commeantes, nihil quicquam effectum eſſet, Targitium dimiſit imperator, et illi dixit, ſe illuc miſſurum Tiberium, qui ſummum in exercitu habebat imperium a), qui de omnibus rebus ageret, et ſingula pacaret et firmaret. —

§ 30.

23. MENAND. p. 114. haec iis, quae ſupra §. 23. habes, apud Menandrum ſubiunguntur. Adnotat ad h. l. Valeſius p. 217. „ Haec legatio plenius refertur in p. 154. et quae hic locum habere debet [mihi vero alia haec eſſe videtur legatio. idque ex verbis: ὅτι αὖθις ἦλθεν Ταργιτιος colligo, et quod diſerte dicitur §. 29. 30. plures de eadem re eſſe legationes miſſas.]. porro ex huiusmodi repetitione ſatis apparet, horum fragmentorum duas fuiſſe collectiones. proinde nemo mirari debet, qua ratione fieri potuerit, vt haec fragmenta adeo confuſa ſint et perturbata.

y) ἅπερ καὶ ἄλλοτε.

z) Forte leg. *Iuſtinianus.*

a) ϛελλειν ἐκεισε Τιβεριον αὐτοκρατορα ϛρατηγον.

a. C. 573—578.

§. 30.

ABARI [b)] legationem de iisdem rebus, de quibus saepius antea, ad Romanos miserunt, cui legationi cum Romani minime aures praeberent; (nec enim Iuſtinus eorum imperatori erat placatus [c)],) tandem Apſicho legationem obeunte, Tiberius et Apſich in ea ſententia conſtiterunt, vt Abaris Romani terram, in qua habitarent, darent, ſi obſides filios eorum, qui apud ipſos imperia regebant, acciperent [d)]. Quae Tiberius imperatori ſignificauit. Quod tamen minime rationibus Romanorum conducere imperator cenſuit. 23.

At Abarus non aliter ſe pacem facturum dixit, niſi aliquos ex liberis ipſius ducis Romanorum obſides ſumeret. Tiberio non iſta probantur. Sic enim iudicabat, ſi aliquos liberos eorum, qui apud Scythas imperitabant, obſides, vt par erat, haberet, fore, vt, ſi Chaganus a pace recedere vellet, patres eorum, qui apud Romanos obſides eſſent, non permitterent. Tiberii igitur haec erat ſententia. Sed imperatori, pacem omnino minime faciendam, videbatur [e)]. Quinimo ipſis exercituum ducibus ſuccenſuit, quod bellum gerere cunctarentur, ſyllabis quoque vſus eſt, et eos admonuit, oportere vt barbaris ſuae virtutis et fortitudinis ſpecimen exhiberent, et ſe Romanos oſtenderent, laborum patientes et belli cupidos, quos vita delicatior et mollior minime iuuaret.

§. 31.

a. C. 573.

VT diſcordia praeualuit, et bellicum cani coeptum eſt [f)], Tiberius litteris Bonum admonuit, vt diligentem fluuii cuſtodiam faceret [g)]. a. 9. Imp. Iuſtini.

Tibe-

23. MENAND. p. 114.

b) αὖθις *rurſus* omiſit interpres.

c) Cantoclarus in Not. ad. h. l. p. 198, ita: „Sic lego, ὀυ γαρ Ιυςινος των [text. τον] αὐτοκρατορα ἤρεσκε, ſcil. των, horum, Abarorum, imperatori placatus erat. — Neſcio an lectio rectior eſſet, ὀυ γαρ Ιυςινῳ τῳ αὐτοκρατορι ἤρεσκε, hoc Iuſtino imperatori non probabatur. ad quam lectionem nos quae ſequuntur ducunt„.

d) παρασχεθηναι γην τυς Ρωμαιυς, ἱνα κατοικιζεσθαι μελλοιεν ὁι Αβαροι, ἐιγε των παρα σφισιν ἀρχοντων ληψονται τυς παιδας ὁμηρευσοντας.

e) βασιλει δε ὀυχ ὀυτως ἐδοκει.

f) και ὁ πολεμος 'ἠπειλειτο.

g) Hic quaedam deeſſe videntur.

Imp IVSTI-NO II.

a. C. 573.

α) Tiberio victo, et victoria potitis Abaris b), conuentum eſt, legationem per inducias ad imperatorem mitti. Ad quam Tiberius Damianum, ordinis ductorem, miſit i), qui illum eorum, quae contigerant, et quae Abari vellent, certiorem faceret. Tandem foedus inter Romanos et Abaros eſt factum.

§. 32.

Foedere inito, cum Abari ad ſua redirent, *Scamares* vulgo in his locis dicti k), ex inſidiis illis vim fecerunt, et equos, argentum et reliquam ſupellectilem eripuerunt. Quapropter l) legationem ad Tiberium miſerunt, quae de rebus ablatis quereretur, et rapta repeteret. At deprehenſi, qui latrocinium fecerant, et in apertum adducti, partem aliquam Abaris reſtituerunt.

α) THEOPHANES p. 208, 209. ita: *Hoc anno* (nono imperii Iuſtini II.) *in prouincias Danubio conterminas graſſati ſunt Auares* (Αβαρεις): *quo cognito, Tiberium excubitorum comitem aduerſus eos miſit imperator. Pugna cum Auaribus commiſſa,* (συμβαλων αυτοις) *Tiberius ex improuiſo ab hoſtibus oppreſſus, ſuperatur, multisque e ſuis deſideratis reuertitur.*

b) μετα τας ξυνθηκας συνηρεσε &c. Annum ſuppeditant Theophanes et Cedrenus. ll cc. Sub a. 10. Iuſtini haec habet Io. Biclarienſis (in Scaligeri Theſauro Tempp.) p. 14. *Abares litora maris captioſe obſident, et nauibus litora Thraciae nauigantibus ſatis infeſti ſunt.*

i) και δη Τιβεριος ξυναπεσειλε τη πρεσβεια Δαμιανον ταξιαρχον.

k) οι Σκαμαρεις ἐγχωριως ὀνομαζομενοι. Ita et Theophanes p. 367. alia occaſione hos praedones vocat.

l) αυθις *iterum*, omiſit interpres.

CAPVT

CAPVT VI.

Ab Auaris contra Slauos in gratiam Romanorum ſuſcepta expeditio; *Chagani, belli Slauis inferendi ſpecie, Sirmium dolo capiendi molimina;*

ab a. C. *578—582.*

§. 33.

Imp. TIBERIO II. a)

Imp. TIBERIO II.

a. C. 578.

[DVX Abarorum ad Lauritam et reliquos Sclabenorum principes legatos miſit, qui tributa a Sclabenis exigerent. Quae cum pendere recuſarent Sclabeni, res ad verba, deinde ad manus venit, et Sclabeni, legatos Abarorum occiderunt b)]. 24.

§. 34.

a. 2. imp. Tiberii II.

a. C. 579.

[ANNO II. Tiberii c) cum legati ad Turxanthum Turcorum principem miſſi mandata imperatoris expoſuiſſent, Turcus grauiter in eos inuectus, inter alia d)] Qui, [inquit], apud vos regnat, mihi debitas perſoluet poenas. Dum enim mecum amica verba loquitur, 'factus eſt confoederatus *Ouarchonitarum*, qui a noſtris ſeruis, eorum dominis, (indicabat autem Abaros) defectionem moliti 25.

24. MENAND. p. 165.

a) Niſi forte ad Iuſtini adhuc tempora referenda ſunt. diu ſaltim ante illam legationem, quam infra ſub a. 4. Tiberii adfero, ea accidiſſe ipſe docet Menander. Caeterum alieno loco haec noſtra narrat Menander, cum cur benigne adeo legatos, dicto anno a Tiberio ad Auaros miſſos, exceperit Chaganus, cauſas adfert.

b) Excerpta ſunt, integrum vide locum in *Slauicis* §. 50.

25. MENAND. p. 162.

c) v. Menander. p. 161.

d) Integrum locum vid. in *Turcicis* §. 22.

Imp. TIBERIO II.

a. C. 579.

diti ſunt e). • Et Ouarchonitae quidem, tanquam Turcorum ſubditi, cum voluero, ſimulatque in me proſilierint, ſi meum equitatum conſpexerint flagellum in ipſos immiſſum aufugient, et in interiora terrae ſe abdent f): ſi conſiſtere auſi fuerint, caedentur, vt par eſt, non gladiis, ſed formicarum inſtar conterentur vngulibus equitatus noſtri, et perimentur, et de Ouarchonitis res ſunt in tuto g). — Eximie ſcio, qua Danapris fluuius, qua Iſter, qua Hebrus fluit et labitur, qua tranſierunt in Romanorum ditionem Ouarchonitae, ſerui noſtri, vt ipſam inuaderent g).

§. 35.

a. 4. Tiberii II.

a. C. 581.

26. VASTATA [circa quartum Tiberii annum h)] a Sclabenis Graecia, cum vndique alia ex aliis pericula imminerent, — et Romvires ad Orientis bellum [quod cum Choſroe Perſarum rege gerebant Romani] conuerſae eſſent, legatum miſit ad Baianum Abarorum ducem. Is tunc temporis non erat erga Romanos male animatus, imo quo tempore primum Tiberius imperium ſuſcepit, iure reip. noſtrae frui cupiebat. Mittebat autem ad illum, vt ſuaderet cum Sclabenis bellum facere, c vt propriis reuocati malis Sclabeni a Romanis vaſtandis prouinciis deſiſterent. Abarorum dux, id

e) Τοις δε δη Οὐαρχωνιταις, τοις ἡμετεροις δȣλοις (ἐδηλȣ δε τȣς Αβαρȣς) ἀποδρασασι τȣς δεσποτας, γενομενος ἐνσπονδος: verte: *et tamen Ouarchonitis,* (Οὐαρ και Χȣνι Theophylactus vocat. vid. ſupra §. 3.) *ſeruis noſtris (indicabat vero Abaros), a dominis ſuis* (nobis, ſc. Turcis) *profugis, iunctus eſt foedere.*

f) οἱ μεν Οὐαρχωνιται, ἅτε κατηκοοι Τȣρκων, ἡνικα βȣλομαι, ὡς ἐμε ἥξουσι και εἰγε την καθ' ἐμε ἱππειαν ἐσαθροισȣσι μαστιγα, (ἱππ. ἐσαθρησαιεν μαστ. ſcribe, vt videtur legiſſe Cantoclarus. Valeſ. ad h. l.) ὡς αὐτȣς ἐκπεμφθεισαν, ἐς τα καταγαια φευξονται της γης. Verte igitur: *Et Varchonitae quidem, vtpote Turcorum famuli, cum voluero, ad me redibunt, et ſimulatque flagellum meum equeſtre conſpexerint in ipſos immiſſum, in interiora terrae ſeſe abdituri ſunt.* Valeſ. p. 219.

g. g.) Reliqua ad Turcos pertinent. vbi vide.

26. MENAND. p. 164.

h) v. Menand. p. 124. et adnotata ad §. 52. *Slauicorum.*

id ſibi facile perſuaderi paſſus, e Paeonia cum LX. M. equitum cataphractorum in Illyricum traiecit, et Scythiam verſus progreſſus, 27.
Iſtro iterum traiecto, Sclabenorum ditionem longe lateque vaſtat, ac depraedatur. Huic vero in Sclabenos expeditioni non legatio ſolum Tiberii, ſed priuatae quoque inimicitiae (legatos enim ipſius diu ante occiderant [i]), et praedae ſpes cauſam dederunt [k]).

§. 36.

a. C. 582. [l])

ʻBAIANVS, Abarorum Chaganus, eodem anno [quo plerique ex Longobardorum potentibus ad Tiberium defecerunt] Targitium ad imperatorem, qui praeſtari ſolita ſtipendia exigeret, miſit; (erant autem octuaginta millia nummorum, quae quotannis pendebantur,) et, vbi de mercede cum his, qui pecunias deferrent, conueniſſent, auro ablato rediret. 28.

At barbarus, etſi nulla illi praebita eſſet occaſio aut cauſa, ne falſam quidem accuſationem in Romanos comminiſci dignatus, impudentiſſime [m]), qui barbaris mos eſt, foedera, quae cum Tiberio, initio eius imperii, fecerat, rupit, et cum omni exercitu mouens, ʻad Saum fluuium venit [n]), inter Sirmium oppidum, 29.

 (hoc

27. MENAND. p. 165.
i) vid. ſupra §. 33.
k) integrum vide locum in *Slauicis* §. 52-54.
28. Id. p. 126.
l) Hoc circiter anno haec geſta eſſe videntur, cum infra (§. 53.) Theophylactus, breui ante quam Mauricius imperium ſuſciperet Sirmium ab Auaris captum eſſe, doceat.
m) Graeca ſic habent: Ὅτι Βαϊανος ὁ των Ἀραβων (Ἀβαρων leg.) χαγανος ουδεμιας αφορμης ἡ σκηψεως λαβομενος, ουδε ψευδη γε κατα Ῥωμαιων αιτιαν αξιωσας τινας (forte τινα) συνθειναι· αλλα γαρ και κατα τοδε ὁμοιως τε ἐτος Ταργιτιον προς βασιλεα στειλας, ὡς τα συνταχθεντα κομισαιτο των χρηματων (ὀγδοηκοντα δε χιλιαδες ὑπηρχον εις ἐτος ἑκαστον νομισματων) ἐπειδη τον τε αλλον φορτον, ὁν εκ των χρηματων ενεπορευσατο, και το χρυσιον εχων επανηκεν ὡς αυτον, εκεινος αναισχυντοτατα &c.
29. Id. p. 127.
n) Omiſit haec interpres.

Imp. TIBERIO II.

a. C. 582.

(hoc ex inſidiis capere cogitabat) et Singidonem caſtra o) ponit, a) et fluuium ponte iungere ſuſcipit.

§. 37.

Cum autem timeret, ne a Romanis impediretur, qui, vt vrbem cuſtodirent, in praeſidiis erant p), et illi in ſuſpicionem veniebant, propterea quod multum vſum et ſcientiam nauium fluminis habebant, aliquamdiu fallere noluit: ſed poſtremo eo decidit, vt rem aperte exequeretur q), et multa vectoria grauiaque nauigia in Iſtro per ſuperiorem Pannoniam coëgit, ex quibus, quaecunque nanciſci potuit, non quidem ad artis nauium aedificandarum rationem, tamen naues ea magnitudine, vt ad bellum aptae eſſent, extruxit, et eas hominibus armatis et remigibus inſtruxit. Hi barbarum in morem, inconditis ictibus, aquam verberantes, crebros ſulcos in flumine excitabant; ita cum omnibus Abarorum pedeſtribus copiis, per Sirmianam inſulam, curſum tenuit, et ad Saum peruenit r).

§. 38.

Hoc conſpecto apparatu, Romani, qui in vrbibus in ea parte ſitis habitabant, cum ſuis rebus a proditione timerent, vehementer ſunt perturbati. Erat Sethus Singidone praefectus. Is ad Chaganum

a) Huc pertinere videntur, quae ZONARAS T. II. p. 73. habet: *Chaganus Auarum dux a Tiberio fabros petiit, qui ſibi balneas aedificarent. Iis miſſis, pontem in Danubio ſtruere coëgit opifices, vt flumen citra periculum traiicere, et Romanas prouincias populari poſſet.*

o) ἐπιβουλευων μεν Σιρμιῳ τῃ πολει, και παραστησασθαι ταυτην βουλομενος.— *eamque in ditionem redigere cogitabat.*

p) των ἐπιφυλαττοντων ἐν Σιγγηδωνι.

q) βουλομενος τε προς την βουλην ἐς το φανερον ἐκπεσειν το ἐγχειρημα τελεωσασθαι. (πριν την βουλην &c. ſcribendum ait Valeſius p. 220.) vertendum itaque: *ante quam ſuum appareret conſilium, rem perficere voluit.*

r) Verte: *ipſe quidem cum omnibus Abarorum copiis itinere pedeſtri per Sirm. inſ. profectus, ad Saum fl. peruenit.*

num miſit, qui ex ipſo quaereret, quoniam pax et amicitia illi cum Romanis eſſet, quid ſibi vellet, quod ad Saum veniſſet, quem ſi ponte iungere inconſulto imperatore tentaret, non negligeret s). Ille, non vt quicquam mali Romanis machinaretur, pontem ſtruere ait, ſed vt contra Sclabenos expeditionem ſuſciperet. [Hoc quidem antea quoque in Romanorum gratiam fecerat; et nunc, ſe, nauibus ab imperatore impetratis, Iſtrum contra Sclabenos, a quibus ſe affectum iniuria dicebat, traiecturum, ait t)].

§. 39.

Adiecit, ſe per ea, quae et apud Romanos et Abaros ſanctiſſima habentur, paratum iurare, nullum damnum cogitare aut Romanis, aut oppido Sirmio inferre; ſed tantum, quo ſibi aditum ad Sclabenos patefaciat, pontem facere inſtituiſſe. His quidem Sethus et Romani, qui Singidone erant, minime fidebant. 'Sed ſe idoneo exercitu inſtructos, aut a militibus (paucos enim habebant) aut a nauibus velocibus minime ſatis paratos eſſe cogitabant v). Hic enim motus de improuiſo et praeter ſpem acciderat. Itaque Chaganus coepit deteſtari x), et teſtificari, ſe velle conuentis inter ſe et Romanos pacis conditionibus ſtare, et quoniam in communes ſuos et Romanorum hoſtes y) pergat, minime ſe opus pontis conſtruendi omiſſurum. Quod ſi quis Romanorum audeat, vel vnum telum coniicere in eos, qui vt z) ponti aedificando manum admouent, 'ſatis perſpiciunt, vt cum ab eis foederum violandorum initium coeperit, ſi quid inde Romanorum respublica detrimenti 30.

in

s) ὡς ȣ̓ περιοψεται γεφυρȣν ἐπιχειρȣντος ἀυτȣ τον ποταμον, ȣ̓κ ἐπιτρεποντος ὁλως τȣ ἀυτοκρατορος: *ſe non permiſſurum, vt is fluuium ponte iungere aggrediatur, quippe quod imperator minime concedat.*

t) Integrum vide locum in *Slauicis* §. 55--57.

30. MENAND. p. 128.

v) ὁμως δε ȣ̓τι παρασκευην ἱκανην ἐχειν ὀιομενοι, ϛρατιωτων τε ὀλιγων ἀυτοις παροντων, και δρομαδων νεων πολλων ȣ̓ παρȣσων.

x) διαπειλειν ἀρξαμενȣ και διαμαρτυρασθαι.

y) Σκλαυηνων omiſit interpres.

z) *Vt* redundat.

Imp. TIBERIO II.

a. C. 582.

in bello, quod Abarorum gens geret, capiat, fore, vt in nullo Abari ſint reprehendendi a).

§. 40.

Hoc veriti Romani, qui Singidone erant, Chaganum ad iusiurandum prouocarunt. Itaque confeſtim Abarico ritu iusiurandum ad hunc modum praeſtitit. Enſe educto, et in altum ſublato b), ſibi et Abarorum genti dira eſt imprecatus, ſi quid mali commiſceretur Romanis, in eo quod pontem ſuper Sao flumine facere ſuſceperat, 'vt ipſe et vniuerſa gens ad internecionem vsque periret, coelum ex alto ſuper ipſis, et ignis Deus, qui in coelo eſt, rueret c), ſiluae et montes caſu et ruina illos obtererent, Saus flumius ſuperſcaturiens eos ſubmergeret.

Haec vbi barbarus emiſit d), Nunc ego, inquit, iusiurandum Romanorum volo iurare. Tum quaeſiuit ex ipſis, quid eſſet, quod ſanctum, quod religioſum ducerent, per quod iurantes ſi fallerent, Dei iram minime euitaturos crederent. Qui in Singidone vrbe ſummam ſacrorum poteſtatem habebat, ſtatim ſancta Biblia, quae in medio continebant ſacroſancta Euangelia, protulit. Et ille quidem, occultans ea quae mente voluebat, multo cum tremore et magna cum reuerentia prae ſe ferens ea ſuſcipere, procedit e cathedra, tum alacri et prompto animo in genua prouolutus. „Iuro, inquit, ſecundum proferentem, in verba, quae habentur in ſacris chartis, me in nullo eorum, quae prolata ſunt, mentiri et fallere e)."

§. 41.

a) γινωσκειν αὐτους ὡς αὐτοι της αἰτιας της των σπονδων ἠρξαντο καταλυσεως, και το ἐντευθεν, ἁτε ἐκπολεμωσαντας αὐτους το Αβαρων ἐθνος μη μεμφεσθαι, ὁτι ἀν παρ̕ αὐτων ἡ Ρωμαιων ἡγεμονια παθῃ. *Intelligere ipſos* (Romanos) *ſe foederum ſoluendorum cauſam dediſſe, ideoque ne, ſi quid forte Rom. reſp. ab Abaris detrimenti capiat, quererentur, quippe qui Abarorum gentem ad bellum excitarint.*

b) Addit interpres.

c) ξιφους μεν αὐτος τε και το Αβαρων ἁπαν ἀναλωθειη φυλον τον δε οὐρανων (forte οὐρανον) ἀνωθεν αὐτοις, και τον ἐπι του οὐρανου θεον πυρ ἐπαφησειν. — *ignem immiſſurum.*

d) τοιαυτα βαρβαρικως ἀπομοσαμενος ὁ χαγανος.

e) ὀμνυμι κατα του λαλησαντος τα ἐν ταις ἁγιαις διφθεραις ῥηματα θεου, μηδεν ἐιρημενων παρ̕ αὐτου διαψευσεσθαι.

Imp. TIBERIO II.

a. C. 582.

§. 41.

Itaque Sethus admiſit legatos ab eo miſſos, et ad imperatorem Tiberium in Regiam vrbem tranſmiſit. Dum legati iter peragunt, et ad imperatorem aditum praeſtolantur, Chaganus interea opus non intermiſit, ſed omni cura, ſtudio et diligentia, toto, 31.
vt dicitur[f]), Abarorum exercitu in eam rem incumbente, ‘ pontem ſuper Sao flumine abſoluit. Etenim opus perficere ſtatuerat antequam ea res ad imperatoris cognitionem veniret, ne, ſi reſciret, aedificationem diſturbare tentaret[g]).

§. 42.

Itaque profecti Abarorum legati in Regiam vrbem ad imperatorem, petierunt, vt naues praepararet Chagano et Abarorum exercitui, quibus Iſtro traiecto in Sclauenos mouerent. Etenim Chaganum fidentem amicitia, quae illi cum Romanis erat, pontem ſtruxiſſe ſuper Sao flumine, propoſitumque habere, communes ſuos hoſtes et Romanorum conterere et labefactare [Sclauenos[h])].

§. 43.

Haec legatis nuntiantibus, ſtatim aperte imperator cognouit conatum et mentem Chagani. Cum enim oppido Sirmio potiri cuperet, pontem fecerat[i]), vt oppidi incolas omnium rerum commeatu intercluderet, et fame ad deditionem compelleret. ‘ Nam cum imperator minime diffideret, Abaros Sirmium oppugnaturos, (pax enim illi cum eis erat) in vrbem commeatus ad obſidionem tolerandam idoneos inuehi non curauerat[k]). Praeterea copias non dico

31. MENAND. p. 129.

f) ὡς ἐιπεῖν. vt ita dicam.

g) ἐγεφυρου τον ποταμον. θεινας βουλομενος, πριν ἠ ὁ αὐτοκρατωρ ἀυτου συννοησας το βουλευμα διακωλυειν ἀυτον ἐκ των ἐνοντων ἐπιχειρησοι.

h) Omiſit interpres.

i) *mentem Chagani, oppidum ſc. Sirmium capiendi conſilio pontem ſtruere.*

k) Gr. breuius ita: ὀυ γαρ ἠν ἀποχρωμενος δαπανας ἐς ἀυτην προαποθεμενος, τῃ συνεστωσῃ προς Αβαρους ἐιρηνῃ θαρρων.

Imp. TIBERIO II.]

a. C. 582.

dico quae ſatis eſſent ad reſiſtendum Abaris, ſed ne minimas quidem omnino habebat. Etenim omnes exercitus, quos conſcripſerat, Perſico bello in Armenia et Meſopotamia occupati erant. Quae tamen omnia diſſimulabat, tanquam non intelligeret, quo Chaganus tenderet.

§. 44.

Itaque imperator reſpondit, ſe quoque velle Sclauenos, quoniam pleraſque Romanorum regiones praedati fuerant, et latrociniis vexauerant l), bello perſequi. Sed tunc temporis non opportunum eſſe Abaris eam expeditionem ſuſcipere, quia Turci Cherſonem cum exercitu obſidebant, neque ſatis ſpatii ad Iſtrum traiiciendum daretur m). Itaque commodius illis eſſe ſuperſedere et differre expeditionem in aliud tempus. Quid velint Turci et qua mente traiecerint, ſe breui cogniturum, de quibus omnibus Chaganum certiorem facturum.

Haec non latebat Abarorum legatum e re nata ab imperatore conficta, qui, obiecto Turcorum metu, Chaganum abducere ab incoepto opere ſperabat. Legatus viſus eſt perſuaderi, et promiſit effecturum, vt ab ea mente Chaganus deſiſteret. ‘ Itaque legatus, qui praecipue Chaganum ad bellum Romanis inferendum impulerat n) [dimiſſus eſt, qui in Illyrico ab irrumpentibus in eas partes Sclauenis occiditur o).]

l) πολλα της Ρωμαιων ἐπικρατειας δηȣντων.

m) Τȣρκων ἠδη περι Χερσωνα ἐςρατοπεδευμενων, και ταχειαν αἰσθησιν αὐτων, ἠν τον Ιςρον διαπεραιωθωσι, δεξομενων.

n) ἠν δȣτος, ὁ μαλιςα ἐναγων αὐτον αἐι και παροτρυων (leg. παροτρυνων) ἐς τον κατα Ρωμαιων πολεμον.

o) Locum integrum vid. in *Slauicis* §. 57.

CAPVT

CAPVT VII.

Vltima Auarorum de Sirmio ſibi dedendo legatio. Bellum Romanis ab Auaris illatum, quod, Sirmio dedito, et annuo promiſſo Auaris tributo, componitur.

---

§. 45.

a C. 582.

Non multis interiectis diebus, ecce alter legatus venit a Chagano in regiam vrbem, *Solachus* nomine, qui apertiſſima et nuda impudentia ita locutus eſt. 32.

„Ponte iunctum fluuium Saum, ſuperuacuum exiſtimo affirmare. Manifeſta enim is qui probe ſcienti narrat, vituperatione dignus eſt. Neque vero vlla, aut machina, aut arte, Romani pares ſunt Sirmio oppido ab obſidione liberando, non commeatum, non aliam vllam quampiam rem, quae obſeſſis leuamento ſit, flumine, quod ponte iunctum eſt, in vrbem inuehere poſſunt [a]. Supereſt, vt tantam Romanorum multitudinem illuc mittant, quae vi et fortitudine poſſit Abarorum exercitum ab obſidione depellere, et pontem deiicere. 'Itaque imperator conſultius faceret, ſi pro vna minime celebri vrbe, magis pro vna olla (ea enim dictione dudum vſus fuerat) a bello in Abaros et Abarorum Chaganum gerendo abſtineret [b]. Atque contentus educere ſaluos et incolumes milites Romanos, et vrbis incolas, vna cum ſuis rebus, quicquid earum efferre potuerint, vr-

32. Menand. p. 130.

a) — *inuehere poſſunt, niſi tanta venerit Romanorum multitudo* &c.

b) χρηναι γυν τον αὐτοκρατορα μηδαμως ἐκπολεμωσαι (*ad bellum excitare*) μιας ἑνεκα πολεως ἐυτελυς, μαλλον δε χυτρας (ταυτῃ γαρ αὐτῃ δηπυθεν ἐχρησατο τῃ λεξει) Αβαρυς τε και τον των Αβαρων χαγανον.

Imp. TIBERIO II.

a. C. 582.

be, quod ad reliquum attinet nuda et deſerta, Chagano cederet. Abaros enim vereri, ne Romani ſtare pacis conditionibus in animo habeant, tantisper tantum dum bellum, quod cum Perſis gerunt, confecerint; quo demum confecto, omnibus viribus in Abaros impetum faciant. Quod ſi eueniat, habituros ipſos hanc vrbem promptiſſimum aduerſus Romanos propugnaculum, vt non interiecto fluuio maximo, aut alia loci difficultate omnino impediantur d). Caeterum perſpicuum et apertum eſſe, imperatorem commodi Abarorum nullam habuiſſe rationem, qui, etiam pace conſtituta, Sirmium oppidum validioribus moenibus cinxerit. Frui quidem Chaganum donis, quae ſingulis annis accipit ab imperatore, ſed etiam ſi ſuppetant opes, et facultates, aurum, argentum et plurima ſerica veſtis, vita et ſalus, quae longe caeteris rebus eſt potior, magis his omnibus eſt paranda. Denique vetera cogitanti et animo repetenti, reperit, Romanos multas gentes in his locis donis et muneribus ad ſe acciuiſſe et pertraxiſſe, quas deinde tempore procedente ſubegerunt et funditus euerterunt e). Se vero neque donis, neque denunciationibus f), neque vlla re moueri poſſe, vt deſiſtat ab incoepto, neque quieturum donec vrbem ceperit, et omnem Sirmianam inſulam, in ea habitatoribus et colonis collocatis, propriam ſibi fecerit g). Seque iure id facere, quia Gepidarum h) prius haec inſula fuit, quorum res et vrbes iuſtius Abari ſibi vindicare poſſunt, qui eos deuicerunt, quam Romani„.

§. 46.

33. Haec imperatorem valde perturbarunt, et grauiter eius mentem ira dolori immixta perculerunt, quod ſatis oratione, qua vſus eſt

d) καὶ οὔτε ποταμῷ μεταξὺ μεγίςῳ, οὔτε μὴν ἑτέρᾳ τινὶ δυςχωρίᾳ παντελῶς διειργομένοι.

e) ἁπάντων δ᾽οὖν ἀξιοκτητόρον εἶναι τούτων καὶ τιμιώτερον τὴν ψυχήν. περὶ ἧς φοβούμενον αὐτὸν καὶ ἀναλογιζόμενον ὡς τὰ πολλὰ, τῶν εἰς τὸν φθάσαντα χρόνον καί᾽ ἐκείνην δήπου τὴν χώραν ἐπελθόντων ἐθνῶν τοιούτοις δώροις Ῥωμαῖοι προκαλεσάντες, τέλος ἐς καιρὸν ἐπιθέμενοι, πανωλεθρίᾳ διεφθειραν.

f) ἐπαγγελίαις *promiſſis.*

g) οἰκειωσηται νῆσον.

h) Γηπαιδῶν.

33. MENAND. p. 131.

eſt, vt res ferebat, declarauit, cum ita reſpondit: „Neque copiis, neque fortitudine manus, neque prudentia nos Chaganus circumuenit, ſed eum pacem et Deum, per quem iurauit, deluſiſſe, omnibus manifeſtum eſt. Nihilominus illi pro perfidia rependere non conſtitui; ſed potius vnam ex filiabus, quas duas habeo, illi deſponderem, quam Sirmium oppidum volens traderem. Quod ſi vi expugnarit, illum Deus vltor, cuius numen deierauit et violauit, manet, aut nunquam imperio Romano praeeſſe me exiſtimauero [i]„.

§. 47.

Neque vero ideo minus dimiſſo legato, vrbi ſuppetias ferre, quoad potuit, praeparauit. Etenim, vt ſuperius dixi, nullas habebat copias, itaque exercituum praefectos, duces et turmarum ductores, hos per Illyricum, alios per Dalmatiam mittit, vt praeſidium vrbi imponerent, et, quoad fieri poſſet, cuſtodirent.

§. 48.

Teognis [k] vbi in Caſiam et Carbonariam inſulas peruenit, ſermones ad ſe, vt foedera fierent, delatos excepit: itaque Baianus aduenit, et de equo deſcendens, in cathedra aurea, quae illi appoſita fuit, ſedit ſub textili gemmis adornato, quod illi praeparatum fuerat tanquam tectum. Ante pectus illius et vultum, propugnaculi vice, erat obiectum ſcutum [l], ne a Romanis forte confertim in eum tela iaculantibus appeteretur. Etenim qui cum Theogni erant, non longo interuallo diſtabant a loco, vbi Baianus ſedebat, et ex quo cum illis loquebatur [m]: itaque *Hunni* interpretes clara voce fidem datam per inducias pronuntiarunt. Tum Baianus dixit: oportere Romanos illi citra pugnam Sirmio cedere,

 quia

i) *καὶ οὕτω τον ὑβρισμενον παρ᾽ αὐτȣ θεον ἐκδικον αναμενων, αὐτος ἡκιϛα τε καταπροεσθαι της Ρωμαιων πολιτειας ἐννοηθειην ποτε.*

k) Legatus, vt ex ſequentibus apparet, ab imperatore miſſus.

l) *προὐβαλλοντο θυρεȣς.*

m) *αταρ οἱγε ἀμφι Θεογνιν παραγενομενοι, βραχυ τε ἀφεϛωτες τȣ χωριου, ἱνα ὁ Βαιανος ἐφεζομενος ἠν διελεγετο* (in marg. *διαλιθων*).

Imp. Tibe-rio II.

a. C. 582.

quia nihil illis opis iam reliqui erat, neque efficere poſſent, quominus oppidum caperetur. Iam enim vrbem res neceſſariae deficient, impedita ab vtraque parte frumenti inuectione, neque Abarorum multitudinem vllis laboribus defatigari, vsque dum vrbem ſuae poteſtati ſubiiciant. Propoſuit etiam aliquam veriſimilem cauſam cur Abari deſiderarent vrbis dominium adipiſci, ne transfugae ex Abarico exercitu, quia vrbs eſſet illis contermina, ad Romanos receptum haberent.

Cum haec ad hunc modum locuti eſſent, contra reſpondit Theognis; inprimis ſe non prius a bello receſſurum, quam Abaricus exercitus ceſſerit, neque alia conditione Baianum ſperare debere, ſe faciles Romanos ad ea, quae vult, reperturum„ 'Haec inter ſe altercantibus et concertantibus [n] aperte foedus Theognis icere recuſauit, et dixit Baiano, vt ſe ab oculis Romanorum ſubduceret,
34. et arma ad pugnam capeſſendam caperet, tanquam craſtina die ſine vlla dilatione manus illi ſecum conſerendi poteſtatem facturus. His dictis abierunt.

§. 49.

35. 'Romani et Abari per tres dies in expectatione decertandi fuerunt, ſed cum Romanorum copiae longe imbecilliores eſſent, neque vllae apparerent, quae pontem, qua itur in Dalmatiam, tametſi parum munitus eſſet, oppugnarent [o], *Apſichus*, et qui cum eo erant Abari, qui illic prius 'ad pontis cuſtodiam [p] conſederant, tam parui Romanos facere demonſtrarunt, vt ad alium pontem ſe conferrent, per quem alias copias copiis Baiani adiicerent.

§. 50.

At qui in Sirmio erant, ingenti fame oppreſſi, cibis nefandis ſe ſuſtentabant, et rerum neceſſariarum inopia laborabant, propterea

n) ταυτα ἀυτων και τα τοιαυτα ἀποφηναμενων, και ξυμφωνησαντων ὀυδαμως προς ἐιρηνην.

34. MENAND. p. 132.

35. MENAND. p. 174. haec ſequi debere, res ipſa docet, et adnotat p. 220. Valeſius.

o) Ὀτι ἐπι τρεις ἡμερας πολεμος Ρωμαιοις και Αβαρεις συνεκροτηθη, μηδεμιας δυναμεως Ρωμαϊκης κατα την προς Δαλματιᾳ γεφυραν ἐπιφανεισης, καιτοι σαθροτατα ἐχουσης.

p) Addit interpres.

ea quod hoſtes pontem in Sao fecerant, et traiectionem impediebant. Praeterea Salomon, qui tunc temporis Sirmio praeerat, parum diligenter res adminiſtrabat, neque ſe vllum rei militaris vſum habere oſtendebat. Itaque ciues et vrbis incolae, minime duris rebus aſſueti, eiulare et cum ad extremas ſpes redacti eſſent, omnium iſtorum malorum cauſam in duces Romanos reiiciebant. Poſtremo Theognis paucitate militum laborabat. 36.

§. 51.

Haec vbi Tiberius didicit, potius eſſe duxit, vrbis deditionem facere, quam ciuium multitudinem in captiuitatem et ſeruitutem vna cum vrbis amiſſione abduci ſinere: itaque per litteras iuſſit Theognidem bellum conuentionibus ſoluere, vt liceret omnibus, qui in vrbe habitabant, ſaluis et incolumibus ea exire, neque quicquam ſuarum rerum inde aſportari praeter victum, et indultum indumentum vnum.

§. 52.

Itaque in has conuentiones conſenſerunt, et bellum his conditionibus deſiit. I) Vt Romani Abaris vrbem dederent, et Abari Romanis omnem, quae in ea erat, multitudinem, abſque his, quae vnusquisque eorum in bonis habebat, concederent. II) Exegit etiam Chaganus trium praeteritorum annorum aurum, quod non acceperat, et illi Romani ſoluere ſolebant, vt armis abſtineret. Erant vero pecuniae, quae pro pace vnoquoque anno pendebantur, ad mille octuaginta q) nummi aurei. III) Praeterea vnus ex his, qui ſub eo militabant, in Romanorum regiones fugerat r), quia dicebatur adulterium cum baiani vxore commiſiſſe. Hoc ſignificauit Theognidi, et ſibi transfugam reddi poſtulauit, ſeque eum non aliter paſſurum foederum conditionibus frui. Theognis reſpondit, Romani imperatoris ditionem longe lateque patere, in qua pro-

36. Id. p. 175.

q) ἀμφι χιλιαδας ὀγδοηκοντα. octuagies mille.

r) ὸς προσεχωρησε τῃ Ρωμαιων πολιτειᾳ, ſcribe, ὅς προσεχωρησε. Is Bocalabra dicebatur, de quo vid. §. 60.

Imp. TIBERIO II.

a. C. 582.

propterea quod ampliſſima et vaſtiſſima eſſet, res difficilis inuentu foret, vir exul in ea errans, qui fortaſſe etiam iam periit. Ad ea Baianus dixit: iurent igitur Romani proceres, ſe requiſituros, et, ſi transfugam repererint, non occultaturos, ſed omnino eum in manus Abarorum monarchae tradituros, niſi fato functus ſit, quod illi ſignificabunt [s].

CAPVT VIII.

Aucta Auarorum cum potentia ſuperbia, et quaedam foedera violandi facilitas.

a. C. 583.

§. 53.

Imp. MAVRICIO.

Imp. MAVRICIO. a. M. 6075. a. C. 575. a. 1. Mauricii.

a. C. 582.

37. [a] ABARES, Hunni origine [b], Iſtrum accolunt, gens infidiſſima, et auariſſima omnium, quotquot vitam paſtoritiam

s) Hiſtoriam ſuam finit Menander in Sirmii deditione, et in obitu Tiberii imperatoris. Etenim Sirmium Auaris deditum eſt paulo ante Tiberii mortem, vt a Menandro ſcriptum eſſe teſtatur Theophylactus lib. I. c. 3.

37. THEOPHYLACT. L. I. c. 3. p. 12. Theophanes p. 214. qui annum ſuppeditat. Cedren. T. I. p. 394. Zonar. T. II. p. 83. Anaſt. p. 71. Menand. p. 117. ſed quae in Excerptis de Legatt. Menandro tribuuntur Theophylacti eſſe, res ipſa docet, iisdem enim verbis, quibus apud Theophyl., narrantur, ac Menander in Sirmio capto, teſte Theophylacto, hiſtoriam ſuam finit.

a) Theophylactus cum Tiberium obiiſſe, et imperium ſuſcepiſſe Mauricium narraſſet, pergit: *Nunc porro hiſtoriae telam texere exorſus, bella aduerſum barbaros adminiſtrata litteris perſequar, et motum expeditionemque contra Abares* (Ἀβαρεῖς) *primo loco: quando res illae rebus hactenus a me expoſitis continentiſſimae ſunt: et is ordo eſt commodiſſimus. Non pauca igitur tunc ab illis per inconſideratam temeritatem et audaciam perpetrata ſunt. Abares* &c.

b) Οὖννοι δὲ οὗτοι.

Imp. MAVRICIO. a. M. 6075. a. C. 575. a. I. Mauricii.

a. C. 582.

ſia agitarunt [c]. Hi vrbe longe ampliſſima potiti, ad Mauricium Auguſtum legatos miſerunt. Erat huic vrbi nomen Sirmium, famaque et ſermone propter nobilitatem a Romanis Europaeis celebrabatur: quam prius ceperant paruo admodum ſpatio, quam Mauricius curas Rom. vna cum purpura indueret, ſolioque imperatorio conſideret. (Quo eam modo occuparint perſpicua oratione, et diſtincte non ignobilis auctor Menander memorauit. Ego otio non ſic abundo, vt eius longitudini accuratius et elaboratius aliquid poſſim addere, praeclareque dicta iterum dicere, et poëticis ineptiis ea atterere obſcurareque.)

§. 54.

a) Ergo vbi Sirmium [d] in manibus Hunnorum fuit, legatione miſſa ad foedus proceſſum eſt, vt poſitis inimicitiis paci tranquillitatique conſuleretur. Sed foedus Romanis probroſiſſimum accidit. 'Poſt tantarum ſiquidem cladium ab illis inuectarum colophonem [e], ipſi velut certaminis arbitri ſedentes, barbaris dona illuſtria, quaſi quaedam inclytae virtutis praemia, tribuerunt 'octoginta aureorum millia in argento, variaque veſte a mercatoribus in annos ſingulos ſeſe numeraturos polliciti [f]. Nec tamen diutius 38.
bien-

a) THEOPHANES: *Hoc anno* (vid. marg.) — *eodem menſe* [Maio] *Abares, qui non multo ante Sirmium* (Σιρμειον) *nobilem Europae vrbem occupauerunt, decreta ad Mauricium legatione poſtulauerunt, vt octoginta millibus annuae diſtributionis, quae ſibi a Rom. pendebatur* (ταις ὀγδοηκοντα χιλιασιν χρυσιȣ, ἁις ἐλαμβανον κατ' ἐτος παρα Ῥωμαιοις) *alia adhuc auri xx. M. adderentur: quam pecuniarum ſummam imperator pacis conſeruandae ſtudio ſoluere non detrectauit.* eadem Anaſtaſ.

c) των νομαδων Βιȣντων.

d) το ἀςυ.

e) μετα γαρ τηλικȣτȣ κολοφωνα κακȣ.

f) ὀγδ. τε χιλ. χρυσων καθωμολογȣν ἀν' ἐτος ἑκαςον τοις βαρβαροις ἐγκαταβαλλεσθαι, δι ἐμποριας ἀργυρȣ τε και ποικιλης ἐσθητος.

38. THEOPHYL. p. 13. Menand. p. 117. (v. ſupra ad §. 83. adnotata) Theophan. p. 214. Anaſt. p. 71. Cedr. T. I. p. 394. Zon. T. II. p. 74.

Imp. MAVRICIO.
a. M. 6075. a. C. 575. a. I. Mauricii.

a. C. 582.

biennio foedus ſanctum fuit, cum ſe princeps Chaganus (vt Hunnis appellabatur) contra Romanos ſuperbe et immodeſte gereret.

§. 55.

β) Ad cuius [Chagani] aures cum ante pacem violatam perueniſſet, animantes quasdam ali apud Romanos, granditate et forma corporis viſendas maxime, imperatorem orauit, vti eas ſpectandi copiam ſibi faceret. Is huic videndi deſiderio celeriter gratificandum ratus, elephantorum, quos habebat, praeſtantiſſimum pro ſpectaculo ad eum miſit. Chaganus belluam Indicam intuitus, illico ceu e theatro digreditur g), eamque ad imperatorem reduci iubet. Vtrum quia admirabilitate ac nouitate animalis percelleretur; an quia id contemneret, dicere non habeo: nec enim id ſilerem.

Negotium praeterea imperatori exhibuit de lecto aureo, quem is artificioſe confectum ſibi mitteret: eousque enim ob praeſentis fortunae faſtigium ſeſe efferebat. Imperator donum regaliter fabrefieri curat, eique tranſmittit. Qui faſtidio et arrogantia praeceps, multo magis fremere, vt qui muneris indignitate contumeliam accepiſſet, lectumque illum aureum, vt rem vilem et inelegantem, ad

CEDRENVS: *Chaganus autem* (ὁ τῶν Ἀβάρων ἀρχηγὸς omiſit interpres) *Sirmio potitus poſtulauit &c.* ZONARAS eadem quae Theophylactus, (Menander).

β) THEOPHANES et ANAST.: *Elephantem etiam, animal ex India adductum, mitti poſtulauit eorum princeps: et imperator maximum eorum, quos habebat, ad eum miſit: qui vbi ipſum vidit ſtatim ad imp. remiſit. Praeterea lectum aureum petiit: quem cum imperator ad eum miſiſſet, ipſe donum parui faciens remiſit.* CEDRENVS: *Poſtulabant, vt ſibi ad ſpectaculum mitteretur elephantus Indicus, et aurea culcitra, quae miſſa remiſerunt, contemta culcitra.* ZONARAS: *Poſtea etiam elephantem petenti, quod eiusmodi belluam nunquam vidiſſet, maximum eorum quos habebat miſit.* [nihil hic de lecto aureo].

g) παραυτικα καταλυει το *facta* Cantoclarus in Menandro. θεατρον. *ſtatim ſpectaculo miſſo*

Imp. MAVRICIO.

a. C. 582.

ad imperatorem per arrogantiam remittere': γ) inſuper ad octoginta millia alia viginti anniuerſarie ſibi a Romanis pendi poſtulare: imperatoreque id durius accipiente, foedus contemnere, ſacramenta iurata ventis diſcerpenda tradere. a. M. 6075. a. C. 575. a. I. Mauricii.

§. 56.

Nec cunctatus, amicam bello tubam corripit, agmina in expeditionem euocat b), vrbemque Singidonem haud munitam, et militari apparatu deſtitutam, quod ex pace et otio Thracia tota in ſocordiam et deſidiam verſa eſſet (negligit enim cuſtodiam pax, nec in futurum proſpicit), quodque ciuium plurimi (vt in meſſe) foris manentes, quantum vitae tolerandae ſufficeret, frugum ſibi demetendo colligerent, ſubito, quanquam non citra laborem, capit. Nam intra portas accerrime pugnatum eſt: Abares obtruncati magno numero, et Cadmea, vt dicitur, reportata victoria.

Alias item [vrbes] non paucas, et huic vicinas depraedatus eſt; et quidem minime operoſe: improuiſum ſiquidem ac neutiquam expectatum malum veniebat. Auguſta et Viminiaco, ad Illyricum pertinentibus i), in poteſtatem adductis, mox Anchialum infeſto exercitu profectus, eius agrum et vicos circumiectos populationibus et incendiis deformauit. Thermarum aedificiis pepercisse audiuimus, quod eius concubinae ibi laterent, iſtamque commercii cum eo ſui gratiam peterent. Ferunt aquulas iſtas lauantibus proficere, et ad corporis ſanitatem conducere. 39.

Rrrr 2 §. 57.

γ) Haec vsque ad. §. 59. breuius narrant, THEOPHANES: *Alia vero viginti millia centenis illis adiici poſtulauit, quod cum imperator recuſaret, Chaganus expeditione ſuſcepta Singidonem euertit, multasque alias vrbes Illyrici praefecturae ſubditas expugnauit, cepitque Anchialum. Quin etiam longum murum euertere minatus eſt. Quamobrem imperator Elpidium patricium cum Comentiolo legatos ad Chaganum deſtinauit: tum barbarus pacem*

39. THEOPHYL. L. I. c. 4. p. 14. Theophan. p. 214. Anaſt. p. 71. Cedr. T. I. p. 394, 395. Zonar. T. II. p. 74.

b) Hactenus Menander. p. 117. his ſubiunguntur, quae ad §. 60. adfero.

i) πολεις δε αυτας λαμπρας υπο το Ιλλυρικον φορολογυμενας.

Imp. MAVRICIO.
a. M. 6075. a. C. 575. a. I. Mauricii.

a. C. 582.

§. 57.

TRIBVS menſibus elapſis, Romani ad Chaganum oratores mittunt, bellum deprecantes. Vnus erat Elpidius, imperialis ſenator, Siciliae praetura functus: qui magiſtratus apud Romanos in honore eſt. Huic Elpidio collegam addunt Comentiolum, de cuſtodibus imperatoris praecipuum, Latini ſcribonem dicunt. Anchialum igitur ad Chaganum venientes legati, vti in mandatis habebant, de foedere conſeruando rogabant. Cum is in inferenda iniuria nihil miteſceret, ſed ſuperbius etiam minitaretur, ſe longum murum, qui nominatur, disiecturum, et Elpidius ei tacens concederet, itaque tumentem hominis faſtum ſuſtineret: Comentiolus excelſa mente ingenuitatem linguae ſuae demonſtrans, Romanamque libertatem velut pudicam dominam in thalamo cuſtodiens, nec eam moechicis adulationibus conſtuprans, audiente Chagano et proceribus, huiuscemodi verbis locutus eſt k).

§. 58.

59. „Credebant Romani, Chagane, te patrios deos colere, et alios item iurisiurandi praeſides venereri, dextrasque et pacta conuenta nequaquam vilipendere, neque pacem per te turbatum et euerſum iri: ſed et donorum, quae ab imperatore multa tuliſti, et, quam exper-

ex pactorum conditionibus ſe ſeruaturum pollicetur. eadem et Anaſtaſius. CEDRENVS: *Poſtulaueruntque alia adhuc viginti millia ſibi addi* (ᾔτησαντο δὲ πάλιν ἄλλας κ' [χιλιάδας] πρὸς ταῖς ἑκατὸν) *Quod cum recuſaret imperator — Sigidonem* [Σιγιδῶνα] *aliasque vrbes ſubegit, et Anchialum* — [reliqua vt Theophanes omnia]. ZONARAS: *Verum homo inſatiabilis, aut rumpendae pacis cauſas quaeritans, centenis illis alia vicena millia poſtulauit adiici. Quod c. i. r. ille bello illato multas vrbes Illyrici ſubegit, minatus ſe L. M. etiam euerſurum. Itaque Mauricius miſſis ad barbarum legatis pacem cum eo facit.*

59. THEOPHYL. L. I. c. 5. p. 14. *Quod imperante Mauricio legatos miſerunt Romani ad Chaganum* de iisdem verbis omnia.

k) Quae hoc §pho habes, leguntur etiam in Excerptis de Legatt. (T. I. Corp. Hiſt. Byz.) p. 176.

Imp. MAVRICIO. a. M. 6075. a. C. 575. a. I. Mauricii.

a. C. 582.

expertus es, Romanorum humanitatis ac beneuolentiae meminiſſe, collataque in maiores tuos merita, hoſpitalitatemque nunquam non infixam in animo habiturum, nec paſſurum a tuis vllum Romanis maleficium importari. Aequum eſt enim, principes iis, quibus iura et leges dant, moderatiores et eſſe et nominari, vt, quantum iis amplitudine imperii antecedunt, tantum quoque virtutis eminentia antecellant. Quapropter ob initam ex pace compoſita amicitiam, 40. Romani calamitatum abs te ſibi illatarum memoriam ponunt; multaque praeter ius et fas in ſe commiſſa, voluntaria obliuione obruunt. Et quoniam humanitatis laude inter omnes gentes principatum tenent, vindictae deſiderio arma mouere noluerunt, pacemque conſecutam detrimentis ſuperioribus per inſolentiam veſtram inuectis opponentes, mala malis compenſanda non putarunt. Quia vero cum probitate rationem nullam habere vis, et oculus iuſtitiae caecus eſt, pedes prouidentiae claudicant, vt factis tuis dignum reddere pretium nequeant, et cupido tua tibi Deus ſit, agens te quo libet, Romani virtutem priſtinam in pectus reuocantes, longe duriſſimum aduerſus te bellum conſenſu comparabunt, magnas ſtrages edent, vtpote quibus arma, hoſtibus quieſcere detrectantibus, quam pax iucundiora ſunt. Qui enim populus, quae gens in orbe terrarum fuit vnquam Romanis pro libertate, pro gloria, pro patria, pro liberis decertantibus illuſtrior? Nam ſi volucres quaedam viliſſimae, ne vincantur, neue cedant inuicem, valide furenterque confligunt, quo tu animo tandem homines, et Romani generis ac ſeminis homines, fore arbitraris, gentem bellicoſiſſimam, et imperium omnium linguis celebratum, quod (niſi in ipſa origine et infantia ſua) haud aliquando contemni potuit? Quare ob ea quae ad hanc diem improbe, contraque fidem deſignaſti, non eſt quod te iactites. Propter recte facta ſibi placere, laudi fortaſſe dabitur: at in vitio ſe magnifice circumſpicere, ſuperbiae, non honori et gloriae adſcribendum eſt. Nobilia tu quidem non multo antehac et iniqua facinora feciſti: ſed maximae etiam ſunt Romanorum vires, maxima imperatoris diligentia, maxima ſubiectarum illi gentium auxilia. Huc accedit praeſentis pecuniae commoditas, et ſacrorum, vt nusquam, religioſiſſimae ſanctiſſimaeque caerimoniae. Quamobrem

40. THEOPHYLACT. L. I. c. V. p. 15.

Imp. MAV-RICIO. a. M. 6075. a. C. 575. a. I. Mauricii.

a. C. 582.

obrem officere illis potentia nulla poteſt. Hos tu oppugnare tantummodo vis, quo autem res euaſura ſit, non curas. Qualem porro apud finitimas gentes nomini tuo maculam inures, ſi te in Romanos ingratum iniuſtumque praebeas? Aut quodnam fidei tuae pignus eſt reliquum? Dii tui abs te laeduntur: ſuſceptum ſacramentum violatur: foedus frangitur, de bene meritis male mereris, dona, quorum eſt veneranda efficacitas, tibi non perſuadent. Patere nos quieſcere, neue opportunitatem tuam ad occupationem non bonam, iis, qui nulla in re tibi obfuerunt, niſi quod vicini ſunt, nocere attentans, transferre velis. Age, prae amplitudine tua Romanum hoc, et noſtrum ſolum reuerere. Hoc tibi ſalutare fuit,
41. exulem [l]) complexum eſt, peregrinumque et aduenam ſedibus recepit, quando ab oriente et a primigenia gente veſtra portio tua vt fragmentum diuulſum, ac diuiſum eſt. Noli praeclaram hoſpitalitatis legem infringere, et vagabitur latiſſime humanitas tua [m]), docebitque audientes exemplo tuo impietatem malorum fontem et caput deteſtari. Quod ſi te pecunia delectat, iam ea tibi a Romanis parata eſt, qui honoris ſunt auidi, magnificentiamque, et liberalitatem pro theſauro habent. Tenes tu porro terram latam, et admodum longam inſuper, qua neque coarctentur indigenae, neque ad vitam mollem et delicatam requiſitis egeant. Quocirca in tuam regionem tibi a Romanis donatam regredere, vltra fines tuos exercitum mitte educere [n]). Nihil enim ventorum impetus incommodabit arbori robuſtae, excelſae, frondoſae, cuius truncus validus, viuida radix, ampla inumbratio, quam anni tempeſtas, et vel riuo deductae, vel de coelo circumſtragnantis aquae humor nutrit, ac pinguefacit. Qui autem trans fines ſuos proterue pedem transtulerint, cum iuſta poena ſero tandem ſapient, vbi dedecus, ipſo damno triſtius, ferre non poterunt „.

§. 59.

41. Vt primum finita eſt iſta verborum acerbior caſtigatio, Chagano ſanguis efferueſcere, et magnos irarum fluctus in pectore excitare

l) μεταναςην.

41. THEOPHYLACT. L. I. c. 5. p. 16.

m) καὶ κατειπιοσι φιλανθρωπιας οἱ ἀνθρωποι.

n) καὶ περαιτερων των σων ὁρων την σην μη μετοχετευε δυναμιν.

41. THEOPHYLACT. L. I. c. 6. p. 16. Haec quoque in Excerptis de Legatt. p. 177. ex eodem Theophylacto adferuntur.

Imp. MAVRICIO. a. M. 6075. a. C. 575. a. I. Mauricii.

a. C. 582.

citare, vultus totus rubeſcere, oculisque prae furore ſcintillantibus, et immodice arrectis, ac propemodum ſupra frontem ſublatis ſuperciliis, toto denique habitu ſubindicare, non ſic abiturum legatis, et Comentiolo propter orationem pronuntiatam periculum grauiſſimum denuntiare. Spreta enim et abiecta legatorum reuerentia, barbarus illum [o] in carcerem abduci, pedes eius cippo conſtringi, tabernaculumque [p] diſcindi iuſſit: quo indicio cuipiam poena mortis lege prouinciali [q] exſpectanda intelligitur.

Die poſtera, augeſcente ira, primores Abarum oratione idonea principem mitigant, monentes, ne ſupplicium capitis in Comentiolum decernat, perſuadentesque, legatos in vincula duntaxat traditos, ſatis ei poenarum perſoluiſſe. Annuit Chaganus, et hac ignominia multatos, ac ſalute, quam non ſperabant, donatos, ad imperatorem remittit. 42.

CAPVT IX.

Foedera cum Romanis inita nunc dolo, nunc aperto bello ab Auaris violata. Res ſecundae Romanorum, ducum ipſorum ignauia peſſundatae;

ab a. C. 583—586.

§. 60.

a. C. 583. a. 2. Mauricii [a]).

[b]) ANNO inſequenti Elpidius iterum ad eundem [imperatorem] miſſus, legatum vna ſecum ſuper foedere inſtaurando, et aliis viginti aureorum 42.

o) τον Κομεντιολον, δεσμοις ητιμωσεν.

p) legati, το τε πρεσβεως.

q) ἐπιχωριῳ νομῳ.

42. THEOPHYL. L. I, c. 6. p. 17. Excerpt. de Legatt. p. 171.

42. THEOPHYLACTVS L. I. c. 6; p. 17. Exterpta de Legatt. p. 177.

a) Annum habent Theophanes et Cedrenus.

b) Haec quoque apud Menandrum p. 118. leguntur: *Chaganus*

Imp. MAVRICIO. a. 2. Mauricii.

a. C. 583.

orum millibus priori ſummae addendis remitti precatur. Chaganus petitionem haud aſpernatus, Targitium [c]), hominem inter barbaros ſpectatiſſimum, cum Elpidio ad imperatorem legat [d]). Decidunt, ſtatuuntque, vt Romani vicenis millibus ſummam priorem cumulent: ni faxint, bellum habeant. Hac ratione foedus recreari ac refoueri aliquo modo viſum eſt, et ab armis conceſſa vacatio.

§. 61.

α) BREVE tempus intercedit [e]), bonaque habitudo, et tanquam ſanitas foederis corrumpitur, Romanosque Abari, non illi quidem manifeſte, ſed inertius quodammodo, ac doloſius adoriuntur.
42. [Nam Sclabeni ab ipſis ſubmiſſi Romanam ditionem vaſtant, ad longum vsque murum progreſſi [f]). In quos Comentiolus miſſus, eos ad Erginiam fluuium, deinde ad Enſinum caſtellum victos Aſtica tota expellit [g]).]

§. 62.

43. Auctumno ineunte, barbari [h]) foedus de integro, bellique ſocietatem aperte abiiciunt et aſpernantur. Cauſſam huius rei explanare non pigebit. Fuit

α) Quae hoc §pho habes, leguntur etiam apud Theophanem p. 215. ſub a. 2. Mauricii. Zonaram T. II. p. 74. Anaſtaſium p. 71. loca ipſa ad §. 58. 59. *Slauicorum* adtuli, vbi vide. CEDRENVS T. I. p. 395. *Anno ſecundo* [Mauricii] *Cum Chaganus pace violata Targitium cum Elpidio Rom. legato ad Mauricium imp. miſit, et viginti mille libras auri ad octuaginta ſibi quotannis addi petit. Qui cum ambo ad imp. veniſſent, decreto ſancitum eſt* — reliqua vt Theophylactus.

c) Ταργιον in Excerptis de Legatt. ſcribitur.

d) ἧκον δε ἄμφω ἐς βασιλεα. Omiſit interpres. Deſunt reliqua in Excerpt. de Legatt. p. 177.

e) ἡ της εἰρηνης ἑυεξια νοσευεται.

42. THEOPHYLACT. L. I. c. 7. p. 17. Menand. p. 118.

f) Hactenus etiam Menander.

g) Excerpta ſunt, locum integrum vide in *Slauicis* §. 58. 59.

43. THEOPHYLACT. L. I. c. 8. p. 18.

h) παλιν ὁι βαρβαροι. Haec et Excerpta de Legatt. p. 177. ſq. *Cur igitur Abari inducias non multo poſt confuderint, et bellum aperte reſumſerint — dicam* &c. τι παλιν &c. eadem omnia.

Imp. MAVRICIO. a. 2. Mauricii.

a. C. 583.

Fuit homo Scytha, *Bocolabras* vulgo dictus: cuius vocabuli planiſſimam ſignificationem ſi quis requirit, ſciat id Graeca lingua *ſacerdotem magum* ſonare. Hic per id tempus[i] facinus auſus eſt periculoſiſſimum, cum vna enim amicarum Chagani ſtuprum fecit, breuique voluptate ineſcatus, in magna mortis retia ſe inſeruit: ac metuens, ne reſcitum flagitium crudele ſibi ſupplicium pareret, perſuaſis ſeptem de ſubiectis ſibi Gepidis[k], cum iis in fugam ad gentem auitam ſeſe tradidit. Sunt autem Hunni, habitantes in oriente, Perſarum vicini, quos multi vſitatiore vocabulo Turcos nuncupant. Iſtrum ergo traiiciens, et in vrbem Libidinum[l] delatus, atque a quodam e ducibus Romanis, ad Iſtri cuſtodiam conſtitutis, interceptus, genus et vetus ſtudium ſuum, voluptatemque, ob quam fugeret, indicauit. Cum de infortunio ſuo narrare probabilia videretur, a duce ad imperatorem transmittitur.

§. 63.

Atque hinc exiſtimatum eſt, foedus Romanum turbari, et bellum aperiri coeptum, cum interim Targitius in vrbem imperatoriam pro legato veniens, pecuniam anniuerſariam ex foedere Chagano pendendam exigeret: id quod imperatorem non immerito ad iram ſubextimulabat, qui ſe Abaris manifeſtiſſimo eſſe ludibrio cerneret: hoc (Targitio ſcilicet) penſionem annuam, pacalesque reditus poſcente; illo (Chagano videlicet) non quieſcente, ſed Europam lacerante, et vrbes euertente. Relegatur itaque in Chalcitidem inſulam Targitius, et ad menſes omnino ſex durius tractatur. Eo vsque imperatoris ira feruebat in legatum, cui poenam capitalem erat comminatus.

§ 64.

ad Longum murum praedando excurreret, Comentiolus dux Rom. exercitus de improuiſo barbaros adortus, magna multitudine caeſa eos abegit. Inde cum ad Adrianopolim veniſſet —. reliqua vt Theophanes vid. *Slauica* l. c.

i) Sed vide §. 52.

k) Γηπαιδων.

l) ἐπι την Λιβιδινων πολιν. in Excerpt. de Legatt. l. c. Λιβιδινον.

Imp. MAV-RICIO.
a. M. 6079. a. C. 579. a. 5. Mauricii.

§. 64.

a. C. 586.

β) CHAGANVS porro Scytharum Moeſorumque finitimos omnes
44. circumquaque vexabat, multasque vrbes, Rhateriam m), Bononiam, Acys, Doroſtylum n), Saldapa o), Pannaſa p), Martianopolin, Tropaeum ſubigebat. Caeterum non leue negotium illi faceſſiuit oppugnatio, nec absque ſudore, ſollicitudine, ac diligentia haec oppida obtinuit, quanquam frequens acceſſus ad ſuos (quae res ſocordiae calamitas eſt inſuperabilis) multum ei velut aſpiraret, et opem atque ſubſidium afferret q). Imperator Comentiolum excitat, eumque ex aſſe ducem exercitus legit r).

§. 69.

45. γ) Hoc igitur anno Comentiolus Anchialum veniens, exercitum contrahit, fortiſſimos quosque ab imbelli, et ad pugnam inutili

β) THEOPHANES: *Hoc anno* [v. marg.] *Abarum Chaganus ruptis foederibus Myſiam et Scythiam acri bello vexabat: vrbes vero Ratiarnam, Cononiam, Acys* [*Bononiam et Aquis*, Anaſtaſ. qui reliqua vt Theophanes.] *Doroſtolum, Zandapa et Marcianopolim euertit. Comentiolus autem* &c.

γ) THEOPHANES: *Comentiolus autem Anchialum* [Anaſtaſius: *ad maritima*, αἰγιαλὸν pro Ἀγχιαλὸν legiſſe videtur] *profectus — ſeparat: et inutiles quidem copias ad quadraginta hominum millia caſtra*

44. THEOPHYL. L. I. c. 8. p. 19. Excerpt. de Legatt. p. 178. Theophan. p. 217. Anaſtaſ. p. 72. Haec apud Theophylactum quidem iis, quae §pho 63. habes, immediate ſubiunguntur, ſed temere id fieri, docet Theophanes, ex quo annum adſcribo.

m) *Terateridam* in Excerptis de Leg. ſcribitur, ſed mendum eſſe, facile apparet. in graeco Theophylacti eſt, τὴν τȣ Βατηρίαν.

n) *Doroſtolum* in Excerpt. de Legatt.

o) *Salpada* ibid.

p) *Panaſa* ibid.

q) καὶ τοῖς μεγάλαις ἐπικȣρȣσης [ἐπικȣρȣσης forte] ἐπιπνοίαις αὐτῷ τῆς ἀθρόας ἐπιφοιτήσεως, ἥτις εἰς τὰ μάλιστα ἀνανταγώνιστον κακὸν ῥαθυμίᾳ κατέχεται. Hactenus et Excerpta de Legatt. p. 178.

r) Capite IX. pergit: *Sed iam quia principium et quaſi quoddam veſtibulum hiſtoriae noſtrae in Hunnis ad Iſtrum ſedes habentibus conſumpſimus, age, quae contra Perſas acta ſunt prodere aggrediamur.*

45. Theophylact. L. II. c. 10. p. 44. Theophan. p. 217. Anaſtaſ. p. 72.

Imp. MAVRICIO.
a. M. 6079. a. C. 579. a. 5. Mauricii.

ntili turba probe ſeligit ac ſeparat: triplicem aduerſus barbaros ordinem conſtituit [s]. Dextimum agmen Martino committit: alteri Caſtum praeponit: medium ſibi retinet. Militum bellicoſorum numerus ſex, inutilium bello ineptorumque omnino quatuor millia conficiebat: quibus imperauit, vti caſtra cum ſarcinis et impedimentis cuſtodirent.

§. 66.

46. Caſtus cum cohortibus ſuis in ſiniſtrum pergens, ad Zaldapa oppidum et ad Aemum montem proceſſit, exortoque die in barbaros inermes, (nihil videlicet huiusmodi opinantes) incidens, gloriam non vulgarem excellenti victoria eſt conſecutus: quando eos partem maximam ferro concidit, et multitudine ſpoliorum virtuti ſuae decus atque ornamentum adiunxit. Spolia illa vtinam ne ſatelliti, ſeu armigero, cuidam ſuo auehenda commiſiſſet [t]: nam barbari facto cuneo [v] praedam illi abſtulerunt.

§. 67.

δ). Martinus ad vrbem Neam [x] profectus, illis locis Chaganum cum Abaris ſe tenere per ſpeculatores cognoſcit. Parant itaque

iuſſit defendere: delectos vero ad ſex millium ſummam ſecum abducens, bis mille quidem Caſto, totidem Martino tradidit: reſidua duo millia ipſe aſſumpſit et aduerſus barbaros perrexit. Caſtus Tzaparda et Aemum [A. *Zandapa et Emou.* reliqua vt Theophanes] *aduemiens, cum barbaros otiantes et ſine cuſtodiis incautos comperiſſet, multos interfecit; reductos autem captiuos et praedam abactam ſatellitibus commiſit cuſtodiendam* (και ἑυρων τȣς βαρβαρȣς ἠμελημενȣς, πολλȣς διεφθειρεν αἰχμαλωσιας δε κρατησας πολλας, δορυφορῳ διασωζειν ἐδιδȣ.)

δ) THEOPHANES: *Martinus autem ad loca Tomeae* [*circa Mean ciuitatem* Anaſt.] *vrbi contermina accedens, et praeter exſpecta-*

s) τρεις δε ταξεις συνεταξε, και τριχα ἀνα τȣς βαρβαρȣς διεσπειρε.

46. THEOPHYL. L. II. c. 10. p. 45. reliqui ll cc.

t) ἀποισειν τε [τα λαφυρα] ὑπασπιςῃ ἐδιδȣ τινι, ὡς μη ὠφελε.

v) ἐναθροισθεντες.

x) ἐς τα περι την Νεαν πολιν.

Imp. MAVRICIO.
a.M. 6097. a. C. 597. a. 5. Mauricii.

a. C. 586.

que inſidias Romani, repenteque vi magna in eos irruunt. Salſam nonnihil barbari mortem ſentiebant, quae vt aeſtus quidam marinus reciprocans, ſubito eos ſecum abreptos abſorbebat. Chaganus fugae beneficio ſalutem, quaſi quoddam inſperatum et admirabile lucrum reperit: quem parua quaedam lacus inſula forte fortuna ſeruauit. Sane ingenti pretio barbaris ſtetiſſet illius liberatio, quibus neque ad memoriam inſignius periculum in ceruicibus fuit. Et erat reuera Abaris tranſitionem meditantibus quintum iam diem ſeiungi y).

§. 68.

Rediit ergo mane Martinus, quo redeundum dux pridie decreuerat. Eodem et Caſtus, Martino reſpondens, reuenit, mirandumque in modum virtus militum ex congreſſu et colloquio mutuo creuit: atque ex hoc conſortio coniunctioneque velut aſyli ius tutiſſimum firmiſſimumque adepti ſunt. Comentiolus autem nu-
46. dius tertius pacta et conuenta abiiciens, nihil ſollers et induſtrium egit, neque ad Caſtum, et Martinum abiit, vt barbaros ab iis auerteret, et in fuga manum cum iisdem conſereret. Accuſatur vulgo Ruſtibius quidam e centurionibus, qui conſilio ſuo hanc duobus illis ab hoſtium tergo ſuccurrendi negligentiam duci iniecerit: quia nimirum fortuna incerta eſſet, et ad eam perueniri aegre poſſet: nec imperatorem iſtuc velle, qui talibus ſe offerre diſcriminibus non cogat. Commodauit igitur aures Ruſtibio dux, ſocordiaeque, vt negotio graui ac ſerio, ſtudebatur z).

§. 69.

tionem in Chaganum impetu facto, plurimis eius copiis penitus deletis, eum ſalutem fuga mercari coëgit. Martinus autem parta inſigni victoria, ad ducem, vbi ſe eos praeſtolaturum dixerat, reuerſus eſt. At Comentiolus metu impulſus Marcianopolim ſe recepit. Eo non inuento —. reliqua ad §. 69. adfero. Eadem Anaſt.

y) *ἦν δ' ἄρα τἀληθες και παρα των αὐτομολησαντων Αβαρων πεμπτῃ ἡμερᾳ νοσφισαϑαι.* p. 45. Theophan. p. 217. Anaſtaſ. p. 72. 73.

z) *και τοσπȣδαζομένον τῃ ῥαϑυμιᾳ ἐγενετο.*

46. THEOPHYLACT. L. II. c. 11.

Imp. MAVRICIO. a.M. 6097. a. C. 597. a. 5. Mauricii.

a. C. 586.

§. 69.

e) Martinus et Caſtus vbi ducem Martianopolim conceſſiſſe acceperunt, ad eum abiere. Sole iam caput proferente, Comentiolus cum totis copiis ad caſtra, vbi reiectitios illos de Romano exercitu reliquerat, ſe recepit. Deinde ad anguſtias Aemi proficiſcens, colles et in ſublimi valles a) petit. locus ab indigenis *Sabalen manalion* appellatur b). — Hic igitur exercitum pridie poſtridieque dux habere ſtationem iuſſit, et Martino manipulario c) negotium dedit, vt iuxta pontem ligneum vicini fluminis Abaros a mane vsque indageret, ſpeculareturque ecquid flumen transiiſſent. Caſto praecepit, vt terreſtri via d) hoſtium veſtigia motusque, et quid in animo haberent, et num ex aduerſo conſtitiſſent, ſcrutaretur. 47.

§. 70.

Martinus poſtquam hoſtes iam iam fluuium tranſituros animaduertit, celeri pede retrogreſſus, ad Comentiolum et exercitum rem defert e). Caſtus vero deflectens, flumen transmittit, et in ripa vlteriore inito cum praecurrentibus hoſtium certamine, robuſtis viribus omnes mactat. Ea re confecta, felicitatem oblatam ſuſtinere non poterat, alicuius mali daemonis inſtinctu videlicet f):

 nec

e) THEOPHANES & ANASTASIVS: *Eo non inuento, iunctis exercitibus ad Aemi fauces caſtra mouerunt illi. Martinus, Chagano flumen traiicere conſpecto, ad ducem remeat. Caſtus flumine pertranſito barbarorum praecurſoribus obuiam factus, eos praelio vicit: ſed nulla certa ratione adductus* (και ουδε τινος δεομενος υποθηκης. Anaſt. *Vani cuiusdam daemonis repromiſſionibus deceptus.* hic legit itaque, vt eſt apud Theophylactum), *re-*

47. THEOPHYLACT. L. II. c. 11. p. 46. Theophan. p. 217, 218. Anaſtaſ. p. 73.

a) και τους ἐφ' ὑψους αὐλωνας.

b) Qui locus a Theophylacto poëtico fere ornatu deſcribitur.

c) λοχιτῃ γε ὀντι Μαρτινῳ.

d) κατα την λιθινην διαβασιν.

e) και συνειρει τοις ἀμφι τον Κομεντιολον ςρατευμασιν.

f) σκαιου τινος δαιμονος ὑποθηκαις. Ex his Theophanis lectio emendanda eſſe videtur.

Imp. MAV-RICIO.
a. M. 6097. a. C. 597. a. 5. Mauricii.

a. C. 586.

nec enim ad Comentiolum regreſſus eſt: verum ad pontem ligneum abiens, cum Martino ſe coniungere conabatur. Quo propoſito
48. lapſus, cum ſol iam occidiſſet, noctem eo in loco totam transegit. Hoſtes ſequenti nocte exacta, per pontem ligneum in aduerſam ripam transeunt, aliter quippe non dabatur, quod iam profundius flumen et tumidum, fluctibus tranſitum negaret.

§. 71.

Domum autem Caſto reſpiciente, et ad caſtra parante reditum, a fronte hoſtium numerus illi occurrit, nec iam praeſenti
48. diſcrimini obuiam ire ingenio aliquo licebat. Caeterum Caſtus ſudore diffluebat, et quo ſe verteret neſciens, animo concidebat, timebatque et pauebat: ad malum ingens ſpectabat calamitas. Extemplo tota acies diſſipatur, et alius alio, vt quemque metus hortabatur, diffugiunt: nec ſecus quam lepores aut hinnuli venatorum exerciti inſidiis, per ſyluas ſe occultant, et nemorum ſaltibus deliteſcunt g). Capti quidam b) indigniſſime verberantur: et alias aliis cruciatibus, tum primum excogitatis, ſubiiciuntur; cum minis acerbiſſimae mortis, ni, vbi Caſtus fugitiuus deliteat, enuntiarint. Enuntiant, Caſtumque, velut racemum ſub folio vitis in media ſylua abſconditum, digito intento produnt. Ducitur captiuus, ſitque

greſſione ad ducem ſe adiungere neglexit. Quare ſequenti luce omni exitu interclu ſo Chaganus eum ſuperat: ex quo diſſipatus exercitus, prout quiſque potuit, per nemora et ſaltus aufugit. Nonnulli, veluti ferae venatu, a barbaris capti; vbi Caſtus lateret, enuntiant: vivum deinde apprehenſum barbari circumuallant et ſaltibus tripudiiſque pro victoria gaudium teſtantur (και τουτον ζωγρησαντες περιεσκιρτον και ἠγαλλοντο.) *Chaganus itinere meridiem verſus* (δια της μεσημβριας ὁδευσας. *per meridiem iter agens.* Anaſt.) *directo, in Thraciam bellum mouet, et ad longum murum accedit. (Longum murum accepit.* Anaſt.) *Comentiolus autem &c.* Quae ſequuntur vid. ad §. 76.

48. THEOPHYL. L. II. c. 11. p. 47. Theophan. p. 217. 218. Anaſt. p. 73.

48. THEOPHYLACT. L. II. c. 12. p. 47. reliqui ll. cc.

g) ἐγκεκορδυλημενοι τοις ἀλσεσιν.

h) ὑπο Τῶν Αβαρων omiſit interpres.

Imp. MAVRICIO. a.M. 6079. a. C. 579. a. 5. Mauricii.

a. C. 586.

que praeda hoſtibus non vulgaris. Plurima inſuper eius agminis pars cum eo comprehenditur.

§. 72.

Bellum porro increſcere, et ad maiorem auiditatem exardeſcere. Etenim Chaganus quaſi e carceribus malorum frequentem emittebat exercitum, qui Thraciam vniuerſam ad vaſtitatem redigeret. Prorumpunt igitur ad direptiones verſus meridiem i), quingentosque praeſidiarios, a quibus munitiones defendebantur, animoſe viriliterque contra dimicantes vita exuunt. Anſimuthus k) centurio, peditatus in Thracia praefectus, vt Abarum irruptionem ſenſit, collectas in vnum copias ad longos muros incolumes perduxit, cum in extremo ipſe ſequeretur, ſuosque propelleret: quae res illum barbaris viuum tradidit. Captus enim obuia praeda fuit hoſti- 49.
bus ante ambulantibus, neque enim tergo, miſer, tutelam gerebat.

§. 73.

Non multo poſt Chaganus etiam quod ſibi reſtabat militum in Thraciam effudit, locaque plurima incurſauit. Quos Comentiolus ducebat, eorum erat infelix militia. Quare per Aemi ſyluas ſeſe condentes, ſinebant hoſtes per regiones Thraciae plurimas diſpertiri. Tertio die Comentiolus centuriones, chiliarchas et optimates in tentorium ſuum conuocat, deque rep. ad eos refert. Die ſequenti equitatu peditatuque congregatis, ne hoſtibus terga dare velint, et vt omnia infra virtutem aeſtiment, concionem hortatur.

§. 74.

Tum quidam de chiliarchis ſiue tribunis ſubmurmurans in medium ſurgit, et aperte ac ſine diſſimulatione ducis conſilium improbat, ac retro abire tum in exercitus, tum in eius rem fore, huiuscemodi oratione demonſtrare contendit.

„Viri

i) διὰ τῶν τῆς μεσημβρίας [forte h. l. vrbis Meſembriae nomen eſt] ὁρίων.

k) Ἀνσίμουθ.

49. THEOPHYLACT. L. II. c. 12. 13. p. 48. Theophan. p. 218. Anaſt. p. 73.

Imp. MAVRICIO.
a. M. 6097. a. C. 597. a. 5.

a. C. 586.

„Viri militiae gnari, et fidentes animi (ſed cum tempus adiuuat, et fortuna res noſtras propius aſpicit) Viri, apud quos omnium commune periculum, omnium communis et indiſcreta ſalus: quantum timiditas reprehenditur, tantum viciſſim audacia, eius aduerſaria, vituperatur: cunctatio prudentiae faſtigium eſt, quando non dedecus pro bono fauſtoque conſilio, ſed decus pro ſana intelligentia amplexata fuerit. Verum enimuero priusquam verborum meorum quippiam e corde, ipſorum fonte ac parente, ſe expromat, et illi aures veſtrae obſtetricentur, dignam fide ducis auctoritatem paulisper ſeponite, ne forte vobis ſuadere cupientium voces praetereatis, iisque interceptis, ianua praecludatur: et orationem noſtram prius eiiciatis, quam domum veſtram intromiſeritis. Hoc enim efficere poteſt, cui propter dignitatem plurimum et facillime creditur, cui non aliunde acquiſita vis ineſt, voluntatem pro temone poſſidens, audientes quo lubet dirigit. In hoſtem ire dux hortatur, et obuerſa prora paucis aduerſum multos nauigandum cenſet, idque cum et Caſtus perierit. Iam et vos mihi teſtes eſtis, non
50. omnes noſtrum (liceat bona cum venia veritatem nudam proloqui) proelio idoneos videri. Apud me quidem certe ficta et commentitia laus, vera et iuſta vituperatione deſpicabilior habetur: quandoquidem res ipſae encomiis non ancillantur. Quid? an non paulo ante pugnam inutilibus caſtrorum cuſtodiam dux mandauit? atque iſtorum numerantur quaterna millia, vt non multum abſit, quin, quod relinquitur, bellatoribus numero exaequetur, et imbellis turba pugilibus, et claudicantes recte incedentibus. Tacebo quantum nuperrime accepta clades de animorum robore firmitateque detraxerit, et quomodo hoſtes auxilii momentum maximum nobis praeciderint. Ac, niſi me fallit, non tantam paucos ante dies adepti ſumus gloriam, quantam nunc ex infelici ſucceſſu calamitatem. Letho dedit Caſtus barbarorum multitudinem, quamque ipſe praedam tulit, poſtridie barbarus retulit. Aque vt peſſimi ominis epimythion tanquam fabulae adiiciam, et illum inſuper, et milites viuos comprehendit, et triumpho glorioſo decoratus eſt. Caſto in ſaltu deliteſcere non licuit, cum tamen Chaganum poſita in ſtagno inſula texerit, nec abſconditum Martino prodiderit: ſed perinde atque myſterium quoddam non efferendum profanos celauerit. Impera-

50. Id. ibid. p. 49.

Imp. MAVRICIO. a.M. 6079. a. C. 579. a. 5. Mauricii.

peratorem nunc egregia illa noſtra, ſed parua tamen facinora delectant, qui cum recentiora infortunia noſtra necdum cognouerit, auxilia nulla mittet. Arbitror autem ipſos quoque hoſtes e tumultu proximo cautiores futuros, ac propter exiguum illud, quod pertulere incommodum, daturos operam diligenter, vt in poſterum ſecuritati ſuae melius proſpectum eant. De eo, quod conduceret, ſatis a me dictum eſt. Vtinam fortuna hoc mihi largiatur, vt opinione aberrem, ipſaque per ſe opem nobis afferat„.

§. 75.

Poſtquam chiliarchus ſermonem hunc nequaquam liberalem et ingenuum effutiuit, ac verbis ſuis conuentum exterruit, et omnis concio ad horribilem commemorationem immota et attonita conſtitit, ſenex quidam e medio prodiens, clariſona voce chiliarchum increpat et refutationi ſuae audiendae cogi conuentum petit. Vbi miles annuit, ſublatisque dexteris diſſerere iuſſit, ſenili voce fidem omnium implorans, ſenilibusque lacrymis ab ſe dicendis reuerentiam concilians, 'inter alia',„— Quid eſt, inquit, quod tibi calamitas non ita magna magnorum facinorum acceſſionem praecidit? Vel hoſtes te pudefaciant, quos aduerſus caſus minime fregit. Qui paulo ante lacuſtris quodammodo factus eſt, dum ad inſulam profugit, aquarumque fidem ad ſalutem infidam elegit, nunc viriliter ſe aduerſum nos inſtruit, et ſaucios impellit; perſuadetque vti plagas his maiores tanquam medicamenta dolorum maximorum delinitiua ab hoſtibus excipiant. Praeteritorum quippe malorum obliuio illum cepit. Et neceſſe eſt careat rebus ſecundis, qui aſperas commutari poſſe deſperat —. Qualis autem quamque mirabilis eſt orationis tuae epilogus? Non ſuppeditabit [ſuppetet] nobis auxiliaria manus, inquit.— Miror autem, ſi barbari ad longos muros concurrerunt, et imperator, tantis turbis ciuitatem inſtar fluctuum inundantibus, non vigilauit. Vnum, mihi credite, idque inexpugnabile ſubſidium eſt, excellentis animi magnitudo.— 51.

§. 76.

Cum in concione ſenex iſta diſſereret, ardorem in pectoribus militum velut ignem ſopitum ſuſcitauit, et ad pugnam capeſſendam eos 52.

51. THEOPHYLACT. L. II. c. 14 p. 50 51.

52. Id. ibid. c. 15. p. 51.

Imp. MAVRICIO.
a. M. 6079. a. C. 579. a. 5. Mauricii.

a. C. 586.

eos exacuit. — Nec mora, vniuerſi in eandem voluntatem conſentientes, arma expediunt.

53. ζ) Itaque ex Aemo monte in Calbomuntim, et Libidurgum (vicorum fortaſſe nomina ſunt l)) proelio decertaturi deſcendunt, Chaganumque non procul inde, ad quartum circiter lapidem, tentoria absque metu habentem (vtpote per totam Thraciam eius exercitu diſpertito) proſpiciunt.

§. 77.

Comentiolus ſuos inſtruens, et in vnam aciem componens, ita procedere ſinit, et ad Aſticen (regio eſt in Thracia m)) pergere iubet: noctu excubias agere, die ſequenti turbinis inſtar in Chaganum irruere, concurſuque plurimum ſanguinis facere. At enim fortunae cuipiam ſiniſtrae viſum eſt adulterare huius expeditionis gnomonem ſiue indicem: nam inſtar fuci alueare boni conſilii vaſtauit, laboresque ducis, vt apis alicuius, depaſta eſt. Etenim vt ſol moeſtae nocti tergum oſtendit, pulcerrimaeque et luciferae lampadis ſplendor contectus nocturnae potentiae conceſſit, iumentum, neſcio quod, impoſita impedimenta excuſſit. Forte dominus beſtiae praecedebat, quem qui ſequebantur, et animal onus indecore trahere videbant, vt reuerteretur, peccatumque corrigeret, acclamantes hortabantur. Id quod confuſionem ac tumultum creauit, et vt miles retro difflueret, per ſe effecit. Voces ſiquidem multitudo percipiebat, et quod dicebatur, ſignum aliquod erat, fugamque indicere videbatur, ac ſi hoſtes repente, et opinione citius iam adeſſent. Inde tumultus ac ſtrepitus non mediocris exercitum

ζ) THEOPHANES & ANASTASIVS: *Comentiolus autem Aemi* [omittit h. vocem Anaſt.] *ſyluis tectus et occultatus tandem cum Martino prodit foras; vbi Chaganum imparatum offendit, quod nimirum tota barbarorum multitudo per Thraciam diſperſa eſſet, prima noctis vigilia aduerſus eum contendit. Et praeclarum quidem eius manibus edendum facinus offerebatur, ſi non aduerſa fortuna conatus eius deluſiſſet. Iumentorum enim quopiam onus in terram ſubuertente, cum iumenti dominum alter patria voce inclamaret, vt ſublapſum onus erigeret: torna, torna, frater*

53. THEOPHYLACT. L. II. c. 15. p. 52. 53. Theophan p. 218. Anaſt. p. 73.

l) Addit haec interpres.

m) Interpres addit.

Imp. MAVRICIO. a.M. 6079. a. C. 579. a. 5. Mauricii.

tum peruadere, et nemo non voce altiſſima, vt procul etiam audiretur, reuocandum eſſe gradum clamitare: et alius alium patria voce ad reditum impellere, *retorna, retorna* n), tumultuoſiſſime vociferando, ac ſi de improuiſo nocturna pugna illis ingruiſſet. Totum igitur agmen in diuerſa diſtrahitur ac dirimitur: non ſecus quam in lyra concentus harmoniaque fidium.

Hinc Chaganus alterum hoc et grauiſſimum diſcrimen, quam potuit celerrime, fugiens, vias tritas relinquebat, et aliam in regionem ſe transferens, ſalutem, mirabilius quam ante, feliciter adeptus eſt. Ac Romanos quidem falſus timor percellebat, periculumque minime verum territabat: cumque de eorum agmine quidam ſe conuertiſſent, et in hoſtem validiſſime intuliſſent, inexpectato illo congreſſu complures Abarum o) oppetierunt.

§. 78.

Vbi ex duplici hoc tumultu Chaganus reſpirauit, quo maculam ex hoſtium in ſe profectione contractam deleret, collecta barbarorum copia, vrbes Romanas inuaſit, caſtellumque Apperiam p) ſubegit. Quo id modo factum ſit, haud intempeſtiuum erit exponere: et breuem quendam ſermonem hiſtoriae perpetuitati velut intercalarium inſerere.

(*verte, verte faciem*, addit interpres) *inquiens*, et *muli quidem dominus non audiuit; ea tamen percepta, hoſtes adeſſe conferta militum manus coniiciens, in fugam effuſa eſt: Torna, torna, magnis vocibus clamitantes. Sed et Chaganus in maximum timorem coniectus, praecipitem pariter arripuit fugam: adeo vt Romanos atque Abares nullo inſequente vtrinque ſeſe fugientes cernere daretur. Porro Chaganus collectis copiis Apiriam denuo obſedit* (την Απειριαν παλιν περιεκαθισεν. *Apiriam ciuitatem*, Anaſt.) *Et cum forte Buſam vrbis machinis praefectum cepiſſet, mortem viro intentabat. Buſas ſi modo vitam in tuto haberet, magna pecuniarum vi eam redimere rogabat. Quare vinctum ad vrbis conſpectum admouerunt. Is igitur enarratis, quibus ciuitatem demeruiſſet, beneficiis, ciues, vt libertatis pretium pen-*

n) Ρετορνα ſemel tantum.

o) των Αβαρων οι πλειονες.

p) Απερειαν.

Imp. MAVRICIO. a. M. 6079. a. C. 579. a. 5. Mauricii.

a. C. 586.

§. 79.

Miles erat, cui nomen Buſae, homo ad dimicandum aptus, aliorumque vel fortiſſimorum bellatorum facile praeſtantiſſimus, qui-
54. que primus ſemper caput periculo obiectaret, quoties Martium tubae clangorem audiret. Is per id tempus in eo oppidulo habitabat. Cui placuit campos vicinos obequitare, et aliquanto vltra inſignioris venatus ergo prouehi. Hunc barbari excipiunt, et venator praeda fit, eumque ſe haſta confoſſuros minitantur. Obteſtatur eos Buſa, ne id faciant; quin potius, accepto liberationis pretio, vitam ſibi condonent: nec enim illis quaeſtui futurum, ſi ſplendida dona deſpicientes, miſerum morte affecerint. Barbari promiſſa admittunt, et negotiationem huiuscemodi non recuſant. Captum ad oppidum deducunt, per caduceatorem incolis denuntiant, niſi Buſam beneuole pro eius capite perſoluto pretio honorauerint, ſe in illorum conſpectu hominem iugulaturos. Suppliciter rogabat etiam Buſas, ne ſe, veluti qui medius mortis iuxta atque ſalutis lance examinaretur, deſpicerent, et gratias viciſſim ſibi in trutina appenderent. Magna item voce, et collacrymans commemorabat, quae praeclara facinora pro Romano nomine per maxima vitae diſcrimina effeciſſet, certaminaque ordine recenſens, dimicationes cicatricibus corporis inſcriptas oſtentabat, et tanquam laborum ſuorum imagines exhibebat, impoſitarumque ſibi ab hoſtibus plagarum ſigna aperte ante omnes nudabat. Atque vt ſummatim dicam, per ea, quae pertuliſſet, eos, de quibus bene meruiſſet, obſecrabat, vt ſibi gratiam non patiendi tam dira referrent. Verum illi a quodam, qui cum vxore Buſae furtiuas tractare voluptates omnium ſermone notabatur, corrupti, has preces indignantur, barbarosque eum contemtu dimittunt. §. 80.

derent deprecari. Ne preces audirent, ciuis quidam, °cui cum Buſae coniuge conſuetudinem fuiſſe rumor erat [omittit haec Anaſtaſius] *perſuaſit. Porro Buſas vbi ſe contemptum vidit, vrbem Chagano ſe traditurum promiſit: compactaque obſidionali machina, vulgus Arietem vocat* (ὃν κριον ὀνομαζȣσι) *vrbem inuadit* (παρελαβεν. *ciuitatem adeptus eſt,* Anaſt.). *Machinae condendae peritia inſtructi barbari plures alias vrbes expugnarunt, collectaque captiuorum ingenti praeda reuerſi ſunt. Caeterum Byzantini* &c.

54. THEOPHYL. L. II. c. 16. p. 53. reliqui ll ce.

Imp. MAVRICIO. a.M. 6079. a. C. 579. a. 5. Mauricii.

a. C. 586.

§. 80.

Tum Buſas maiore in diſcrimine conſtitutus precatur, vti a nece ſua paulum adhuc temperent; ſe harum induciarum praemium illis oppidulum traditurum. ſic enim cogitabat, oportere priores malum perpeti, qui beneficii eſſent obliti: et inhumanitatem illorum calamitatis ſuae fieri participem, vt improbitas primum ſibi ipſi officeret. Hoſtes inſigniora quam ante promiſſa accipientes, hilarantur, et ad humanitatem miſericordiamque ei tribuendam magis propendent: ac iureiurando interpoſito affirmant, ſe ipſum conſeruaturos, naturalique morti poteſtatem gratificaturos, eius coagmentationem diſſoluendi cum voluerit: nec meditatam et aduentitiam hanc mortem illaturos, ſi pactum re praeſtiterit. Buſas igitur Abaros, hactenus iſtiusmodi inſtrumentorum fabricandorum imperitos, machinam expugnatoriam componere docet, et ad tela ex helepoli (tormento, quibus vrbes capiuntur [q]) iaculanda inſtituit, ʻpauloque poſt oppidum proſtratis muris in hoſtium manus conceſſit [r], et Buſas poenas inhumanitatis exegit, doctis a ſe barbaris expugnatorium artificium: ʻquo deinde pro fama primigenia et typo quodam vſi [s], plurimas Romanorum vrbes nullo negotio ſubegerunt. 55.

§. 81.

At vero Beroën aggreſſi, cum longiſſimi iactura temporis magnisque laboribus, voto ac praemio fruſtrati receſſerunt, indigenis viriliter ſeſe tuentibus: quibus modica pecunia pacem et amicitiam Chaganus vendidit, hoc enim fruſtrationis ſuae probabile tegumentum inuenit.

Etiam Diocletianopolim arcte circumſedit: ſed oppidani ſumma vi contra nitentes, aditu eum fidenter prohibuerunt, locatis in muro catapultis, aliisque machinis defenſoriis, vt accedere barbari et cominus pugnare non auderent. Quamobrem indignabundus receſſit 56.

55. THEOPHYLACT. L. II. c. 16. p. 54. Theophan. p. 218. Anaſtaſ. p. 73.

q) Interpres addit.

r) και μετ᾽ ὀυ πολυ το φρεριον κατεβεβληκε.

s) τῳ ἀρχετυπῳ σοφισματι προχρησαμενοι [το πολεμιον].

56. THEOPHYLACT. L. II. c. 17. p. 54, 55.

Imp. MAVRICIO.
a. M. 6079. a. C. 579. a. 5. Mauricii.

a. C. 586.

ceſſit, cum ei, quod prouerbio de lupo dicitur, euenìſſet, vana enim ſpe hiauerat. Hinc confeſtim Philippopolim transiens, oppidumque circumiens, id occupare nitebatur: ſed ciues acrius contra decertantes, multos tum e moenibus, tum e propugnaculis conuulnerabant, vt eorum virtute, qua tegerentur, commendata, gratuito obſidionem ſolueret [t]. Mane porro, ſyluis Aſticae, quae dicitur, tranſitis, Adrianopolim ſe applicat: quam cum maioribus operibus oppugnaret, etiam ibidem a ciuibus fortiſſime vis repulſa eſt.

§. 82.

[η] Populi vero Byzantini aures fama de Caſto et Anſimutho, captis circumſonabat, multumque murmuris ac tumultus vrbem inundabat, et apertiſſime imperatori a quibusdam e media plebe, ſtultis et proteruae linguae hominibus — contumeliae dicebantur [υ]. Hi, compoſitis in illum cantibus, modulate aduerſum caſum et comica quadam maledicentia inſectabantur: non fortunae, ſed amentiae duram illam ſortem adſcribentes. Tamen probra huiusmodi imperatori ſtomachum non faciebant, cuius mens ad iram ſterilis, et a flamma furoris abhorrens erat. Sed Caſtum hoſtes ingenti pecunia aeſtimatum reddiderunt, vt ſenes noſtri memorant, et iis fidem commodare nihil habet periculi.

§. 83.

Imperator curas ſuas aduerſum hoſtes intendere, maioremque in eos apparatum moliri, et Ioannem, vulgo dictum Myſtaconem, ducem legere, Droctonem ei pro hypoſtratego, parte ſcilicet muneris

η) THEOPHANES & ANASTAS.: *Caeterum Byzantini, vbi Caſtum a barbaris captum intellexerunt, Mauricio grauiſſime obtrectare, eumque foedis conuiciis coram proſcindere* (και εις φανερον τουτον εβλασφημουν.)

t) ὥστε τον χαγανον την ασυλιαν δια την αρετην επαινεσαντα προικα καταθεσθαι τον πολεμον.

η) Reliquis omiſſis, hic pergunt Theophan. p. 218. Anaſtaſ. p. 73.

υ) Quae ſequuntur, deſunt apud Theophanem et Anaſtaſium.

Imp. MAVRICIO. a. M. 6079. a. C. 579. a. 5. Mauricii.

a. C. 586.

neris in illum collata, adiungere. Hic Longobardus natione, vir fortiſſimus et ad arma promptiſſimus erat. Adrianopolim vt venerunt, barbaros obſidione depellunt, ac die altero ſecundo Marte cum iisdem congreſſi vincunt, belloque finem imponunt. Strategemate nimirum illos Drocto circumuenit. Quaſi enim timeret hoſtem, fugam cum ſuo cornu ſimulabat. Deinde conuerſus, inſequentibus viciſſim terga dantibus inhaerebat, et quotquot aſſequi poſſet, obtruncabat. Diſceſſerunt itaque meridie barbari, continenti fuga alius alio, quo ſors tulit, dilapſi. Quos dux non eſt ſecutus, quod in felicitate modeſtiam adhibendam ſapienter ſtatueret, et velut in optimo corporis habitu aliquid morbi, vt decebat, metueret.

CAPVT X.

Noua ab Auaris contra Romanos ſuſcepta expeditio, ex terrore panico omiſſa;

a. C. 590, 591.

§ 84.

a. 9. imp. Maur. a)

a. C. 590.

a) CVM iam in oriente rediret b) rebus dies, copias imperator 57.
quamprimum in Europam transfert, et Anchialum aduenire parat, quo Abares irruptionem denuo cogitare acceperat. Dum ergo

a) THEOPHANES & ANASTASIVS: *Anno octauo imperii profunda pace totum orientem occupante, Europam bellorum procellis agitabat Mauricius (bellum circa Europam Auaricum incumbebat. Anaſt.) eapropter ipſe ſupremus imperator imperii vires omnes*

57. THEOPHYLACT. L. V. c. 16. p. 140. Theophan. p. 225. Anaſtaſ. p. 77.

a) Annum ipſe adſcribit paulo inferius, quod rariſſime facit, Theophylactus.

b) Compoſito ſc. bello Perſico. Expeditionis huius etiam Cedrenus T. I. p. 397. meminit, ſed nihil ille de Auaris.

Imp. MAVRICIO.
a. 9. Mauricii.

A. C. 592.

ergo barbari exſpectantur, apparatum bellicum adornat. Caeterum honoratiores de conſilio magnopere orant, vti expeditionem duci committat: ipſe per ſe in hoſtem ne eat. Cum non flecteretur, ſacrorum ordinum princeps (Patriarcha) eundem obſecrat, ne ducis officio fungi, ſed eas partes alteri mandare velit. Sed cum nec huius preces, velut cantu quodam delinitus, reuereretur, Auguſta vna cum liberis ſuppliciter inſtat, vti ſententiam mutet. Verum nec horum obteſtatione quidquam commotus, e regia egreditur, paraſangam vnam et ſemis vsque in Septimum (vt a Byzantiis nominatur) procedit. Eo die ſol paene totus obſcuratus eſt. Annus imperii eius nonus tum agebatur. — Porro Zalabzanum Perſarum legatum ad ſe venire audiens, in vrbem imperatoriam remeat. Cuius poſtulatis quam dextre potuit expeditis, ductandi agminis voluntatem denuo eſt perſecutus. — Glyceriae martyris templum [quod Heracleae erat] ingreſſus, et quam maxime illud veneratus, pecuniam inſuper ad partes eius illato per Abaros incendio vaſtatas ac prolapſas iterum excitandas exornandasque erogauit.
58.

§. 85.

59. Aliquot diebus poſt viri tres inermes, citharas geſtantes capiuntur. Hi ſe Sclabenos et ad oceanum occidentalem ſedes habere,

ab oriente in Thraciam tranſportauit. Anno nono, ineunte vere et copiis in Thracia iam collectis, Mauricius cum eis egreſſus ruinas a barbaris excitatas viſum perrexit. Auguſta vero, patriarcha et vniuerſus ſenatus, ne propria opera moueret bellum, quin illud duci committeret, rogabant: quod ille detrectavit admittere &. reliqua fere vt Theophylactus narrant Theophanes et Anaſtaſius, at breuius multo.

58. THEOPHYL. L. VI. c. 1. p. 144. eadem v. et in Excerptt. de Legatt. (ex eod. Theophylacto) p. 189. *Quod Mauricius ad Septimum vsque, qui ita dicitur locus, peruenit, quoniam Hunnos educi audiuerat, certiorque factus de Dalaurae Perſae ad ſe aduentu, recurrit ad vrbem regiam, compoſitaque, vt par erat, legatione, propoſitum rurſus abitum promouit.*

59. Id. L. VI. c. 2. p. 145, 146. Theophan. p. 226. Anaſtaſ. p. 77. locum integrum, et narrationis varietatem vide in *Slauicis* §. 61.

a. C. 590. Imp. MAVRICIO. a. 9. Mauricii.

bere, a ſuae vero gentis principibus ad Chaganum, vt auxilia, quae is ipſos rogarit, mitti ob itineris moleſtiam ei non poſſe ſignificarent, miſſos, et diutius, quam decebat, ab eodem retentos tandem in Thraciam abiiſſe, et ſic a Romanis captos eſſe narrant.

§. 86.

[Imperator Anchiali, vbi caſtra fecerat,] dies quindenos commoratus, cum de legatorum Perſarum regis aduentu Byzantium accepiſſet, domum rediit. Die tertio etiam legati Celtiberorum c), qui hodie Franci dicuntur, Boſus et Bettus in vrbe adſunt. Huius gentis princeps Theodoricus tributum pro ſocietate cum Romanis coëunda, et pretium pro bello aduerſus Chaganum gerendo ab imperatore paciſcebatur. Qui legatos muneratus humaniter, et barbaros a Romanis exigere pecuniam inique patiens, hortatur Francos, vt citra ſtipendium, ſeu vectigal, quod poſtulabant, armorum ſocietate ſecum deuinciri vellent. 60.

§. 87. a. 10. Mauricii.

a. C. 591.

β) CHAGANVS item [anno imperii Mauricii decimo] pacta tributa augeri a Caeſare contendebat. cui cum aures non darentur, continuo bellum moliri, et Sclabenis bonum numerum parandorum actuariorum ad Iſtrum traiiciendum indicere. 60.

§. 88.

Ciues Singidonii Sclabenorum labores crebris impreſſionibus depopulantur, eorumque in fabricandis nauibus opera ignibus exurunt.

β) THEOPHANES & ANASTASIVS: *Chaganus — moliri. mox Singidonem obtinet* (πολιορκει. *deuaſtat*, Anaſt.); *et ad Sirmium* (Σερμιον) *caſtra metatur. Imperator autem* &c. vid. ad §. 89.

60. THEOPHYLACT. L. VI. c. 3. p. 146, 147. ead. vid. in Excerptt. de Legatt. l. c.

c) Meminerunt huius legationis tribus verbis Theophanes p. 226. Anaſt. p. 77. Cedr. T. I. p. 397. nulla facta Auarorum mentione.

60. THEOPHYL. L. VI. c. 3. p. 147. Theophan. p. 226. Anaſt. p. 77.

Imp. MAVRICIO. a. 10. Mauricii.

a. C. 598.

runt. Quocirca barbari vrbem d) obſidione circumdant. Quae, ad extremam deuoluta miſeriam, ſpe ſalutis exigua alebatur, cum
61. luce ſeptima Chaganus barbaris edicit, vti obſidione relicta ad ſe veniant. Quibus dicto audientibus, ab obſeſſis duobus daricorum e) millibus, menſaque auro illuſa, ac veſte acceptis, ab oppido recedit, confectisque paraſangis quinque, ad Mirſium caſtrametatur, ac multitudini Sclabenorum componendarum nauicularum ad amnem Saum transeundum negotium iniungit. Et ille quidem expeditionem vrget; hi iuſſa illico complexi, et conſtitutos decuriones ad opera exigenda metuentes, curandae nauigationi operam dant.

§. 89.

Fabricatis igitur iam f) nauigiolis et in medio propoſitis, vicinum flumen barbari transmittunt. Chaganus partem copiarum ſegregat, quae praecurrat, Romanisque aduentus ſui terrorem iniiciat. Quinto die Bononiam accedit.

61. γ) Imperator Priſcum praetorem Europae declarans, extemporalem ei manum adiungit. Is legatum Saluianum creat, cui praecipit, vti cum mille equitibus clauſtra praeoccupet g). Saluianus Procianes tranſitum cingens, aggere excitato inſidet. Die quinto egreſſus, barbaris praecedentibus occurrit, ac ſe ad pugnam viribus imparem cognoſcens, intra clauſtrum ſecuritatis cauſa regreditur.

§. 90.

γ) THEOPHANES & ANASTASIVS: *Imperator autem Priſcum Europae ducem inſtituit. Priſcus Saluianum ſub ſe legatum eligit, et praecurrere ante exercitum iubet. In barbaros itaque irruptione facta, acrique conſerto proelio, penes Romanos ſtetit victoria. Cladis accepto nuncio, alium exercitum inſtruit Chaganus, et ad pugnam egreditur.* CEDRENVS: *Anno decimo, cum Chaganus apud Sirmium irrueret, imperator praefectum Europae Priſcum creat* —. reliqua vt Theophanes. *Saluianus armatorum ingenti mul-*

d) Σιγγηδόνα, Theophanes Σιγγιδόνα fere ſemper.

61. THEOPHYLACT. L. VI. c. 4. p. 148.

e) χρυσων.

f) τῳ βαρβαρῳ.

61. THEOPHYLACT. l. c. Theophan. p. 226, 227. Anaſt. p. 77. Cedren. T. I. p. 397.

g) χιλιοις τε καθοπλισας ἱππευσιν ἐκελευεν προκαταςχειν των ἐχυρωματων τα ασυλα.

Imp. MAVRICIO. a. 10. Mauricii.

a. C. 591.

§. 90.

Barbari cum ad fauces perueniſſent, vltra procedere vetabantur: propterea quod Romani in ſtatiuis manentes iis ſeſe opponerent. Hic inter vtroſque pugna atrox per diem totum commiſſa eſt; multisque barbarorum interfectis, Rom. legatus praeualuit. Prima noctis vigilia barbari ad Chaganum reuenientes, acta exponunt: qui mane Samurion [h] cum octo millibus mittit. Romani, copia tanta ſuperueniente nihil territi, proelio mordicus inſtant. Victis barbaris, Chaganus cum reliquiis accurrit. Saluianus innumerabili multitudine perculſus, tranſitu relicto, ſecunda noctis vigilia ad Priſcum eſt reuerſus.

§. 91.

Chaganus triduum in loco ante clauſtrum moratus, quarto die Romanos fugiſſe cognouit. Quinto die ſub primam aurorani iter inceptat, difficilemque locum illum pertranſit. Tertio die Sabulentum Canalin [i] dictum locum, inde Anchialum peruenit. Anchialo diſcedens, vbi martyris Alexandri aedem reperit, edacibus flammis eam pro ludo exurit. Inde tribus millibus diſtans, in ſpeculatores Romanos incidit; quos interceptos flagris, quid vellent, curioſe interrogat. Sed quanquam cauſſam itineris indagaret ſollicitiſſime, tamen, quoniam fictis eum reſponſis morabantur, liquidam veritatem (quod ei ſtomachum mouit) elicere non potuit. 62.

titudine conſpecta, deterretur et ad Priſcum reuertitur. Receſſu Romanorum cognito, verſus Anchialum Chaganus procedit, Sanctum Alexandrum intellige: et vaſto incendio locum omnem depopulatur. Inde Drizipera diuertit, et obſidionalibus machinis comparatis oppidum expugnare molitur. Driziperorum incolae pectus audaciſſime oppoſuere. Reſeratis enim portis, cum barbaris ſe fortiter congreſſuros, agitatis alioqui de deditione ſermonibus, minabantur. (Hi vero qui Drizipera habitant diutius e diuerſo aciem direxerunt; nam et portas abigentes, minabantur barbaros debellare, cum eſſent in formidine ingenti.

h) τον Σαμυρ.

62. THEOPHYLACT. L. VI. c. 5. p. 149. Theophan. p. 227. Anaſt. p. 77. Cedren. T. I. p. 397.

i) εις το λεγομενον Σαβυλεντι Καναλιν. vid. ſupra §. 89.

Imp. MAVRICIO. a. 10. Mauricii.

a. C. 591.

§. 92.

Poſt diem quintum Drizipera profectus, vrbem ſubigere aggreditur. Oppidanis fortiter ſe defenſantibus, die ſeptimo machinas expugnatorias fieri curat. Cum igitur ciuitatem ingens perturbatio inceſſeret, et ſpes ſalutis fluctuaret, incolae audaces ſe atque imperterritos fingunt. Nam portis reſeratis, oppidum circumſidentes ſeſe contemnere, et aequo Marte cum illis dimicaturos iactitant. Caeterum voce tantum et ſpecie quadam tenus congredientes, prae timore magno intra moenia haerent. Diuina autem quaedam prouidentia barbaros ab vrbe opprimenda cohibuit. Viſus eſt enim Chaganus medio diei videre innumeras Romanorum phalangas, vna frementes ex oppido procedere, et in campum ad animas in acie profundendas cupidiſſime properare. Hinc ſe in fugam ſubito coniicit, tametſi, quos viderat, aduerſarii nihil eſſent, niſi vana opinio, terriculamentum oculorum, et conſternatio animi.

§. 93.

Die quinto etiam Chaganus Perinthum (Romanis Heracleam) venit. Quem Priſcus vt inopinato conſpexit, rei incoeptandae moras interponendas non cenſuit. Conſerta igitur cum hoſtibus manu, eadem hora terga vertit, cum vim et impetum tam frequentis exercitus ſuſtinere nullo modo poſſet. Didymotichum autem cum peditatu ſe contulit k).

63. ANASTASIUS.

§. 94.

Anaſt.) *Tunc ſane, tunc temporis diuina illis affuit virtus. Manifeſta quippe meridiei luce Romanorum copias vrbe egredientes barbari cernere ſibi viſi ſunt, et ineundum armorum minitantes congreſſum; ex quo conturbati, in praecipitem fugam ſe proiicientes Perinthum ſe contulere.* CEDRENVS: *Cumque Anchialum veniſſet, vrbem eam incendit: inde Drizinem* (Δριζιν) *traiicit.*

63. THEOPHYLACT. L. VI. c. 5. p. 150. Theophan. p. 227. Anaſt. p. 77. Cedren. T. I. p. 397. ſeq. Zonar. T. II. p. 76.

k) ὁ των Ρωμαιων ϛρατηγος omiſit interpres.

a. C. 591.

§. 94.

δ) Poſt, Zurulum *l*) petens, muros pro tutamine habuit. Barbari vrbem circumdantes, Priſcum magna mole oppugnant. Quibus intellectis, imperator mirifice angebatur, timebatque exitum: et tanti caſus nuntio perturbabatur vehementiſſime. *ε*) Quarto die ſolers conſilium reperit. Accito quippe vno de corporis cuſtodibus, iuſſit, vt ſe barbaris capiendum vltro offerret, diceretque, ſe imperatorias ad Priſcum litteras apportare; quo barbari velut inſperatum adepti lucrum eas recitantes, auribus ipſi ſuis, quae ſcripta eſſent, perciperent, ex eoque perterriti et deluſi, copias domum reducerent. Earum litterarum exemplum infra ſequitur.

 Priſco

δ) THEOPHAN. & ANAST.: *Priſcus autem ſolius* (μηδε. *nec-quidem*, Anaſt.) *barbaricae aciei conſpectum ferre non ſuſtinens, Tzurulum caſtrum ingreſſus, diligenti cuſtodia vitam tutabatur: exinde ad obſidendum Priſcum animus barbaro principi factus. Quod cum ad Mauricium perlatum; quid ageret, dubius haeſit.* CEDRENVS: *Priſcus vero multitudini barbarorum occurrendum non ratus, Tzurulum petiit, ibique loci opportunitate ſe tutatus eſt* (εἰς Τζϋρϋλον εἰσελθων ἠσφαλησατο): *quem mox Chaganus obſedit. Id cum Mauricius intellexit, quid faceret dubius* &c. Haec etiam ZONARAS: *Verum Chagano cum infinita multitudine Thraciam ingreſſo, Rom. dux territus in caſtello quodam Tzuruli ſe concluſit. Mauricius autem barbarum obſidionem parantem tali ſolertia circumuenit.*

ε) THEOPHAN. & ANASTASIVS: *Bono tandem conſilio aduerſus innumeram barbarorum multitudinem armatur, et prudentia oppugnat. De excubitorum igitur numero vnum ad caſtra profectum in barbarorum poteſtatem ſponte prolabi donis ingentibus et pollicitis amplioribus ſuadet* (μεγαλαις δωρεαις και ὑποσχεσεσι): *ac vna ſimul litteras ad Priſcum ei committit, in haec verba. Nefariorum ——ne reformides: qui quidem exitio ipſis erit. Chaganum cum magno dedecore in aſſignatam ſibi a Romanis prouinciam certo ſcias reuerſurum. Quare Gloria Tua Tzuruli perdurabit et Chaganum circumuertet et pro libito circumagitabit* (περιρεμβων αυτον) *copioſam* [addit interpres] *claſſem mari tranſmittimus, captiuitatemque hoſti paramus: qui*

l) Τζϋρϋλον.

Imp. MAVRICIO. a. 10. Mauricii.

a. C. 591.

Priſco vtrarumque Thraciae copiarum duci illuſtriſſimo

S.

„Nefandorum barbarorum conatus nihil penitus pietatem noſtram conturbauit: quin contra potius ad eos diſperdendos diligentiores reddidit. Sciat hoc Tua Gloria, Chaganum infeliciter, cum dedecore, multis ſuorum deſideratis in prouinciam ſibi a Romanis definitam, velit nolit, reuerſurum. Quocirca Zuruli cum fortunatiſſimo exercitu Tua Gloria perſeuerabit, et execrabiles Abaros circumuagari faciet. Claſſem enim et claſſiarios per mare miſimus, qui familias eorum inuadant, et captiuos abducant: vt ſic deteſtandus Abarum dux m) e ſolo noſtro in terras ſuas recedere compellatur„.

Perſonatus ille tabellarius die ſeptimo iuſſa exſecutus intercipitur: litteras imperatorias libens tradit. Chaganus patria lingua per interpretem cognitis, quae illic exarata extabant, aſtu deluditur: magnopereque rebus ſuis diffiſus, pauxillum auri in conditione a Priſco accipiens, in ditionem ſuam redire maturat. Vis enim deceptionis barbarum mirabiliter domum diſpellebat.

Dux, inſtante iam hyeme, exercitum dimittit, Byzantiumque redit.

alioqui cum dedecore et damno domum reuerſurus eſt. Chaganus interceptis litteris ſcripta legit, et vna metu conſternitur: pactisque cum Priſco conditionibus, leuium et nullius pretii munerum acceſſione contentus, compoſuit pacem, et maxima qua potuit fuga ſe ſurripuit. CEDRENVS iisdem, quibus Theophanes, verbis omnia. ZONARAS: *Litteras ad Priſcum ſcribit, monens, vt obſidionem toleret. Nam barbarum intra exiguum tempus cum ignominia receſſurum: miſſis enim in eius regionem triremibus, domibus eorum direptis, vxores et liberos captiuos abduci. Eas litt. cuidam tradit, ac mandat, vt in itinere ad Priſcum de induſtria ſe barbaris offerat: quo facto, cum Chaganus, lectis litteris, ſuis timeret, pacem cum Priſco facit, pauciſque muneribus acceptis, domum redit.*

m) μεΤ αἰσχυνης και μεγαλης ζημιας. omiſit interpres.

CAPVT

CAPVT XI.

Imp. MAVRICIO.

Foedus Auaros inter et Romanos ſubſiſtens, horum contra Slauos expeditionibus ſaepius concuſſum;

ab a. C. 592—597.

§. 95.

a. C. 592.

a. 11. Mauricii. 64.

α) VERE ineunte Priſcus auctoritate imperatoris ad Iſtrum mouet, vt ab eo Sclauorum gens a) flumen traiicere prohibita vel nolens ſecuritatem et otium Thraciae praeſtaret — b). Chaganus de infeſto Romanorum aduentu certior factus legationem ad Priſcum mittit. Ex qua *Cochus* c) quidam barbarus hunc in modum diſſeruit.

„Quid hoc rei eſt? o dii immortales! Quibus proprium erat religiones colere, iis nunc facile ac promptum eſt impie agere. Pacem Romani violarunt, foederis lex violata eſt, ſal pactionis infatu-

α) THEOPHANES & ANASTASIVS: *Hoc anno* [vndecimo Mauricii] *imp. Mauricius Priſcum cum Romanorum copiis omnibus ad Iſtrum flumen ablegat, vt Sclabinorum gentes amnem traiicere* (*molientes*, addit interpres) *impediret. Cum vero Doroſtolum veniſſet, Chaganus de eius aduentu certior factus, legatos miſit, qui Romanos bello initium atque occaſionem dare queſti ſunt. Reſpondit Priſcus. Bellum in barbaros* [*Abaros* legendum eſſe, ex Theophylacto liquet] *moturus minime miſſus ſum, ſolas Sclabinorum gentes a me coërcendas iuſſit imperator.* reliqua ad Slauos pertinent, vbi vide.

64. THEOPHYLACT. L. VI. c. 6. p. 151. Theophanes p. 228. [ex quo annum adſcribo] Anaſtaſ. p. 78. etiam Cedrenus T. I. p. 398. expeditionis hoc anno contra Slauos ſuſceptae meminit, ſed nihil ibi de Auaris.

a) τα των Σκλαβηνων γενη.

b) Hic omiſſa ad Slauos pertinent. cf. *Slauica* §. 63.

c) ὁ Κοχ.

Imp. MAVRICIO. a. 11. Mauricii.

a. C. 592.

fatuatus: fidei reuerentia euanuit: ſequeſtre iusiurandum periit. Iſter hoſtile ſpectaculum, et Priſcum, qui paulo ante pacem Romanis et Abaris deſponderat, ferro armatum videt. Iniquus es, Caeſar, dum fraude mala bellum nefarie ſtruis. Non eſt imperatorium, quod moliris: non ſunt ab auctoritate iſti ſpiritus: conſilium iſtud eſt praedatorium: palam execrabile eſt factum tuum. Aut coronae ornamentum depone, aut poteſtatis decus ne corrumpe. Vos barbaros ad nequitiam inſtituiſtis. Foedus diſſoluere neſciſſemus, niſi vos mendacii magiſtros inueniſſemus, qui a bello nunquam feriamini, et pacem nunquam complectimini. Dum bellum geris iniuſtus es: dum foedus percutis, moerorem ac dolorem affers. Et

65. quando tandem credi poterit, te quietem ab armis diligere? Quam nuper vobis humanitatem exhibuimus, Priſce dux reuerere.[d] Tanquam amicos non hoſtes futuros vos ſeruauimus. Pro humanitas! quae nobis aegritudinem periculumque parturis. Qui nobis ſalutem ſuam debent, nunc longe aliud remetiuntur, et nos iuxtaque deos ipſos oppugnant. Obſidetur enim arx ſacramenti, et quod praeſtantius eſt, a deteriore vexatur, et dolus libere graſſatur: et mendacio principatus committitur, et iniuria palam exercitum ducit. Si igitur tu dux, vires tuas infirmas, noſtras contra validas agnoſcens, nos reuerebere, damnum tuum praeter pudorem nullum erit. Sin autem, vltio tibi magiſtra fiet, quae cum cladibus poenitudinem adducet„. Hac oratione finita, cum milites grauem ex ea moleſtiam doloremque traxiſſent, Priſcus audaciae et loquentiae barbarae veniam impertiuit: nec tam proteruae linguae quidquam opponens, bellum hoc aduerſus Sclabenos ſuſceptum eſſe confirmauit. Non igitur pactis et foederibus cum Abarum gente initis etiam in *Getas* expeditionem impediri[e].

§. 96.

66. GEPAES transfuga inito cum Alexandro Romanorum duce de Muſocio et Sclabenis perdendis conſilio, omnibusque rite diſpoſitis

65. THEOPHYLACT. L. VI c. 6. p. 172.

d) την χθες, στρατηγε, φιλανθρωπιαν αιδεσθητι.

e) Quae ſequuntur, vid. in *Slauicis §. 64. ſeqq.*

66. THEOPHYL. L. VI. c. 9. p. 156.

Imp. MAVRICIO.

a. C. 592.

ſitis, ad Sclabenos ſe recipit f)]. Quibus etiamnum ex Abaricis cantilenis conſopitis, Alexandro ſignum dat. Is in eos irruens ſomno et vita pariter multat. a. 11. Mauricii.

§. 97.

a. C. 594.

a. 13. Mauricii.

α) [ANNO imperii ſui decimo tertio] imperator ʻPriſcum exauctorans g), Petrum fratrem Romanarum copiarum praefectum inſtituit. Cuius rei Priſcus adhuc neſcius, cum copiis, quas in regione barbara h) haerere moleſte ferret, amnem tranſit. Timebat enim, ne a barbaris de ſubito irruentibus diriperentur. Chaganus, ʻRomanorum deſcenſu audito i), etiam atque etiam admiratus, per internuntium reditionis huius cauſſam ſtudioſe exquirit. Priſcus qua poteſt verborum probabilitate Chaganum ludit. 67.

§. 98.

Poſt triduum nuntiatur Priſco, Chaganum in Romanos immiſſurum, et iam Sclauos k) Iſtrum iuſſiſſe traiicere l). Vere enim eorum felicitate dolens, ira inflammabatur. Caeterum Targitius et nobi-

α) THEOPHANES & ANASTASIVS: *Hoc anno* [vid. marg.] *imperator — inſtituit. ʻDe ſua exautoratione Priſcus certior factus* [haec in graeco non leguntur, vt neque apud Anaſt.] *eductis ſecum ante Petri aduentum ʻomnibus copiis* (τας δυναμεις) *amnem traiicit. ʻVt Rom. acies vlteriorem ripam ſuo tranſitu obtinuiſſe Chaganus intellexit* (ὁ δε χ. την μεταβασιν τȣ Ρωμαϊκȣ λαȣ

f) Locum integrum vid. in *Slauicis* §. *68 — 70.*

67. THEOPHYLACT. L. VI. c. 11. p. 159. Theophan. p. 230. ex quo annum adſcribo. Anaſtaſ. p. 79.

g) ἀποχειροτονει τον πολεμαρχον.

h) Slauorum puta, in qua Priſcus hiberna agere ab imp. iuſſus erat. vid. *Slauica* §. *72.*

i) ἀκηκοως τȣ Ρωμαϊκȣ την ἀποβασιν.

k) τα των Σκλαβηνων πληθη.

l) Quae hic ſequuntur vsque ad §. 101. etiam in Excerptis de Legatt. p. 178 — 180. ex eodem Theophylacto adferuntur.

nobilitas m) arma diſſuadentes, ipſum Romanis immerito iraſci affirmabant. Magno igitur animo Priſcus oratorem ad Chaganum mittit, Theodorum nomine, hominem ingenio dexterum et ſagacem, profeſſione medicum, lingua liberum, 'qui velut firmo cinctus praeſidio ad Chaganum veniebat n). Barbarus propter res ſecundas conceptis ſpiritibus non parum ſuperbiebat, ſeque omnium gentium dominum gloriabatur, nec reperiri ſub ſole, qui ſibi poſſet reſiſtere. Quocirca legatus, antiquitatis bene peritus, hominis inſolentiam atque faſtidium exemplo quodam compeſcit: quod apponere non erit inſtituto alienum. Dicebat ergo, audi Chagane priſcam quandam et ſapientiae plenam hiſtoriam.

§. 99.

Hoc exordium vbi barbarum attentum fecit, ſic Theodorus continuauit. „Fuiſſe aiunt aliquando Seſoſtrin, hominem nimis
68. quam felicem, et Aegypti regem illuſtriſſimum. Hunc diuitiis circum-

ἀκηκοως), id ſatis miratus, miſit ad Priſcum, cauſam nimirum percunctaturus, ac ſimul praedae partem conſequi apud ſe conſiliatus: (ſicque amnem tranſire, Anaſt.) *atque ita demum amnem 'ipſe'* (addit interpres) *transueheretur. Quam moleſte enim ferebat proſperum quippiam Romanis ſuccedere. Ad Chaganum itaque legationem de his Priſcus inſtruit, Theodorum videlicet medicum, virum animi ſolertia et prudentia inſignem. Qui cum tumidos Chagani ſpiritus, eiusque reſponſa arrogantius data, (cunctarum quippe nationum ſeſe praedicabat dominum. (ἠπειλει γαρ παντων των ἐθνων ἀυτον ἐιναι κυριον. minas enim praetendebat, ſe cunctarum eſſe gentium dominum iactans.* Anaſt.) *animo percepiſſet: barbaricam hominis inſolentiam antiqua narratione demulcebat. Ad eum itaque conuerſus: Audi, inquit, Chagane, narrationem tibi profuturam. Seſoſtris* &c.

m) *τῳ ὀντι γαρ ἐχαλεπαινεν, ἐνεκοτει (ὁτι ἐχαλεπαινεν ὁ χαγανος και ἐγ σκοτει* &c. Excerpt. de Legatt.) *τε λιαν ἐνευδοκιμηθεισαις των Ῥωμαιων δυναμεσιν· ὁ μεν ὀυν Ταργητιος (δυναμεσιν. ὁι μεν των Βαρβ. λογαδες.* Excerptt. de L.), *ὁιτε των Βαρβ. λογαδες* &c.

n) *ὁυτος δε κρατaιος προς τον χαγανον ἐγινετο.*

68. THEOPHYLACT. L. VI. c. 11. p. 160. Theophan. Anaſtaſ. ll. cc.

Imp. MAVRICIO. a. 13. Mauricii.

a. C. 594.

conſluxiſſe, potentiaque et viribus inuictum extitiſſe, vetus eſt narratio. Eo autem dementiae velut per crapulam proceſſiſſe, vt currum inauratum inſertis gemmis pretioſis conſcenderet, cui, relictis equis et mulis, victos ab ſe reges ſubiungeret, qui illum miſeri in forum protraherent. Hic igitur rex Aegyptius cum in proſperitate ſua moderationem animi non adhiberet, ſed palam et ſaepius victis regibus de calamitate inſultaret, ferunt quendam ex currum trahentibus, cum forte magno et inſigni die feſto frequens populus conueniſſet, noluiſſe trahere: crebroque retro conuerſis oculis, rotae volubilitatem contemplatum eſſe. Cum ita currus inaequaliter traheretur, propterea quod trahentes non paribus ſimul momentis traherent; rex toties reſpicientem compellans, Quid eſt, inquit, bone vir, quod oculos in tergum toties retorques? quid ita rotas aſpectas? quonam abiuc inhias? Tum ille cordate, Miror, ait, tam varios rotarum motus. Earum quippe partes in altum ſublatae, rurſus in humum deſcendunt, iterumque aſcendunt, quae deſcenderant. His auditis, narrant Seſoſtrin ad modeſtiam correctum eſſe, mandaſſeque, denuo iunctis mulis, a collo regum iuga demi. Haec tibi documento ſint, Chagane, felicitate nihil eſſe inconſtantius „.

§. 100.

β) Chaganus hominis in admonendo lenitate commotus, faſtum abiicit, confidentiam comprimit, ad pacem ſe dat; et poſtquam horis pluribus conticuit, tandem Theodorum his affatur. „Noui imperare animo meo cum limites egreditur: noui iram debellare, ſed in tempore. Deſino Priſco iraſci, Theodore: ille viciſſim ex aequo et bono mihi amicus eſto o). Partem praedarum

 Chaga-

β) THEOPHANES & ANASTASIVS: *Subriſit Chaganus his auditis, et pacis foedera ſe ſeruaturum promiſit: in poteſtate vero Priſci ſtare, qua parte ſpoliorum vellet, ſe donatum relinqueret* (ἐστι ἀν θελη των λαφυρων τον χαγανον τιμησαι. Deſunt haec apud Anaſt.). *In tranſitus itaque conceſſi mercedem captiuos omnes* (την αἰχμαλωσιαν. *praedam* Anaſt.) *Priſcus Chagano reſti-*

o) ἔςω δε μοι και αὐτος φιλος ἐπιεικης.

Imp. MAVRICIO.

a. C. 594.

a. 13. Mauricii. Chaganus conſequatur. In ditionem meam inuaſit: ſubditos meos afflixit. Bona inde parta communia ſunto„. Poſthaec mira humanitate tractatum ad Priſcum remittit Theodorum, cui Theodorus barbari verba renuntiauit.

§. 101.

Die altero Priſcus acto conuentu Romanos hortatur, vti barbarum praedae ſocium fieri patiantur. Romani tunc, quid expediret, non conſiderantes, duci aduerſantur, qui multis, variis, prudentiſſimisque ſermonibus eo illos adegit, vt aliquid de ſpoliis bar-
69. baro donandum putarent. Dant igitur Chagano barbaros captiuos, et reliqua praeda ſibi retenta, controuerſiam omnem dirimunt. Chaganus libenter illis receptis, per regionem ſuam tranſitum Romanis permittit p). Ita illi quinque millibus captiuorum redditis, Drizipera veniunt. Dux Byzantium proficiſcitur, quem Mauricius de ſtultitia facti reprehendit, vt qui barbaro partem praedae ſine iudicio reſtituerit q).

§. 102.

a. 15. Mauricii.

a. C. 596.

70. γ) [ANNO decimo quinto Mauricii r)]. Sexto die [poſtquam Nouis, ad quam vrbem, contra Sclabenos s) expeditionem ſuſcipiens, caſtra poſuerat, Petrus diſceſſit] mille viros ad hoſtes explorandos

tuit, ipſe retentis ſibi ſpoliis (τα δε λαφυρα παντα) *amnem 'iterum'* (addit interpres) *traiecit ſine periculo. Chaganus his acceptis mirum in modum laetatus eſt: Priſco vero Byzantium reuerſo, Petrus in exercitus ducendi munus ſucceſſit.*

(γ THEOPHANES & ANASTASIVS: — *coniiciunt.* — *Quod cum ad Chaganum renunciatum fuiſſet, legatos ad Petrum decreuit, qui*

69. THEOPHYLACT. L. VI. c. 11. p. 161. Theophan. p. 230. Anaſtaſ. p. 79.

p) των δε λοιπων λαφυρων αμετοχον αυτον ποιησαμενοι διαλυσεσι (f. διαλυσεσι) το αμφιβολον. ασμενισας τοινυν ὁ χαγανος την των βαρβαρων αποδοσιν, χωρον εδιδε ταις διαβασεσιν.

q) Hactenus etiam Excerpta de Legatt. p. 180.

70. THEOPHYLACT. L. VII c. 4. p. 170. Theophan. p. 232. Anaſtaſ. p. 80.

r) Annum ex Theophane adſcribo.

s) Vide *Slauica* §. 75, 76.

cuſtodes legit, qui in mille Bulgaros praeter opinionem incurrunt. Barbari, tanquam pace inter Romanos et Chaganum compoſita, ſecuri nihilque ſollicitii porro gradiuntur, in quos Romani, ducis ſui voluntate, tela coniiciunt t)— Chagano barbari, quae ſibi euenerant, coram ediſſerunt. Ille Petro per legatos foederis violati crimen exprobrat. Petrus legatos verbis ad fidem faciendam compoſitis deludit, et delicti huius in ipſum admiſſi v) ignorantiam praetexit. Quamobrem donis inſignibus, et ſpoliis praeterea vltro in poenam reſtitutis, barbarum ad beneuolentiam traducit x).

CAPVT XII.

Bellum Romanis ab Auaris illatum; Singidon capta; Dalmatia ab Auaris vaſtata; Res ab Auaris infeliciter geſta;

a. C. 597, 598.

§. 103.

a. C. 597.

a. M. 6090. a. C. 590. a. 16. Mauricii.

a) [ANNO decimo ſexto Mauricii] Initio veris Priſcus Byzantio diſcedit, copiisque in Aſtica congregatis et recenſitis ma- 71.

X x x x 3 gnum

hoſtilem hanc aggreſſionem incuſantes, Romanos nulla iuſta de cauſa pacem ſoluiſſe quererentur — praetexit: duplicata ſe nihilominus ipſis ſpolia dare omnia: atque ita barbari ſpoliis, quae amiſerant, dupla ſorte receptis, pacem ſeruauere.

a) THEOPHANES & ANAST.: *Hoc anno* (v. marg.) *dux Priſcus in Thraciam profectus exercitum recenſuit — deprehendit. Iis eductis*

t) Hic omiſſa vid. in *Bulg.* §. 9.

v) τε σφαλματος.

x) και λαφυρων ζημιαις μεταντιδησι τον βαρβαρον προς ευμενειαν. Quae hic ſequuntur vid. in *Slauicis* §. 76 *ſeq. Quarto die* &c.

71. THEOPHYLACTVS L. VII. c. 7. p. 173. Theophan. p. 232, 230. Anaſt. p. 80.

Imp. MAV-RICIO. a.M. 6090. a. C. 590. a. 16. Mauricii.

a. C. 597.

gnum Romanorum numerum periiſſe deprehendit. Quare cum Praetorem neglecti officii accuſare apud imperatorem vellet, tamen ducis militis quorundam motus, eius delicta diſſimulanda exiſtimauit. c) Quintis igitur et decimis caſtris, et Iſtro amne transmiſſo, quarto die Nobas ſuperiores venit. Eo reſcito Chaganus per legatos ex Priſco aduentus cauſſam exquirit. Reſpondet Priſcus, quia loca illa ad venandum et equitandum natura accommodata ſint, et aquis abundent. Chaganus docet, Romanos in regione aliena pedem ponere, et Priſcum foedus transgredi, occulteque pacem conuellere. Priſcus
72. haec contra: Romanum eſſe ſolum. Et barbarus: armis ac iure belli Romanos id amiſiſſe. Chagano igitur rixante, et ſuper his locis diſceptante, Priſcum et ex oratione fugam obieciſſe ferunt.

§. 104.

b) Sed quoniam de Scythis ad Caucaſum et Boream habitantibus mentio illata eſt, agedum, quae maximis hiſce gentibus per haec tempora acciderunt — prodamus. Chaganus in oriente a Turcis celebratus c), legatos ad Mauricium imperatorem mittit, cum epiſtola, in qua de triumphis ſuis gloriatur. — Sane principem gentis Abdelam — bello hic Chaganus ſubegit — Abarum [Orientalium] quoque nationem in ditionem ſuam redegit. Nolim autem quemquam opinari, me huius temporis res mala fide commemorare, dum

ad praedas circa Iſtrum fl. abigendas ſe contulit. (παραγενεται εις νομας. *Venit ad fl. Iſtrum et Nouas.* Anaſt.) — *venandi gratia ſe acceſſiſſe praetexere. Ad quem Chaganus: nefas, ait, alieno in ſolo te venatum exercere. Priſcus contra propriam aſſerere finitum, et Chaganum ex oriente transfugam affirmare et exprobrare. Eapropter* &c.

a) Haec vsque ad §. 104. *gloriatur:* etiam in Excerptis de Legatt. p. 189, 190. ex eodem Theophylacto aſſeruitur. — *Obieciſſe ferunt. Inſtante namque aeſtate Chaganus in oriente* &c.

72. THEOPHYLACT. L. VII. c. 7. p. 174. Theophan. Anaſt. ll cc.

b) Locum integrum vide in Turcicis.

c) ὁ ηγεμος της απο των Τερκων Χαγανος υμνουμενος. Turcorum princeps, qui et ipſe Chaganus vocabatur.

Imp. MAVRICIO.

a. C. 597.

dum ſentit Abaros eſſe barbaros illos, qui in Europa et Pannonia ſedes habent, eoque ante Mauricii tempora aduenerunt. Falſo enim id nomen barbari Iſtrum accolentes vſurpant. Vnde porro et illis genus, infra d) dicetur. a.M. 6090. a. C. 590. a. 16. Mauricii.

Ergo deuictis a Chagano Abaris (ſurſum enim redeo) alii eorum ad *Taugaſtenſes* confugerunt (eſt autem Taugaſt Turcarum nobilis colonia, ſtadiis mille quingentis ab India diſtans—); alii e) propter amiſſam libertatem humiliorem ſortiti conditionem, ad *Mucritas* qui dicuntur, Taugaſtenſibus viciniſſimos, ſe contulerunt, ad proelia ineunda tum propter quotidiana belli exercitia, tum propter tolerantiam in periculis eximio animorum robore praeditos f).

§. 105.

g) PER idem tempus et *Tarniach* et *Cotzageri* (hi populi etiam ex Var et Chunni gentibus erant,) a Turcis profugi Europam immigrant, et Abaribus Chagano ſubiectis ſe admiſcent. Traditum eſt etiam, *Zabender* ex Var et Chunni propagatos. Qui ad Abaros acceſſerunt, eos ad decem millia fuiſſe plane compertum eſt. 73.

§. 106.

β) DECIMO die (nam ad Priſci res regrediemur) nuntii in eius tabernaculum apportantur, barbarum Singidonis muros euertiſſe, ac ciues deſerto lare in hoſtium regionem habitatum compel- 74.

β) THEOPHANES & ANASTASIVS: *Eapropter* (v. ad §. 103. allata) *barbarus euerſis Singidonis moenibus, in Romanam ditionem penetrauit. Eo comperto ad Iſtri inſulam confert ſe Priſcus, et conſcenſis agitatisque dromonibus, Chaganum adloquuturus Conſtantiolam proficiſcitur. Ad fluminis autem ripam conſiſtenti Chagano Priſcus e nauigio* (*triſtis*, Anaſt.) *colloquium habebat. Tum Chaganus ad Priſcum. Quid tibi, amabo, Priſce, cum ditione*

d) p. 175. Vide ſupra §. 3.

e) ἕτεροι τῶν Ἀβάρων.

f) Reliqua ad Turcos pertinent, vbi vide.

73. THEOPHYLACT. L. VII. c. 8. p. 176.

g) Cfr. *Turcica*.

74. THEOPHYLACT. L. VII. c. 10. p. 177, 178. Theophan. p. 233. Anaſt. p. 80.

Imp. MAVRICIO.
a. C. 597.
a.M. 6090. a. C. 590. a. 16. Mauricii.

pellere. Ille h) nihil cunctandum ratus per fluuium inſulam in eo poſitam i), et a Singidone triginta milliaribus diſſitam petit. Ibi copiis expoſitis celocibus (quas vulgus dromones appellat) Conſtantiolam allabitur: quo in loco de Singidone cum Chagano ſuper ripa fluminis conſidente in colloquium venit. Priſcus e naui verba faciebat.

§. 107.

Aiunt igitur Chaganum priorem his verbis Priſcum compellaſſe:

„Quid vobis, Romani, cum prouincia mea? quid vltra quam fas, pedem profertis? Iſter vobis externus, eius vnda hoſtilis eſt. armis hunc acquiſiuimus: haſtis hunc ſubegimus. Apage cum facinore iſtoc tam iniquo, Priſce: ne quietem, quam vobis tot dona in nos profecta pepererunt, diſturba. Reuerere foedus: reuerere cautionem ſacramenti. Bonum conſilium audendi impetum, et futura vtilitas aggreſſionem negotii antecedat. Ne poſt malum adeptum conſultemus. Prius quam incipias, deliberato opus eſt. Praecipiti iſta temeritate temet laedis. Qui male conſuluit, ei primo coepta nocent. Inſidioſe et fraudulenter bellum geris, o dux. Pacem et conflictum ſuſtuliſti, dum foedus facis, vt amicus, et oppugnas

mea? Vt quid eam dolis occupare moliris, et e manibus meis eripere. Iudicabit Deus inter me et imp. Mauricium: et ex eius manibus mei Romanorumque exercitus ſanguinem repoſcet. Ad haec Priſcus *** [deeſt aliquid, quod ita ſupplet Anaſtaſius: *Econtra Priſcus, Syngidonem, inquit, redde Romanis ciuitatem.*] *Subinfert Chaganus. Non vrbem vnam a nobis repetere conſilium eſt? Scito quinquaginta alias Romani imperii vrbes barbarorum virtute ſubigendas te breui conſpecturum. Priſcus vero nauibus ad Singidonem applicatis, vrbem depopulatus Bulgaros ex ea eiecit* [quae ſequuntur, deſunt apud Anaſtaſium] *et murum exaedificare coepit. At Chaganus legatis ad eum miſſis, fictorum deorum fidem obteſtatus, de iis quae commiſerat, apud ipſummet grauiter conqueſtus eſt* (κατατιωμενος των γενομενων τον Πρισκον). *Ingruente porro hyeme vterque patrios lares reuiſit.*

h) και ουν ο Πρισκος ... λιμενιζεται, αυτη δε επι το
i) εις Σιγγαν την νησον ελ- ..ευθερον τω Ιστρω εχει την ιδρυσιν.

Imp. MAVRICIO. a. M. 6090. a. C. 590. a. 16. Mauricii.

a. C. 597.

pugnas tamen vt hoſtis. Aut alterum igitur horum deſere, 'foedus, inquam, et aperte arma infer k); aut quietem ne turba. Inſuper haec ad verbum effatus eſt. Iudicet Deus inter Chaganum et imp. Mauricium, et is aliquando retribuat„.

§. 108.

Tum Priſcum Chagano huiusmodi reſponſum reddidiſſe acce- 74.
pimus: „Heus tu iniuria Singidonem laedis. Quid, moenibus eius deſtructis, ciues transmigratione imperanda afflictas? Quaſi iniuriam acceperis, ita ſaeuis. A Romanis te violenter inuadi rumorem ſpargis. Sine vexatum abs te populum reſpirare. Abſtine ab vrbe, quam calamitatum fluctus inundant. Miſerere illius, quam toties ipſe depopulatus es. Praeſcribe modum auaritiae. Fac in medio aliquid relinquat. Doce illam mediocritatem. Iube aliquousque progreſſam conſiſtere. Equidem plures mundos auiditati tuae non pu- 75.
to ſufficere. Voluntas infinite cupida ſtabile imperium non adipiſcitur. Nihil inexplebile fixum ac firmum eſt. Quod ad menſuram non exigitur, nec proprium effici ſolet. Acquiri, quod immenſum eſt, non poteſt. Non congruentia diſcordiis ſemper obnoxia ſunt. Adde metas cupidini, ſatietate inſatiabilitatem perſequere. Oculi nunquam explentur: ſemper noui aliquid, vt moroſus aegrotus, concupiſcunt. Fortuna hominibus facta remetitur, et mutationibus contra reſpondet. Felicitate nihil fluxum magis. Victoria eſt pennatiſſima, et labiles triumphorum pedes. Non eſt ſempiterna trophaeorum conditio. Hunc diem ridentem, roſeaque et crocea pulcritudine iucundum, totumque (vt verbo dicam) lucidum, ac ſplendidum aſpicis. Cras alium, triſtem ſimul et deformi habitu, nebula multa circumfuſum, et nubium multitudine (vt ſummatim dicam) foede atratum videbis.

§. 109.

Hic Chaganus ira ſtimulatus dicentem interpellans, multas adhuc vrbes ſeſe euerſurum minitatur: relictaque ripa, vbi ſedebat, in

k) Addit haec interpres.

74. THEOPHYLACT. L. VII. c. 11. p. 178. Theophanes et Anaſtaſ. ll cc.

75. THEOPHYLACT. L. VII. c. 11 p. 179. Theophan. & Anaſt. ll cc.

Imp. MAVRICIO.

a. C. 597.

a. M. 6079. a. C. 579. a. 16. Mauricii. in tabernaculum ſuum reuertitur. Priſcus Gudoin accerſitum, ſumptis copiis, Singidoni ſuccurrere iubet. Gudois Singidonem, duobus fluminibus Sao et Drao cinctam, nauigat. Barbari vt Romanos nauibus compactis adnauigare conſpexerunt, currus ante oppidum pro munimento ſeu vallo obiiciunt. Verum eorum impetum non ſuſtinentes, ſimul etiam incolas metuentes, in fugam ſe conferunt. Ita Priſcus populum miſeriis circumuentum conſeruauit. Altero die muros circum vrbem reaedificant. Quod acerbe ferens et tabeſcens animo Chaganus, miſſis ad Priſcum nuntiis, foedus palam renuntiat, ac luce decima coacto exercitu ſuo in ſinum Ionium ducit.

§. 110.

a. 17. Mauricii.

a. C. 598.

75. γ) Prope hoſce locos poſita eſt Dalmatia regio. Multis igitur caſtris barbarus Banges [l]), vt dicuntur, venit, oppidoque operibus

γ) THEOPHANES & ANASTASIVS: *Hoc anno* (decimo ſeptimo Mauricii) *Chaganus collectis omnibus copiis in Dalmatiam ſuſcepit expeditionem. Balben* (*Baleam* Anaſt.) *et circumpoſitas metropoles* (*quadraginta*, Anaſt. et Cedrenus) *omnes deuaſtauit. Rei fama excitus Priſcus Gunduem quae ab hoſtibus admiſſa fuerant exploratum miſit. 'Ille locis plane imperuiis iter agens, barbaros duos vino graues offendit'*, (και καταλαβων τȣς βαρβαρȣς δια δυσβατων χωριων την βαδισιν ποιȣμενος περιτυγχανει δυο βαρβαροις &c.) *eosque de barbarorum conſiliis interrogat. Reſpondent illi: millibus hominum duobus bene armatis Chaganum praedam commendaſſe, eamque omnem ad Bulgaris domeſticos lares agi* [perperam interpres *Bulgaris*: in gr. tantum: και προς τα οικεια αποςειλαι). *Eo comperto Gundues* {*Ille locis — Gundues* non leguntur apud Anaſt.] *in anguſta valle occultatur, et hoſtes a tergo ſummo diluculo adortus, ex improuiſo cunctos confertim occidit, et recuperatam praedam ad Priſcum reduxit. Chaganus clade cognita propriam repetit regionem, et Priſcus pariter domum reuertitur.* CEDRE-

75. THEOPHYLACT. L. VII. c. 12. p. 179. Theophan. p. 233. Anaſtaſ. p. 80. Cedren. T. I. p. 399. Hi tres annum addunt.

l) Βαγκεις.

Imp. MAVRICIO.

a. C. 598.

ribus admotis in poteſtatem accepto, quadraginta inſuper caſtella vaſtauit. Quae calamitas vbi ad aures ducis accidit, Guduin cum duobus armatorum millibus ad res luſtrandas mittit. Is cum electis iter agit, ac viam regiam declinans, per loca difficilia ſemitasque incognitas graditur, necubi, hoſtili facie multorum barbarorum obuia, in extremum diſcrimen laberetur. Factus igitur barbaris propior, ex alta quadam ſpecula globum praetereuntem videt. Mox triginta [m] mittit, qui eorum veſtigia obſeruent. Per deuia igitur Romani iter carpunt, ac ſub ſecundam vigiliam noctis, quaſi in latebris quibusdam barbaros indagarent, in ſyluas per inſidias ſeſe condunt: medioque noctis virtute duce dormientes opprimunt. Duabus inde leucis in tres crapula vinoque graues admodum incidentes, captos quantum poſſunt examinant: omnia hoſtium molimina exprimunt: manicas iniiciunt, Gundui viros mittunt.

a. 17. Mauricii. 76.

Gunduis taxiarchus vbi Chaganum ad praedam cuſtodiendam duo millia conſtituiſſe ab iis didicit, nuntio laetus, ſe in valle quadam occultat. Barbari mane praedam aſſeruabant [n], cum Gunduis a tergo confeſtim inuadens, omnes interimit, praedamque receptam ad Priſcum gloriabundus transmittit. Chaganus, cognito aduerſo caſu, triſtitia multa obruitur. Ad menſes igitur decem et octo, atque etiam amplius, Romanis ac barbaris apud Iſtrum verſantibus, nihil ſcriptione dignum eſt actum [o].

NVS: *Anno decimo ſeptimo — exploratum mittit. Is cum in barbaros incidiſſet, per fauces iter facientes, duos ex iis vino obrutos capit: ex iisque diſcit, Chaganum bis mille armatis — agi* [in gr. haec iisdem verbis, quibus apud Theophanem, leguntur.] — *reuertitur.* [eadem omnia.]

76. THEOPHYLACT. p. 180. Theophan. p. 233, 234. Anaſt. p. 80, 81. Cedr. l. c.

m) πεζȣς ἄνδρας τριακοντα.

n) την προνομην διεσωζοντο.

o) His ſubiungit Theophylactus res anno decimo nono Mauricii geſtas, et capite ſequenti pergit: *Per hoc tempus Chaganus* &c. Quae de Dalmatia ab Auaris occupata Conſtantinus Porph. narrat (locum ipſum in *Slauicis* adfero §. 1. ſeq.) huc referenda eſſe autumat Pray Annal. P. H. L. I. p. 229.

CAPVT XIII.

Chagani mira in Romanos, hoſtes, humanitas. Exercitus Romanorum a duce Comentiolo proditus. Pax iuncta.

a. C. 599.

a.M. 6090. a. C. 590. a. 18. Mauricii.

§. 111.

a. C. 599.

77. α) PER hoc tempus a) Chaganus Abaris honoratus copias ſuas colligit, et ad Moeſiae Thraciam b) iter intendit, deinde Tomeam aggreditur. Quod vbi Priſcus reſciuit, vrbi afflictae cum auxilio adeſt. Romani igitur barbarique ad Tomeam caſtra habentes, quanquam hieme interueniente, perſeuerant.

§. 112.

Vere appetente Romanos fames occupat. Cumque Chriſtianis ſolennia mortis et reſurrectionis Domini ſaluatoris in foribus eſſent, Romanique commeatus inopia premerentur, inexpectata quadam prouidentia, Chaganus, legatione miſſa, ſignificat; ſi eis placeat, velle ſe eorum famem depellere. Priſcus petitionis nouitate

α) THEOPHANES & ANASTASIVS: *Hoc anno* [vid. marg.] *indictione tertia, menſe Martio Priſcus educto exercitu, Singidonem verſus proficiſcitur. Chaganus ex aduerſo collectis viribus ex inopinato in Myſiam irrumpit, et Tomoſiam vrbem occupare molitur* (*Tomeam* Anaſt.) *Quare Singidone relicta Priſcus ad eum proxime acceſſit. Imminente vero Paſchali celebritate*, *Romanis fame tabefactis, cum eorum penuriam percepiſſet Chaganus, conuehendo commeatui currus, quos etiam cibis onuſtos inſtrueret, ad ipſum mitti Priſco ſignificat*, [ſenſum graeci textus diſtinctius exprimit Anaſtaſius: — *audiens Chaganus*, *Priſco ſignificabat, vt ſibi plauſtra mitteret ad deportanda ſibi* (illis, Romanis) *alimenta* &c.] *vt proprium ſibi feſtum Romani cum epu-*

77. THEOPHYLACT. L. VII. c. 13. p. 181. Theophan. p. 234. Anaſt. p. 81. Cedren. T. I. p. 399.

a) Ad annum 19. Mauricii haec referre videtur Theophylactus coll. p. 180. tamen (§. 131.) anno 19. Mauricii nihil inter Romanos et barbaros geſtum eſſe dicit.

b) Θρακικην Μυσιαν.

tate anceps, haerere ac diffidere. Poſtquam vero inter vtrosque data et accepta eſt fides, dierum quinque compoſitis induciis; Chaganus eſurientibus plauſtra cibariis referta ſubmiſit. Quocirca vsque hodie barbarica iſta humanitas, vt admirabilis et praeter omnium opinionem exhibita, celebratur.

Die quarto, cum iam Romani rebus ad victum requiſitis abundarent, Chaganus a Priſco Indica aromata petit: cui ille morem gerens, piper, folium Indicum, caſiam et coſtum, vt vocatur, mittit. Barbarus donis Romanorum acceptis, et aromatibus delinitus, incredibiliter laetatur, et ab armis temperat, quoad publica illa et praecipua celebritas praeteriit. Habitabant igitur ſimul ſub iisdem penatibus extra omnem metum aduerſariae copiae. Feſtis diebus transactis, Chaganus per nuntios agmina ſecerni poſtulat. Ita Romani a barbaris ſeparantur.

§. 113.

β) Die ſexto, vbi comperit Chaganus c), Comentiolum venturum cum exercitu Nicopolim, aduerſus eum procedit. Comentiolus

lorum gaudio peragerent. Currus itaque quadringentos cibis probe refertos ad eos deſtinauit. Priſcus etiam viciſſim ſpecies Indicas — et coſtum et alia poſtulata miſit ad barbarum, qui tum ad Thermium [*Syrmium* Anaſt.] *ſedem poſuerat* (καθεζομενε τε χαγανε εις το Θερμον): *et id muneris laetantiſſime accepit: atque ita donec feſti celebritas expleretur, Romani cum barbaris permixtim et abſque diſcrimine conuerſabantur, nec in alterutrius caſtris terroris ſuſpicio ex huiusmodi ſocietate exorta eſt. Diebus vero ſolennibus iam elapſis, barbari a Romanis ſeiunguntur.* CEDRENVS: *Anno decimo octauo Priſcus copias ad Singidonem ducit. Chaganus vero exercitu ſuo collecto, repente in Myſiam irruit. Solennitas Paſchatis interueniens effecit, vt vtrinque pacati quieſcerent. Ea finita, induciae quoque diſſiluerunt. Cumque multis ſeſe mutuo cladibus affeciſſent, tandem exercitus Romanus partim caeſus, reliqui capti ſunt.* (reliqua v. ad §. 121.)

β) THEOPHANES & ANASTAS.: *Porro Mauricius ſuppetiis Priſco ferendis cum pedeſtri militum manu Comentiolum miſit. Chaganus*

c) Omiſit interpres.

Imp. MAVRICIO. a. M. 6092. a. C. 592. a. 18. Mauricii.

a. C. 599.

tiolus id reſciſcens, in Myſiam abit, et ad Zicidiba caſtra locat. Die ſeptimo ad Iatrum vrbem accedit. Barbarus viginti paraſangis a Romanis aberat. Nocte media dux Romanus ſecreto nuntium
78. ad Chaganum mittit. Deinde obiter, et quaſi in tranſitu loquens, militem arma capere iubet. Non enim dixit, illos mane conflicturos. Romani coniectantes ducem ſuimet cauſſa iubere arma expediri (quod exercitum in armis luſtrare vellet) tunicis ferreis pectora communiunt. Vbi ſol radios per terras diffudit, barbarorum ordines contra infeſtos tendere aſpiciunt. Tum conuicia in ducem iactantes d), ipſum, vt confuſionis iſtius dedita opera auctorem accuſant. Tumultu igitur ingenti excitato, barbarus altero lapide a Romanis conſtitit.

§. 114.

...uaros gradum ſiſtere, omnes ferro ſeſe
78. Romani ...inſtruunt: quodque male neglectum fuerat, id eis emendandi opportunitatem porrigit. Comentiolus autem perturbare ordines, et nunc quidem e media phalange in ſiniſtrum, nunc e ſiniſtro in dextrum cornu transferre. Qua commutatione multam in exercitum confuſionem perturbationemque induxit. Eos igitur, qui dextrum cornu tenebant, occulte monet, vt collectis vaſis repente fugam ineant. Quod illi pro beneficio ſingulari amplectentes, terga vertunt. Hoc viſo, reliquae copiae tumultuantur. Sole terris ablato, Romani duobus ab hoſte milliaribus in caſtra ſua redeunt. Abares e) loco heſterno non excedunt. §. 115.

nuncio accepto, aduerſus Comentiolum expeditione ſuſcepta, trigeſimum lapidem a Comentioli exercitu caſtra poſuit. Quare Comentiolus in magnas mentis anguſtias adductus legationem ad Chaganum deſtinauit. Mauricium ſane Comentiolo, vt Rom. exercitum a tumultibus concitandis deinceps compeſcendum aduerſariis proderet, [praecepiſſe] quorundam rumor extitit. Porro media nocte milites armari iuſſit, nec tamen ſe proelium initurum eſſe ſignificauit vnde milites exercitationis tantum ergo arma capeſſenda (σιδηρο-

78. THEOPYLACT. L. VII. c. 13. p. 182. Theophan. Anaſtaſ. Cedren. ll. cc.

d) αἱ μεν δυναμεις αἱ περι τον Κομεντιολον. Omiſit interpres.

78. THEOPHYLACT. L. VII. c. 14. p. 182. Theophan. p. 234 ſeq. Anaſtaſ. p. 81.

e) Αβαροι hic, et alibi ſemper Theophylactus.

Imp. MAVRICIO. a. M. 6092. a. C. 592. a. 18. Mauricii.

a. C. 599.

§. 115.

Nocte alta, ſpecie quorundam praecurrentium dux quibusdam
delectis et armatis, clam iubet vti fugam arripiant. Mane, 'vt bre-
uis ſim, ferro inſtructus f), venationem inſtituturum ſe poſt 4. mil-
liaria ſimulat, atque ita ſumma celeritate fugit. Meridie milites
Comentioli amentia perſpecta, eiusque cogitationibus intellectis, dan-
tes ſe in pedes, flumen g) traiiciunt, confuſioneque maxima qua-
draginta millia paſſuum a caſtris fugitant. Quod autem duce ca- 79.
rebant, metu ingenti tenebantur. Barbari ſequentes, Iatrum amnem
transeunt. Hoſte inſtante, Romani et formidine et conſilii inopia
conflictati, fugam ſummo conatu perſequuntur. Tum barbari trans-
itus munimenta (quas patria lingua cluſuras Romani appellare con-
ſueuerunt) circumſident. Magno Romanorum numero interfecto,
milites praeſidiarii in phalangem denſati, vi barbaros pellunt. Aba-
res aduerſus vim tantam impares, tranſitum deſerunt, quem Ro-
mani acri proelio recuperant.

§. 116.

Comentiolus foede fugiens, Drizipera venit: ad moenia vrbis adit: ad corpus calida abluendum introitum flagitat. Ciues imbellem ducem contumeliis et lapidibus abigunt. Ita ad longum murum diſcedit. Barbari, vt Romani receſſerunt, paulatim Drisipera procedunt, vrbem capiunt: aedem Alexandri martyris inclyti incendio excitato abſumunt, eiusque monumentum argento ornatiſſimum nefarie ſpoliant. Quin etiam corpus inde indigniſſime eiiciunt, mirificeque victoria elati, ad conuiuandum thoris diſcumbunt.

§. 117.

φοςειν) *ſe iuſſos arbitrati, non vt decuit pro certamine ſuſtinendo ſunt inſtructi. Aduentante luce, et iam barbaris irruentibus, ingens tumultus totum exercitum peruadit. Sane Comentiolus ipſe turbabat ordines, et confuſionis authorem omnino ſe praebebat: atque ita Romani in fugam verſi ſunt. Barbari nulla militiae lege compoſitum exercitum operti* (ἐυςηκοτες), *ſumma inhumanitate cunctos trucidant. Comentiolus turpi fuga ad*

f) τῳ σιδηρῳ, ὡς ἐπος ἐιπειν, ἐνοπλισαμενος.

g) τον γειτονα — ποταμον

79. THEOPHYLACT. L. VII. c. 14. p. 183. Theophan. Anaſt. ll. cc.

Imp. MAV-RICIO. a. M. 6092. a. C. 592. a. 18. Mauricii.

a. C. 599.

§. 117.

79. His itaque diebus Ieſus Dominus noſter—regnum ſuum Chagano nequaquam inteſtatum eſſe voluit. Paſſim quippe immiſſa peſtilentia barbaros deleuit, eratque malum indeprecabile, nec vlla medicina quantumuis ſollerter excogitata curabile. Itaque a Chagano ob Alexandrum martyrem tam ignominioſe tractatum poena commerita exigitur. Nam ſeptem eius filii bubone, 'ſeu peſte inguinaria[b]) corripiuntur, caloreque vehementi et igneo plane, et vno ſimul die extinguuntur. Sic Chaganus in victoriis ſuis infeliciter felix fuit.—

§. 118.

80. Comentiolum vrbem imperatoriam ingredientem rumores comitati ſunt, tumultuque eam peruadente, metus futura pericula depingebat: et vnusquisque aduerſae fortunae imagines animo repraeſentabat, etiam vigilans ſomniabat quodammodo. Eo igitur malorum res Byzantina delapſa eſt, vt de Europa deſerenda, et Aſia atque Chalcedone incolenda ciues ſerio cogitarent. Eſt autem Chalcedon e regione Byzantii, quae vitandae tempeſtati imminenti portus fore accommodatus videbatur. Imperator cogit milites, quos cum cuſtodibus corporis ſui (Romani excubitores vocant) et maxima parte ciuium Byzantiorum ad longum murum ab hoſtibus tuendum mittit. §. 119.

Drizipera ſalutem quaeſiuit, quem ciues contumeliis lapidibusque emiſis, vrbe expellunt (τȣ ἄςεως ἀποπεμπȣσιν). [*Porro—expellunt* deſunt apud Anaſtaſium qui ſuperioribus: *barbari ſeparati ſunt a Romanis*, ſtatim ſubiungit: *et Drizipera venientes* &c.] *Tum vero barbari Drizipera profecti, ciuitate direptioni tradita, in ſancti Alexandri templum incendio graſſati ſunt, cumque ſepulchri thecam argento ornatam reperiſſent, illuſis prius et contemtis martyris reliquiis, ornamentum omne ſacrilege ſpoliauere: 'inde coacta per totam Thraciam praeda, collectisque captiuis, ipſi multitudine, armis, ordine, neceſſariis bene inſtructa in Ro-*

79. THEOPHYLACT. L. VII. c. 15. p. 183. reliqui ll cc.

b) Addit interpres

80. THEOPHYLACT. L. VII. c. 15. p. 184. Theophan. p. 225. Anaſt. p.

81. Quae §. 119, 120. habes, leguntur quoque in Excerptis de Legatt. p. 180. *Cum Abari in Thraciam facerent incurſiones, Senatus monuit Mauricium* &c. eadem omnia.

Imp. MAV-RICIO.
a. M 6092. a. C. 592. a. 18. Mauricii.

a. C. 599.

§. 119.

Octauo die ſenatus Caeſarem de legatis ad Chaganum mittendis hortatur: qui accito Harmatoni eas partes mandat. Harmaton multis cum muneribus Drizipera venit. Chaganus praeſentes fortunas lamentans, amiſſionem filiorum, 'peſtiferumque copiarum exitium [1]), immenſo dolore proſequitur. Decem diebus ibi poſitis, Harmaton conueniundi [Chaganum] copiam impetrare non potuit. Erat quippe dolor vehemens, vt dixi, nec leuandae calamitati vlla via ratioue apparebat. Die duodecimo in tabernaculum introdu-

manos inſultabant (και πολλην εν τη Θρακη αιχμαλωσιαν ποιησαμενοι, εν οχλω λαμπρω Ρωμαιων κατεπαιρομενοι. *multamque in Thracia praedam captantes, epulabantur ſplendide contra Romanos elati.* Anaſt.) *Inde Comentiolo Byzantium reuerſo, ingens ex timore perturbatio animorumque procella* (μεγιςος ταραχος και κλυδων) *toti vrbi incubuit, adeo vt prae nimio timore de relinquenda Europa et transmigratione in Aſiae Chalcedonem conſilium aperte iniretur. Imperator autem excubitorum ſatellitio ſtipatus, collecto armatorum militum globo Longum murum tutabatur: vrbem vero populi factiones* (οἱ δε δημοι. *vulgus* Anaſt.) *cuſtodiebant, ſenatu legationem ad Chaganum decernendam ſuadente. Porro Deus iniurias martyri Alexandro irrogatas vlturus morbum peſtilentem in barbaros immiſit, qui vno ſolo die febri ex bubone orta* (δια πυρετε και βεβωνος) *ſeptem Chagani liberos cum innumera populi multitudine extinxit: adeo vt triumphalis laetitiae, victoriae paeanum cantuumque vice luctus, lachrymas atque planctus prorſus inconſolabiles receperit. Senatus itaque legatos ad Chaganum Drizepera a Caeſare deſtinari rogabat* * * * [explet hanc lacunam Anaſtaſius: *Imperatór autem Armatzonem miſit ad Chaganum cum muneribus multis, qui &.*] *qui* [*officio functus*, interpres addit] *blandis verbis barbarum deliniuit. Barbarus impotenti luctu ex filiorum iactura detentus, munera accipere detrectauit: tantum legatos affatur hoc pacto. Sedet Deus aequus iudex inter me et Mauricium imperatorem: ipſe paci violandae anſam dedit. Captiuos tamen &.* (reliqua habes in §. 121.)

1) την δε δυναμεων λυμην.

Imp. MAVRICIO.
a. M. 6092. a. C. 592. a. 18. Mauricii.

a. C. 599.

troducitur, barbarumque leni ac placida oratione demulcet. Chaganus imperatoria dona ſuſcipere grauatur.— Tandem multis verbis eum legatus permouet, vt ſe donis coli patiatur.

§. 120.

Poſtridie, pace firmata, domum redit [k]), haec ad verbum eo ſuccinente: Iudica [l]) Deus inter Mauricium et Chaganum, inter Abaros et Romanos. Accuſabat enim imperatorem ruptae pacis, nec mentiebantur. Reuera namque Romani pace male conſeruata, et bello irritato, praedictas ſibi clades accerſebant. Etenim principia non bona pernicioſo exitu concluduntur. Ex pacto autem Iſter ad Romanorum Abarumque fines dirimendos conſtituitur, et poteſtas eiusdem contra Sclabenos traiiciendi conc[illegible]ditur [m]). Praeterea denuo vicena aureorum millia antea pactis a[illegible]ditur. Atque hoc ſane modo bellum inter Abaros et Romanos profligatum eſt.

§. 121.

81. γ) [Chaganus cum Mauricium paci violandae anſam dediſſe contenderet] Captiuos tamen omnes ei reddam [inquit] accepto in

γ) CEDRENVS: *Tum* [ſubiungit haec Cedrenus iis, quae ad §. 111. attuli] *Chaganus in Mauricium caedis populi culpam conferens, paratum ſe ait captiuos, accepto in ſingula capita nummo — interfecit. Fuere autem duodecim millia, aeſtimabantur, ſupputatis in ſingulos duobus miliariſiis, 2933. Chaganus interfectis, vt dixi, captiuis—addidit.*—(eadem, quae Theophanes). Quae §. 111—121. continent, ita narrat ZONARAS: *Chaganus Romanas prouincias rurſus aggreſſus, miſſas contra ſe legiones alias vincebat, alias vincebatur. Eius filii 7. vno die partim febri, partim peſte ſunt mortui. Imperator, miſſo Comentiola cum numeroſiſſimo exercitu mandaſſe fertur, vt legiones, quibus ob*

k) ὁ βαρβαρος την ειρηνην συστησαμενος, προς την αναζευξιν ἐβλεπεν.

l) κρινατ.

m) Vt haec latine reddiderit Cantoclarus in Excerptis de legatt. vid. in notis ad *Slauica* §. 94.

81. THEOPHAN. p. 235 Knaſt. p. 81. Cedren. T. I. p. 399. Zonar. T. II. p. 77. Chronicon Paſch. p. 379. Conſtantin. Manaſſ. p. 72.

Imp. MAVRICIO. a. M. 6092. a. C. 592. a. 18. Mauricii.

in ſingula capita nummo vno. Mauricius eam pecuniae ſummam depromere non tulit: quare dimidium nummum pro ſingulorum capite redimendo rurſum poſtulat Chaganus: ſed neque dimidiatum nummum, neque etiam Ceratia quatuor, quae tandem pro ſingulis petierat Chaganus, Mauricius ſoluere admiſit. Ea propter Chaganus cunctos ad vnum interfecit, et in propriam regionem regreſſus, tributo, quod ex antiquis conditionibus Romani pendebant, quinquaginta millia de nouo addidit. Iſtrum vero fluuium ſe non amplius traiecturos Romani et Bulgari n) conuenere.

ſeditiones quasdam et tumultus infenſus erat, proderet hoſtibus. Itaque temere cum barbaris congreſſus Comentiolus, ipſe cum ſuis fugam, cui ſe ante pararat, capeſſit: caeteris partim caeſis, partim captis, ad numerum duodecim millium. Ea victoria Chaganus elatus, vsque ad murum longum proceſſit. Verum imperator delectu habito, milites ad eius defenſionem miſit. Neque vero Chagani duntaxat filii peſte, vt dictum eſt, obierunt, ſed et barbarorum (Αβαρων) *ingens multitudo. Qua de cauſa barbarus animo aeger domum properans, Mauricio ſignificat: Si captiuos redimere velit, vt in ſingulos nummum vnum pendant. Recuſante Mauricio, medium nummum poſtulat. Cum vero ille nec tanti milites redimere vellet, partim ex tenacitate (ſordidus enim erat,* ἤττητο γαρ χρηματων*), partim militum odio: barbarus furore correptus, iis omnibus obtruncatis domum rediit. Hinc omnium odia in imperatorem nata* &c. (reliqua vt Theophanes.). CHRONIC. PASCHALE: *Mauricius dedit in mandatis duci Comentiolo, vt Rom. exercitum hoſtibus proderet, propter crebras illius ſeditiones: idque ille ſub mediam noctem aggreſſus — tumultus totum exercitum peruadit* [haec iis, quae ſupra ex Theophane attuli, ſimilia omnia]. *Barbari autem turbatis ordinibus milites absque duce nacti, alios crudeliter mactarunt, alios in ſeruitutem, multos denique ex Thracia in captiuitatem abduxerunt. Chaganus barbarus receptis captiuis, hos imperatori reddendos obtulit — imperator iratus ſuis militibus, id negauit — interfecit, et Romanis tributum quinquaginta millium aureorum impoſuit. Huius igitur inhu-*

n) Perperam interpres *Bulgari*: de Auaris enim ſermo eſt. in graeco tantum: και τον Ιϛρον ποταμον μη διαβαινειν ὡμολογησαν. *Quin et Iſtrum fl. ſe non tranſituros pacti ſunt.*

Imp. MAVRICIO. a. M. 6092. a. C. 592. a. 18. Mauricii.

a. C. 599.

Ex iſtis odium ingens in Mauricium conflatum, vnde et conuiciis iniuriisque eum aperte proſcindere, exercitus quoque grex
82. vniuerſus per Thraciam ſparſus ad ludibria, dirasque in eum expuendas moueri. Exercitus itaque miſſos ad Mauricium contra Comentiolum decreuit, qui ſe ab ipſo in proelio proditos quererentur. Adfuit e miſſis vnus Phocas, qui coram Mauricio orans, audiente etiam ſenatu, inſolentius in eum probris inuectus eſt: ita vt inflictis etiam colaphis barbam illi e patriciis nonnemo vellicauerit. Porro imperator obiectas Comentiolo accuſationes non admiſit; ac miſſos infecta penitus re dimiſit: ex quo inſidiarum in imperatorem deinceps ſtructarum ſeries proceſſit.

mani impiique facinoris cauſa imperator poenas dedit, cum vxore liberis et propinquis interemtus. (Omiſſa, apud Theophanem et auctorem Chron. Paſch. eadem.) CONSTANTINVS MANASSES: *Chaganus, Scytharum ſeptentrionalium rex, quum Romanorum caſtella inuaſiſſet, impetu primo quasdam munitas vrbes cepiſſet, omnem Iſtro vicinam regionem populatus fuiſſet, amnis ipſius flumina interfectorum ſanguine tinxiſſet, ſuorum enſes et haſtas cruore abluiſſet: tandem magna captiuorum multitudine coacta, quae virorum ad* XII. M. *contineret, ad Mauricium Rom. imperatorem mittit, vtque captiuos redimat hortatur. Verum neque Scythicae crudelitatis extremus furor, neque barbari regis immanitas, neque luctus, eiulationes, lacrymae captiuorum flectere durum imperatoris animum poterant, qui ab auaritia totus erat occupatus. Rurſus ergo barbariſſimus ille Chaganus, ſuis ad Mauricium miſſis moderatius et aequius agi cum eo iubet, magna de pretio ſumma deducta. Quum autem imperator, aſpidem imitans, aures obturaret, nec vocem excantantium admittere vellet: excandeſcit, proh dolor! Chaganus pantherae ac tigridis inſtar, morti tot homines addicit, tantam heu! multitudinem gladiis interficit, totam regionis ſuperficiem cadaueribus mortuorum operit, campos omnes ſanguine cruentat aceruis hominum interfectorum ad pinei ſtipitis altitudinem conſtratos.*

82. THEOPHAN. p. 236. Anaſt. p. 81. Cedren. T. I. p. 399, 400. Zonar. T. II. p. 77. Chronic. Paſch. p. 379. vbi praeſcribitur: „ de prodigiis ex Chronographo Magno„ Conſtant. Manaſſ. p. 72.

CAPVT

Imp. MAURICIO.

CAPVT XIV.

Pax a Romanis violata.

Iteratae Romanorum de Auaris reportatae victoriae; reliqua Auarorum ſub Mauricio et Phoca geſta;

ab a. C. 600—604.

§. 122.

a. M. 6095. a. C. 593. a. 19. Mauricii.

a. C. 600.

a) POSTQVAM—Chaganus—pace facta domum abiens Iſtrum tranſmiſit, Romanus exercitus in Thracia oratores ad Mauricium imp. mittit, et Comentiolum ducem proditionis accuſat. Itaque graui ſeditione CPli concitata, imperator dat arbitros, conſtitutoque iudicio, legatos impenſius orat et exorat. Ita accuſatio inhibetur, et Comentiolus de integro dux deligitur. Vbi aeſtas affuit, ex vrbe diſceſſit, Romanisque ſecum in gratiam reuerſis, et delectibus habitis, ad Iſtrum contendit, ac Singidone cum Priſco ſe coniungit. 84.

§. 123.

Quarto die in concionem coacto exercitu, et Priſco verba faciente, pax inter Romanos et Abares diſſuitur: quod vt facerent 84.

a) THEOPHANES & ANASTASIVS: *Hoc anno* [v. marg.] *imperatore latas a Thracicis copiis aduerſus Comentiolum accuſationes nullius faciente, ipſe Comentiolus verſus Iſtrum acie educta, ad Singidonem Priſco adiungitur: et cum barbaris pacem initam ſoluit.* [*Et ſoluitur pax, quae ad Auares erat* Anaſt.] *Ea vic-*

84. THEOPHYLACT. L. VIII. c. 1. p. 197, 198.

84. Id. L. VIII. c. 2. p. 198. Theophan. p. 236, 237. Anaſt. p. 82. Cedren. T. I. p. 400.

Imp. MAV-RICIO. a. M. 6093. a. C. 593. a. 19. Mauricii.

a. C. 600.

Mauricius imperiali mandato ducibus praeceperat. Manifeſte igitur pace irrita, Romani Viminacium (inſula eſt in Iſtro flumine) deferuntur, vbi Comentiolus grauiter ſe habere viſus eſt. Inde in continentem traiiciunt.

β) Quibus motibus auditis, Chaganus collecto milite 'ſatis et arboribus Romanorum exitium infert[a], et quatuor filiis copias attribuit, quibus tranſitum Iſtri cuſtodiant, quod illi pro eo, vt iuſſi erant, facere inſtituunt. Romani nauibus extemporaneis ſiue ratibus conſenſu flumen transeunt, proelioque in ripa conſerto, ſuperiores abeunt.

§. 124.

Comentiolus cum Priſco Viminacii haerebat. Nam cum ei e brachio ſanguis eſſet miſſus, honeſto plane timore et probabili de cauſa a pede cum hoſtibus conſerendo ipſe abſtinebat. Fluuio ſuperato, valloque a Romanis excitato[b], Priſcus, qui ſine Comentiolo pugna experiundum non putabat, etiamnum in inſula manebat. Barbari, Romanis duce deſtitutis, vallum incurſant. Illi nuntios de periculo ſuo Viminacium mittunt. Priſcus absque Comentiolo aegre ſe mouet: ſed barbaris impotenter incumbentibus, tandem dat manus, et eo relicto depellendi diſcriminis curam laboremque

lata Viminacium, quae eſt Iſtri magna inſula, conueniunt. CEDRENVS: *Anno decimo nono— Pace cum barbaris confuſa, rurſum Chaganus fines Rom. intrauit, et quatuor ſuis filiis exercitus tribuit, quibus tranſitum Iſtri cuſtodirent.*

β) THEOPHANES & ANASTASIVS: *Re accepta, Chaganus copias colligit, et Rom. prouincias inuadit—cuſtodiant. Romani—transeunt, et Priſco duce cum Chagani filio manus conſerunt; 'Comentiolus enim infirma valetudine iactatus in inſula Viminacio ſubſtiterat* [Cedrenus omittit, qui reliqua vt Theophanes omnia.]. *Ad plures autem horas certamine protracto, cum ſol occideret, e Romanis trecenti occiſi, barbarorum ad quater mille deſiderati.*

a) την Ρωμαιων διατεμνεται γην.

των Ρωμαιων τον Ἴϛρον, και συϛησαμενων τον χαρακα.

b) διαπορθμευθεντων τουτων

Imp. MAVRICIO.

remque capeſſit [c]), ac vallo ſuccedit. Poſtridie nauigia Viminacium reduci imperat [d]): quod metueret, ne illis ad ripam diſpoſitis, milites crebro ad inſulam transmearent, et idcirco imminuto copiarum numero ad vallum tuendum infirmiores redderentur.

85. a. M. 6093. a. C. 593. a. 19. Mauricii.

§. 125.

Barbaris autem pugnam vrgentibus, Priſcus ſuis edicit, vt mane in armis ſint, acieque, vt potuit, in tres phalanges diſtributa, proelium orditur. Romani, arcubus carentes, cominus haſtis rem gerunt, digeſtisque barbaris [e]) per ordines quindenos, ipſis autem timore valli amittendi in vnum, et eodem verſus quadrilatera figura diſpoſitis, atque ita vallum tutum praeſtantibus, in multas horas concurſum: nec ante ſolis occubitum finis certamini eſt impoſitus. Pugnatum a Romanis marte ſecundiſſimo. Nam ex ipſis trecenti tantum, ex Abaris quatuor millia deſiderata ſunt. Nocte interueniente, victores ſe in caſtra recipiunt.

§. 126.

γ) Die tertio barbarus de integro certamen molitur. Priſcus, vt potuit, agmine diſpoſito et inſtructo, ſurgente iam die ad pugnam procedit. Copiis quam potuit bene diſpoſitis, ac tripartito diuiſis, ad fortiter dimicandum omnes impenſiſſime hortatur, atque vt cornua mox diducant, itaque Abaros in medium recipiant: vt ſic intercepti concluſique cladem improuiſam accipiant. Hoc igi- 85.

γ) THEOPHANES & ANASTASIVS: *Copiis ſummo mane caſtris eductis et in aciem ex vtraque parte compoſitis, bellum rurſus inſtructum, et rurſum e barbaris octies mille trucidati.* CEDRENVS: *poſtridie eius diei rurſus octo millia barbarorum interfecit.*

85. THEOPHYLACT. L. VIII. c. 2. p. 199. Theophan. p. 237. Anaſt. p. 82. Cedren. T. I. p. 400.

c) και ϲυν καταλιμπανει τω Βιμινακιον. omiſit interpres.

d) προϲαττει τας ναυς τῳ Ιϛρῳ καταλιπουϲας τας ὄχθας, περι τω Βιμινακιον μεθορμηϲαϲθαι.

e) Αβαρων.

85. THEOPHYLACT. L. VIII. c. 3. p. 199. Theophan. p. 237. Anaſt. p. 82. Cedren. T. I. p. 400.

Imp. MAVRICIO.
a. M. 6093. a. C. 593. a. 19. Mauricii.

a. C. 600.

igitur modo ab hoſtibus circumuenti*f*) perimuntur ad nouem millia. Exacto die, victores intra vallum reuertuntur.

§. 127.

δ) Luce decima nuntiatur duci, barbarum velle proelium iterare. Itaque poſtridie, vbi diluxit, Priſcus, Romanis inſtructis et decenter communitis, ad tentandum conflictum progreditur, ac
86. ſuos iterum in tres phalangas diſpertit. Barbarus in vnum conflatis omnibus, in Priſcum vadit: qui occupato loco regionis idoneo, magno bellici ſpiritus impetu e ſuperioribus in barbaros ferebatur, et duobus cornibus, ſeu a dextris et a ſiniſtris eos impellebat. Et quoniam ſtagnum locis illis ſuberat, in vndas eos adigebat. Quas cum oculis proſpicerent, et circum eas miſere agitarentur, dira in ipſis morte ſuffocabantur. Plurimis igitur et ſimul Chagani filiis tali modo ſummerſis, illuſtriſſimam victoriam Priſcus retulit. Eo enim congreſſu barbarorum quindecim millia vitam amiſere. Chaganus non ſine periculo ſaluus ad *Tiſſum* fluuium euaſit.

§. 128.

ε) Die triceſimo barbarus exercitum ad quartum proelium inſtaurauit. Quod ſimul dux Romanus comperit, etiam ipſe ad Tiſſum amnem armatus prodiit. Ab vtrisque communiter dies ad con-

δ) THEOPHAN. & ANASTAS.: *Tertio pariter die in ordinem diſtributi ex eminentiore loco Romani barbaros adorti, eorum acies fundunt, ac in paludem quandam adactos, et in eius profundum impulſos, plures aquis ſuffocarunt, inter quos etiam ipſi Chagani liberi extincti: eo ſucceſſu victoriam Romani conſecuti ſunt praeclariſſimam.* eadem CEDRENVS.

ε) THEOPHAN. ANAST.: *Chaganus maioris exercitus robore comparato, in Romanos facit impreſſionem, conſertoque proelio, iterum barbaros fudere Romani: fuitque haec Romanorum victoria omnibus illuſtrior.* CEDRENVS eadem omnia.

f) κατασφατηγεντες οἱ βαρβαροι. 86. THEOPHYLACT. L. VIII. c. 3. p. 200. Theophan. Anaſt. ll. cc. Cedren. T. I. p. 400, 401.

Imp. MAVRICIO. a. M. 6093. a. C. 593. a. 19. Mauricii.

conflictum praeſtituitur. Is poſtquam illuxit, ſub auroram Priſcus ordinibus permutatis ſuos diſponit, et ſiniſtram aciem facit dexteram, mediam autem ſiniſtram. Barbarus ſuos in duodenos ordines digerit. Romani viriliter et animoſe certamini inſiſtentes, barbaros debellant, magnamque etiam tum multitudinem conficiunt, glorioſamque victoriam conſequuntur.

§. 129.

ζ) Priſcus quatuor millia ad Tiſſum vicinum flumen transeundum, hoſtiumque motus et inclinationes explorandas ſegregat. Transeunt [g] et offendunt Gepidarum villas [h] tres, qui rerum pridie geſtarum ignari penitus, confidentes et compotantes feſtum patrium magna frequentia celebrabant [i], omnibusque curis ebrietati dicatis, noctem totam in conuiuiis exigebant. Romani crepuſculo noctis, ante exortum ſcilicet ſolis, barbaros adhuc crapulantes opprimunt, et ſtragem edunt maximam, tricenorum videlicet millium: et cum ingenti praeda repetito fluuio, Priſco eam offerunt.

§. 130.

η) Viceſima luce denuo barbarus ad huncce fluuium copias congregat [k], quo in loco atrociſſimo et inprimis memorabili proelio

ζ) THEOPHAN., ANAST.: *Priſcus — tranſire et hoſtium tentoria* (σκηνωματα. *motus*, Anaſt. κινηματα legit, vt eſt apud Theophylactum) *explorare iuſſit. Barbari rei geſtae penitus ignari feſtiuum epulum celebrabant, et crapulis operam dabant. Hos Romani ex improuiſo adorti, ingenti clade affecerunt: caeſis enim Gepaedum et aliorum barbarorum millibus triginta, et inſuper praeda potiti vberrima, ad Priſcum reuertere.* eadem omnia CEDRENVS.

η) THEOPHAN., ANAST., CEDRENVS: *Chaganus autem exercitu reſtaurato ad Iſtrum venit: vbi commiſſa pugna barbari victi*

g) οἱ μεν οὐν ὑπο τȣ ϛρατηγȣ ἐκπεμφθεντες τον γειτονα ποταμον διαπεραιȣνται.

h) χωριοις Γηπαιδων.

i) πανηγυριν ἑωρταζον ἐπιχωριον.

k) δια τȣτο ὁ Πρισκος παλινοϛει περι τον Τισσον τον ποταμον, omiſit interpres.

Imp. MAVRICIO.

a. C. 600.

a.M. 6093. a. C. 593. a. 19. Mauricii. lio decertatur, in quo barbari, vt paucis dicam, magna virtute victi, et aquis ſummerſi ſunt: cum quibus etiam Sclabenorum pars maxima interiit. Seruati et capti, obtenta victoria, Abarum tria
87. millia, aliorum barbarorum ſena millia ducenti, Sclabenorum octo millia. Omnibus iniecta vincula, et in vrbem Tomeum a duce miſſi.

§. 131.

87. Chaganus, priusquam imperator quippiam actorum reſciſceret, per legatos recuperare captiuos ſtudet. Mauricius barbari minis territus, et verbis in fraudem inductus, Priſco mandat, vt captiuos Abares reddat. Sic barbari Tomeo [l]) educti, Chagano viui reſtituuntur.

88. Anno imperii Mauricii decimo nono nihil inter Romanos et barbaros geſtum eſt.

§. 132.

a.M. 6094. a. C. 594. a. 20. Mauricii.

a. C. 601.

89. 9) [ANNO imperii Mauricii viceſimo praetor Europae declaratus [m])] Petrus Iſtrum petens, Palaſtolum venit, ibique caſtris excitatis

ſunt, et in amnis fluentis ſubmerſi: cum quibus etiam Sclabeni multi [Σθλαβινων πληθη. Cedr.] *periere. Viui in poteſtatem Romanorum venerunt Auarum tria millia ducenti* (*tria millia.* Anaſt.), *barbari bis mille.* (addit Anaſt. *Sclauinorum vero 800. et Gipedum 3200.*) *Chaganus vero legatos ad Mauricium miſit, ad captiuos redimendos* (ἀναλαβειν, *recipere* Anaſt.). *Mauricius nondum accepto tam praeclarae victoriae nuncio, ſcripſit Priſco, vt ſolos barbaros* [*quod Auares Chagano redderet tantum.* Anaſt. τϐς βαρβαρϐς και μονϐς. Cedr. vbi interpretantum, *eos.*]

9) THEOPHANES: *Hoc anno* [v. marg.] *imperator Petrum fratrem ſuum Thraciae ducem iterum renunciatum illuc transmiſit. Audierat enim, barbarorum multitudinem, Apſeck duce, ad catara-*

87. THEOPHYLACT. L. VIII. c. 3. 4. p. 201. reliqui ll. cc.
p. 201. Theophan. p. 237. Anaſt. p. 82. Cedren. T. I. p. 401.

l) ἐν Τομει τῃ πολει.

87. THEOPHYLACT. L. VIII. c. 4. p. 201. reliqui ll. cc.

88. THEOPHYLACT. l. c. p. 202.

89. THEOPHYLACT. L. VIII. c. 5. p. 203. Theophan. p. 238. 239.

m) Theophyl. p. 202.

Imp. MAVRICIO. a.M. 6094. a. C. 594. a. 20. Mauricii.

a. C. 601.

citatis, aeſtatem transigit. Ineunte autumno in Dardaniae latus, ſiue angulum, vadit. Audierat ſiquidem, ad Catarractas [Danubii] congregari barbarorum multitudinem, et ibi *Apſichum* tendere n). Illic cum Apſicho o) Abarum hypoſtratego ſermonem miſcet. Apſichus Catarractas Romanis eripere conabatur. Duce aegrius ferente, huiuscemodi pactis non poſſe pacem redintegrari, vterque exercitus inde abſcedit, et Chaganus quidem Conſtantiolam, Romani autem in Thraciam reuertuntur.

§. 133.

Aeſtate iam proxima Mauricius certior fit, Chaganum differre pugnam de induſtria, vt, vagantibus Romanorum copiis ac negligentibus, improuiſo Byzantium inuadere queat. Itaque duci in mandatis dat, Adrianopoli relicta Iſtrum transeat p). —

Chaganus Romanorum impreſſione [cum ſc. feliciter contra Sclabenos pugnaſſent] intellecta, Apſichum ad *Artos* Romanorum ſocios delendos mittit. Haec dum fiunt, non pauci Abarum q) de- 89
ficientes, ad partes imperatoris ſe adiungere maturant. Conturbatus ea auditione Chaganus, et in timorem haud leuem coniectus, ora- 90

Aaaaa 2 re

ctas congregari. Petrus autem miſſo ad Apſech legato, de pace tractauit — conabatur, Chagano contra Cplin expeditionem ſuſcipiente. Itaque Romani in Thraciam reuerſi Adrianopolin venerunt. Verum vbi Chaganum Byzantium accedere imperator cognouit, Petro, vt ad Iſtrum redeat, ſcribit. Scribonem etiam Bonoſum cum nauigiis militem trans flumen deuehendo mittit. Petrus miſſo Gundue legato exercitus trans Iſtrum praedam captiuosque innumeros eius virtute coëgit. r) Quod cum Chaganus reſciuit, Apſech cum copiis miſit ad nautarum turbam (των ναυτων, ita Barb. Peyrez. Των ἀυτων, Pal. ταυτων. τα ἐργα ἀυτων, Barb. ἀυτȣ. At Combefis in Notis Poſter. ad Theophanem p. 649. „το των Αντων ἐθνος: vbi male ναυτων ex Reg. habetque P. Goar, ac fruſtra ad Var. Lectt. recurrit. *Mittit Chaganus ad Antarum gentem* (Hunnicam ſc. ad Maeotidem paludem [Slauicam potius]„.

n) τον τε Αψιχ ἐνθαδι στρατοπεδευεσθαι.

o) Πετρος ὁ στρατηγος. omiſit interpres.

p) Vid. *Slauica* §. 81.

89. THEOPHYLACT. L. VIII. c. 6. p. 203.

90. Id. ibid. p. 204. Theophan. p. 239.

q) των Αβαρων πληθη ...

r) Var. Lectt. p. 531.

Imp. MAVRICIO.

a. C. 601.

re vehementer, et varias ſecum rationes meditari, quibus deſertores ad ſe reduceret.

§. 134.

Imp. PHOCA. a.M. 6094. a. C. 594. s)

Imp. PHOCA.

a. C. 602.

91. *i*) Ex illo-tempore [quo Mauricius Phocae iuſſu occiſus eſt] calamitates variae ingentesque Romanum imperium labefactare non deſtiterunt. Etenim Choſroes Perſarum rex pacem ſoluit, Abares t) Thraciam deuaſtarunt: et vterque Romanorum exercitus, quum in oriente, tum in occidente, diſſipatus: ita vt, cum Heraclius imperator creatus accuratam militum recenſionem ageret, de vniuerſa multitudine, quae in illa Phocae aduerſus Mauricium rebellione adfuerat, duos tantum homines ſuperſtites reperiret: adeo illi ipſi, qui tyrannum euexerant, ſub ipſo demum ad internecionem deleti ſunt.

§. 135.

a. 2. Phocae.

a. C. 604.

92. *κ*) ANNO imperii ſecundo Phocas auctis ex foederis pacto faciendis Chagano donis, barbaros ea ratione quietem ac pacem ſeruaturos ſperans copias omnes ex Europa in Aſiam transmiſit.

ναυτῶν ἔθνος) *illic conficiendum, vtpote qui Romanis auxiliati fuiſſent* (ὡς συμμαχον των Ρωμαιων). *Quo demum facto, portio, quae barbaris contigerat, ad Romanos recidit* (των βαρβαρων ἀπομοιρα προσερρυητο Ρωμαιοις.).

i) ANASTASIVS, CEDRENVS, ZONARAS. eadem omnia.

κ) ANAST: *quieſcere Auarum nationem.* CEDRENVS, eadem omnia.

91. THEOPHAN. p. 244. Anaſtaſ. p. 85. Cedren. T. I. p. 404. Zonar. T. II. p. 80.

s) Sub hoc anno haec narrat Theophanes.

t) Αβαρεις. Zonar. et Cedren. Αβαρες.

92. THEOPHAN. p. 245. Anaſt. p. 86. Cedren. T. I. p. 405.

CAPVT

CAPVT XV.

Geſta Auarorum a temporibus Heraclii vſque ad gentem a Bulgaris debellatam;

ab a. C. 611—820.

§. 136.

Imp. HERACLIO.

a. C. 611.

Imp. HERACLIO. a. M. 6103. a. C. 603. a. 2. Heraclii.

α) HERACLIVS—imperio aſſumpto, rem omnem Romanam labefactatam reperit. Europam etenim barbari reddiderant deſertam, vniuerſam Aſiam Perſae peſſum dederant. 93.

§. 137.

a. C. 619. a)

a. 9. Heraclii.

β) POST haec b) Auarorum princeps legatos de pace ad Heraclium miſit: quibus magnopere gauiſus donis illum remuneratus eſt, ad eumque viciſſim legatos deſtinat, Athanaſium patricium, et 94.

Aaaaa 3 Coſmam

α) ANAST.: *Europam Auares —.* ZONARAS: *Europam Scythae et Abari vaſtarant.*

β) THEOPHANES, ANASTAS., CEDRENVS: *Hoc anno* [nono Heraclii] *Abares in Thraciam arma mouerunt. Heraclius autem miſſis ad eos legatis, pacem firmari expoſcebat. Cumque Chaganus eam ſe compoſiturum pollicitus fuiſſet, imperator cum ſatellitio, pro-*

93. THEOPHAN. p. 251. Anaſt. p. 89. Zonar. T. II. p. 82.

94. NICEPHORVS Patriarcha p. 9. Theophan. p. 252, 253. Anaſt. p. 89. Cedren. T. I. p. 408, ſeq. Zonar. T. II. p. 82. ſeq. Chronic. Paſch. p. 389. ſeq.

a) Ad annum C. 619. ind. 7. Heraclii 9. poſt eius Conſ. 8. Heraclii Ium. 7. haec refert in Notis ad h. l. p. 56. Petauius.

b) De rege Hunnorum et proceribus eius baptizatis ſermo fuerat. efr. *Hunnica* §. 224.

Imp. HERACLIO.
a. 9. Heraclii.

a. C. 619.

Coſmam quaeſtorem, qui voluntatem ſuam renunciarent. At Auarus amicitiam ſimulans, multa blande et humane cum iis locutus, Romanorum ſe amicum eſſe perſuaſit, et ad imperatorem ineundi
95. foederis gratia venturum eſſe promiſit. Legati igitur ad imperatorem reuerſi, de illius in Romanos beneuolentia certiorem eum faciunt. Quibus plurimum delectatus, ad Heracleam vrbem, quemadmodum inter eos conuenerat, regi Auarorum [c]) occurrere decreuit. Praemiſſoque ſcenico apparatu, cum equeſtre certamen ad eum ſuſcipiendum pararet, ac ſplendidam ei veſtem et ipſius comitibus ferret, Selymbriam peruenit, ibique commoratus eſt.

§. 138.

γ) Triduo deinde Chaganus cum Auarorum ingenti multitudine Heracleam contendit. Ibi, parte ſuorum delecta, quicquid robo-

priam dignitatem decente, ad longum vsque murum 'longe ab vrbe' [addit interpres] *progreſſus, ampla magnorum munerum copia Chaganum excepit, fidem ab eo accepturus, pacem inter ſe mutuo inuiolatam firmatum iri* (τȣ ποιησαι προς αλληλȣς σπονδας ειρηνικας. Deſunt in graeco Cedreni, ſupplet vero ea interpres.). ZONARAS: *Imperator pace deſperata, bello Perſas inuadere conſtituit, et cum Chagano, qui Thraciam continenter infeſtabat, pacem propere facere: qua per legatos petita, barbarus non abnuit. Ea re delectatus imperator, vrbem egreſſus, extra longum murum cum regia magnificentia et comitatu, ſtatiua habuit, multaque munera Chagano attulit.* CHRONICON PASCHALE: *Ind. 7. poſt. conſ. Heraclii Aug. 8. imperii anno 7. Hoc anno, menſe Deſio, ſecundum Romanos Iunii 5. feria 1. cum Imperator Heraclius in Thraciae partibus verſaretur, vna cum proceribus, et ciuibus atque clericis, atque adeo cum opificibus, plurimis etiam ex vtraque Factione, ac plebe, Auarum Chagano ad murum cum innumera multitudine etiam accedente, quod, vt rumor increbuerat, Romanos inter ac Auares pax eſſet conficienda, tum etiam quod Heracleae ludi circenſes celebrandi eſſent, hac fama excita multitudo infinita, ex felice vrbe egreſſa eſt.*

γ) THEOPHAN., ANAST., CEDRENVS: *At barbarus ille ſpreto iureiurando atque foedere, ex improuiſo infeſtis armis Heraclium ador-*

95. NICEPHOR. p. 10. reliqui ll. cc. c) τῳ Αβαρῳ.

roboris erat, per ſaltus ac ſiluas, quae longis muris imminent, clam diſſipari, ac per condenſa montium pergere iubet, vt imperatore a tergo circumuento, medium ipſum eiusque comitatum omnem in poteſtatem haberent. Senſit haec Heraclius, et inopinata re nec mediocriter perculſus, purpuram exuit, ac vili detritoque habitu, quo priuatus eſſe videretur, indutus, et coronam regiam cubito alligans, ſtatim indecore ſe in fugam coniicit, vixque fuga Byzantium eſt elapſus. Auari fugientes animoſius inſecuti, ad campum vsque, qui ex aduerſo vrbis eſt nomine Septimus [d]), ibi caſtra poſuerunt. §. 139.

tus eſt. Imperator vero tam inſperatae rei molimine perterritus, fuga arrepta in vrbem reuertit. Barbarus vniuerſo imperatoris apparatu, ſatellitioque (δορυφορειων. haec vnica vox deeſt apud Cedrenum, qui reliqua vt Theophanes, iisdem verbis, omnia.) *capto, cum omnibus aliis, quae comprehendere potuit, retro ceſſit: multaque Thraciae oppida ſpe pacis deluſa, ac nil tale ſuſpicantia depraedatus eſt* (πολλα χωρια της θρακης ληϊσαμενος ἐκ τȣ ἀπροσδοκητως ἀπατηθεντας την ἐλπιδα της ειρηνης. haec ex Cedreno emendanda ſunt, qui ſic habet: — ἐκ — — ἀπατησαι τῃ ἐλπιδι της ειρηνης.). ZONARAS: *At barbarus—Heraclium comprehendere ſtuduit. Sed eo conatu fruſtratus, (nam ille iam aufugerat) omne regium inſtrumentum, et comitatum, pecuniam quoque et multa captiuorum millia diripuit, otioſeque domum eſt reuerſus. Heraclius igitur &c.* reliqua v. ad §. 140. CHRONIC. PASCHALE: *Et circa horam* IV. *ipſius Dominicae, Auarum Chaganus flagello ſuo ſignum dedit, ſtatimque omnes, qui cum illo erant, longum murum impetu facto ingreſſi ſunt, ipſo extra murum cum aliquot familiaribus manente, cum, vt dixiſſe fertur, ſimul atque murum ingreſſus eſſet, vrbem ſe facile occupaturum ſibi perſuaderet: quod ſane accidiſſet, niſi illum prohibuiſſet Deus. Illius tamen copiae ipſa Dominica ingreſſae circa veſperam vsque ad auream portam, quotquot extra vrbem inuenerunt, vel in ſuburbanis, et quidquid hominum vel animalium inuentum fuit, in praedam rapuere. Ingreſſi ſunt etiam ſacram aedem ſanctorum Coſmae et Damiani in Blachernis: et Eccleſiam ſancti Archangeli trans vrbem in Promoti ſuburbano: in iisque non ciboria duntaxat et*

d) „ — Deeſſe quidpiam inter *vixque—ſeptimus*, ſuſpicari poſſumus, vt primo imperatoris fugam ac receptum, inde barbarorum aduentum in Septimum deſcribat „. Petav. Not. ad Niceph. p. 65.

Imp. HERACLIO. a. 9. Heraclii.

a. C. 619.

§. 139.

Inde ad Barnyſſi [e] fluminis pontem vsque diſperſi, circumiecta loca populari, et per Romanorum caedes impune graſſari. Inter caetera imperatoria veſtis in poteſtatem hoſtium redacta, caeterique illi, quos parauerant amictus [f], cum ſcenico omni inſtrumento, et iis, qui ea perferebant. Tandem cum infinita captiuorum multitudine ad ſuos limites regreſſi ſunt. Compertum eſt ex captiuorum quorundam, qui furtim aufugerant, conſtanti relatione, ad ducenta et ſeptuaginta millia captorum vtriusque ſexus numerum perueniſſe [g].

§. 140.

96. Per idem tempus Eccleſiarum theſauri diſtracti ſunt, et tributi nomine in barbaros diuiſi.

a M. 6111. a. C. 611. a. 10. Heraclii.

§. 141.

a. C. 619.

97. δ) Hoc anno [h] Heraclius miſſis iterum ad barbarum Chaganum legatis, de iis, quae violatis foederibus ab eo admiſſa fuerant, cauſa-

alia cimelia, ſed ipſam etiam ſacram menſam eccleſiae Archangeli confregerunt, omnesque cum praeda captiuos ſecum trans Danubium, obſiſtente nemine, abduxerunt.

δ) ANASTASIVS: — *ad Chaganum Auarum.* CEDRENVS, tantum: προς χαγανον. vbi interpres: *ad eum.* Reliqua eadem ſunt omnia.

e) Barnyſſum perpetuo vocat fluuium, quem caeteri Barbyſſen, vel Barbyſſum.

f) την τε βασιλικην ἐσθῆτα, και τας ςολας παραλαμβανουσι.

g) Huius Chagani perfidiae quaſi in tranſitu meminit Nicepohrus p. 12. vbi foedus cum Turcorum principe Heraclium percuſſiſſe narrat: *veritus, ne idem, quod Auarus fecerat, contra ſe tentaret* [Turc. princeps], *foedus iſtud firmioribus vinculis aſtrinxit.*

96. NICEPH. p. 11. Petauius ad h. l. p. 65. „ vt Auaribus tributa penderentur. Nam miſſis ad Chag. leg. eum ſibi conciliauit. [Eaque ad legationem, quam §. 141. habes, reſpicere innuit.] „.

97. THEOPHAN. p. 253. Anaſt. p. 93. Cedren. T. I. 409.

h) V. marg. Petav. p. 56. a. C. 620. ind. 8. Heraclii 10. poſt eius conſ. 8. Heraclii Iun. 7.

Imp. HERACLII 10. a. M. 6111. a. C. 611. a. 10. Heraclii.

a. C. 619.

cauſabatur, et ad ſeruandam pacem inuitabat: in Perſidem quippe arma conuertere meditatus, cum Chagano pacem habere conſiliabatur. Chaganus humanos imperatoris affectus cum reuerentiae ſenſu ſuſcipiens, priſtina ſe reparaturum, et cultorem ſe pacis futurum promiſit: renouatisque iterum pactis et probe firmatis foederibus, legati reuerſi ſunt.

a. 11. Heraclii.

a. C. 620.

ε) Anno imperii vndecimo igitur Heraclius diuino ardore incitatus, pace ex voto [ι] cum Abaribus compoſita, exercitus ſuos ab Europa in Aſiam tranſtulit.

§. 142.

a. 12. Heraclii.

a. C. 621.

ζ) Hoc anno [duodecimo imperii] Ad Chaganum quoque Abarum principem, cui procuratoris in filium nomen et dignitatem indidit [Heraclius], quique ſecum amicitiam ex pactis firmauerat, vt afflictis rebus Romanis opem ferret, litteras cum precibus miſit. 98.

§. 143.

a. 16. Heraclii.

a. C. 626.

η) INDICTIONE 14. poſt conſulatum Heraclii Auguſti 15. imperii Heraclii Iun. 14. — Salbaras, Perſici exercitus dux et exarchus, cum 99.

ε) ANAST. et CEDRENVS: eadem omnia.

ζ) ANAST. & CEDR. eadem. NICEPHORVS p. 11. eadem narrationis ſerie: *Heraclius, Perſis eodem tempore et Auaribus infeſtantibus — Sergium patriarcham cum magiſtratibus atque omni populo conuocans, filios ſuos eorum fidei committit —.*

η) NICEPHORVS: *At Abari diſſoluta iam pace, etenim Heraclius priusquam in Perſas exercitum duceret, muneribus ad eos miſ-*

ι) Recte Anaſt. *vt putabat.* in gr. enim eſt: ὡς ἐνομιζεν.

98. THEOPHAN. p. 254. Anaſt. p. 90. Cedr. T. I. p. 409, 410.

99. CHRONIC. PASCH. p. 392. Nicephor. p. 12. Theophan. p. 263, 264. Anaſt. p. 95. Cedren. T. I. p. 415, 416. Zonar. T. II. p. 84. Conſtantin. Manaſſ. p. 76, 77.

Imp. HERACLIO.
a. 16. Heraclii.

a. C. 626.

cum expectaret, vt vero ſimile eſt, et ex factis demum apparuit, Deo inuiſi Auarum Chagani k) aduentum, interim complures ante dies caſtris ad Chalcedonem poſitis, ſuburbana omnia – incendio abſumpſit: ibique manſit, illius aduentum praeſtolatus. Itaque 29. Iunii menſis, praeſentis 14. indictionis, die ſcilicet feſto ſanctorum et illuſtrium Coriphaeorum Apoſtolorum Petri et Pauli, acceſſit prima acies Deo odioſi l) Chagani, triginta circiter hominum millium; per nuntios promulgantis, ſe quamprimum longum murum occupaturum, et quidquid intra illum eſt: ita vt quotquot ex equitibus ac fortiſſimis militibus, qui hactenus extra vrbem erant, hoc ipſo die, qui in Dominicam incidit, intra nouum Theodoſiacum murum huius vrbium Reginae ſe confeſtim reciperent. Manſitque prima illa acies circa Melantiadem, paucis ex iis vsque ad muros per interualla excurrentibus, et quenquam exire, vel ad equorum pabulationem quidquam colligere prohibentibus. § 144.

ſis illam firmauerat, atque inſuper ducenta his nummorum millia promiſerat, obſidesque dederat Ioannem cognomento Athalaricum naturalem filium ex concubina natum, et Stephanum conſobrinum Mariae ſororis filium, et Eutropium, nec non et Ioannem alterum Boni patricii filium, eundemque ſpurium et ex pellice ſuſceptum. Sed barbari expeditione facta caſtra ad CP. admouent, ibique ſuburbana omnia incendio vaſtant. Ita diuiſo &c. THEOPHAN., ANAST., CEDRENVS: *Anno 16. Heraclii Choſroes Sarbarum cum exercitu CP. verſus miſit; vt initis pactis cum Vnnis 'occidentalibus'* [temere hanc vocem omiſit interpres], *Abaros quidam vocant, Bulgaris* [Αβαρεις, ſed Βυλγαρεις legendum eſſe docet Cod. Palat. et Anaſtaſius, qui: *cum Vulgaribus et Sclauis.* Cedrenus vocem plane omittit.], *Sclauis* [*Sthlabinis.* Cedr.] *et Gepaedibus, vna cum eo vrbem impreſſione facta obſiderent.— Sarbarus Chalcedonem adoritur, Abares* [Αβαρεις Cedr. Αβαρες.] *etiam e Thracia profecti, ad vrbem applicantes, eam vi obtinere nitebantur: multis itaque machinis ad eam admotis, et copiarum multitudine innumera, vt quae numerum omnem fere ſuperaret, per Iſtrum fl. ſcaphis, vno trunco excauatis, aduecta, Cornu ſinum omnem, quaqua late patet, oppleuerunt* (και εἰς σκαφη γλυπτα ἐκ τȣ Ιϛρȣ πληθος ἀπειρον, και ἀριθμȣ κρειτον ἐνεγκαντες, τον κολπον τȣ

k) τȣ πανᾶθεου χαγανȣ των Αβαρων. l) θε:μισητȣ.

Imp. HERACLIO. ind. 14. a. 16. Heraclii.

a. C. 626.

§. 144.

f) Elapſis interea diebus decem, nemine ex hoſtibus ad moenia apparente, egreſſi milites cum calonibus et ciuibus, vti ad decimum

Κερατος ἐπληρωσαν Theophan. *πληθος τε ἀπειρον κ. α. κ. ἐκ του Ιςρου ἐνεγκαντες σκαφων γληπτων, τον κολπον τ. κ. ἐπλ.* Cedr. Anaſtaſius, vt apud Cedr. eſt, legiſſe videtur: *nauium ſculptarum multitudine infinita).* ZONARAS: *Chaganus rupto foedere, Byzantium aggreditur, caſtris ante moenia poſitis, et quicquid extra vrbem erat incendit. vnde ciues et patriarcha, et Bonus patricius (eos enim ambos Heraclius diſcedens, filii ſui Conſtantini curatores, et publicarum rerum adminiſtratores reliquerat) multos viros fortes in barbaros, vt abſente exercitu ſecuros, ex improuiſo immiſerunt, eorumque multa millia occiderunt. Qui ſuperfuere, turpi fuga ſe in ſuas ſedes receperunt.* CONSTANTINVS MANASSES: *Quum Heraclius adhuc in Perſia commoraretur et Perſ. exercitus vrbem Byzantium obſideret ad exercitus Perſicos etiam copiae Scytharum accedentes, arenisque pares, immaniſſimorum Auarum phalanges torrentium in morem eruptione ſimul facta, verſus vrbem, ceu cauam quandam vallem, ingenti cum ſtrepitu ferebantur. Perſae caſtrametabantur ex aduerſo vrbis, ad Damalim ac Chalcedonem vsque diffuſis eorum agminibus—Auares* (Αβαρες) *et Scythae ſub ipſis moenibus haerebant. Nulla non triſtis et horrenda ſeſe facies oculis oſtentabat. Ab vna parte terribiliter Scythica Scylla ſtrepebat, ab altera Charybdis os patulum conſpiciebatur.— Quum denique tempus illud in hoc tota virium contentione incumberet, ne quod aliud malum apud homines calamitate illius aetatis maius extaret: cunctas etiam Tauroſcytharum nationes concitauit, quas locuſtarum infinitate non abs re quis comparauerit. Etenim Tauroſcytharum immanium principes* (Φυλαρχοι) *compactis ſcaphis, et innumerabili multitudine in eas impoſita, lintribus ex vno ligno factis vniuerſum mare cooperiebant. Hoc modo plagae variae de plurimis locis exiſtebant, et ab omni parte res vrbis imperatricis in anguſtum cogebantur. Perſa conſimilis erat pungenti ſcorpio, Scytharum ferox natio virulentae viperae, Tauroſcytharum gens locuſtae, quae et pedes incedit et volat. Tot et talibus aerumnis vrbs laborabat, et in his omnibus malis auxilii nihil apparebat.*

f) THEOPHAN., ANAST. & CEDRENVS: *Dies demum decem vrbem obſidentes terra et mari, Dei tandem virtute et ope, et ima-*

Imp. HERACLIO. Ind. 14. a. 16. Heraclii.

a. C. 626.

cimum ab vrbe lapidem meterent exiguam ſegetem, in hoſtes incidere, aliquot ex iis caeſis, quibusdam etiam ex militum calonibus et ex ciuibus, qui cum iis egreſſi fuerant, captis. Niſi tamen milites in calonibus ſuis defendendis fuiſſent occupati, magnum ſatis ex hoſtibus numerum eo die interfeciſſent.

Caeterum non multo poſt circiter mille ex hoſtibus, hoc ipſo die, iuxta venerandam aedem ſanctorum Maccabaeorum vltra ſinum in Sycis, accedentibus, ac ſe Perſis viſendos praebentibus, qui verſus Chryſopolim caſtra poſuerant, ſuam inter ſe per ignes
100. praeſentiam ſignificantibus.

§. 145.

Interim execrandus Chaganus Athanaſium clariſſimum patricium Adrianopoli cum his dictis amandauit: „Abi et vide, qua ratione velint ciues me placare, quaeue dona offerre, vt hinc recedam„. Veniente igitur ipſo glorioſiſſimo Athanaſio patricio et magiſtro, caeterisque magiſtratibus exponente, iisque Athanaſium obiurgantibus, quod abominando Chagano ita ſe ſubdiderit, fueritque pollicitus, vrbis ciues, quae illi placitura eſſent, executuros: tum glori-

culatae Deique matris virginis precibus profligati ſunt: multisque ſuorum copiis terra et mari amiſſis, cum magno rubore et dedecore domos redierunt. Tale enim [addit haec Cedrenus] *eis quippiam vſu venit. Viderunt barbari prima luce, cum ſol oriretur, mulierem quandam illuſtrem, eunuchis comitatam, porta Blachernarum exeuntem. Quam cum opinarentur Heraclii vxorem eſſe, et ad ſuum principem ob mariti abſentiam ire pacis petendae cauſa, tranſitum ei conceſſerunt, ſubſequentem ex vrbe hominum turbam ipſi adorturi. Vt vero, foſſae ambitum egreſſam, non ire ad principem viderunt, inſecuti ſunt vsque apud locum, cui veteris Saxi nomen eſt: ibi cum fere iam eſſent aſſecuti, illa cum ſuis ex oculis et conſpectu eorum euanuit. Ipſi autem tumultu concitato inter ſe congreſſi, ad veſperam vsque mutuo ſtrages ediderunt. Mane inſequentis diei, dux cauſam inquirens, quod maiorem ſuorum partem inteſtino conflictu periiſſe videret, turpiter domum rediit. Statim quoque claſſis ab obſidione receſſit: quam domum reuertentem in Eux. mari oborta tempeſtas ita afflixit, vt perpauci ad ſuos redierint.*

100. CHRONIC. PASCH. p. 392.

a. C. 626.

Imp. HERACLIO. ind. 14. a. 16. Heraclii.

glorioſiſſimus Athanaſius haec ſibi data eſſe in mandatis dixit a glor. magiſtratibus, quo tempore legatus miſſus fuerat: caeterum neque ſcire ſe, ita muros eſſe munitos, copiasque hic adeſſe, nihilominus paratum ſe, datum Chagano reſponſum iisdem verbis referre. Deinde cum glor. Athanaſius, priusquam reuerteretur, quantae eſſent in vrbe copiae videre vellet, luſtratione facta, reperta ſunt in vrbe exiſtentium equitum circiter millia duodecim. Tum magiſtratus iuſſerunt ea reſponderi, quae execrandum Chaganum omnino perſuaderent ad exercitum a moenibus, ſeu vrbe, amouendum. Cum ergo gl. Athanaſius ad execrandum Chaganum perueniſſet, ab eo minime exceptus eſt, illo dicente, ſibi omnia eſſe tradenda, ſin minus, vrbem funditus euerſurum ſe, et, quotquot in ea erant, abducturum.

§ 146.

r) Viceſimo nono Iulii menſis die, Deo inuiſus Chaganus acceſſit ad moenia cum vniuerſis copiis, ac ſe ipſum ciuibus oſtendit. Poſt diem vnum exactum, ſcilicet 31. eiusdem menſis Iulii, acceſſit ad proelium paratus, manſitque a prima luce vsque ad horam vndecimam, bellum fortiter ciens a porta Poliandrii vsque ad portam Quinti, atque adeo vlterius: ibi enim plurimum militem ſtatuit in ipſius vrbis conſpectu, in reliqua vero muri parte Sclabos, ac primam quidem eorum aciem pedeſtrem nudam, alteram pedeſtrem loricatam s). Tum ſub veſperam machinas aliquot et teſtudines admouit a Brachialio vsque ad Brachialium. Rurſum poſtero die multa tormenta in illam partem, quae ab ipſo oppugnabatur, ſtatuit, ita inter ſe proxima, vt neceſſe fuerit obſeſſis quam-

r) NICEPHORVS: *Ita diuiſo inter ſe velut Thracio Boſphoro, Perſae Aſiaticum limitem, Auares* (Αβαροι) *Thraciam infeſtabant. iidem ad muros oppugnandos machinas fabricauerant, turres ſc. ligneas et teſtudines: quas cum moenibus admouiſſent, repente diuina virtute diſſolutae ſunt, obtritis, qui in illis erant. Auarum propugnatoribus. Erant* &c.

s) Nicephor. p. [illegible] Σκλαβων γυμνων, κατα δε δευ- m) πρωτον μεν δια πεζων τεραν ταξιν, πεζων ζαβατων.

Imp. HERACLIO. ind. 14. a. 16. Heraclii.

a. C. 626.

plurimas machinas intra muros apponere, peditibus quotidie inuicem pugnantibus, noſtriſque, Dei prouidentia, victoribus, ac hoſtes longe propulſantibus. Confecit praeterea machinas iaculatorias, 101. quas extrorſum corio texit. Aedificauit autem in eo ſpatio, quod intra portam Polyandrii et portam ſancti Romani interiacet, 12. turres caſtellis inſtructas [n], praealtas, et quae ipſa fere propugnacula attingerent, quas et perinde corio muniuit. Sed et nautae, qui erant in vrbe, egreſſi, ciuibus ſubſidio erant, vnusque ex iisdem nautis malum nauticum machinatus eſt, in cuius ſummitate nauigiolum appendit, quo hoſtium turres caſtellis inſtructas incenderet: quem quidem nautam, qui hoſtes adeo perculerat, collaudauit Bonus glorioſus magiſter.

§. 147.

Idem porro celebratiſſimus magiſter, quoties ad moenia acceſſit, non deſtitit hoſtem hortari, non ſolum vt tributa ſua acciperet, ſed et alia, quorum cauſa ad ipſa vsque moenia venerat. Verum nihil ex his admiſit, dixitque: „Vrbe cedite, veſtrasque fortunas mihi dimittite, ſeruateque vos ipſos et familias veſtras.„ Angebatur vero potiſſimum in trabariis [o], quas ſecum attulerat, in mare demittendis: cum a maioribus ſcaphis [p] impediretur. Sed eas tandem in mare immittere decreuit verſus pontem ſancti Callinici, triduo poſtquam coepit vrbem oppugnare. Ideo vero hocce loco trabarias dimittere ei viſum eſt, quod loca illa eſſent vadoſa, et vbi maiora nauigia accedere minime poterant. Manſerunt igitur eadem nauigia in trabariarum conſpectu, ab aede ſacra ſancti Cononis trans fretum vsque ad Fontes, cum tranſitum trabariis prohiberent.

§. 148.

Sabbato, circa veſperam, ſecundo ſc. Auguſti menſis die, Chaganus proceres ad colloquium euocauit. Et egreſſi ſunt cum ipſo collocuturi Georgius cl. patricius, Theodorus cl. Commerciarius Glaſti [q], Theodorus cl. patricius et logotheta, Theodorus religioſiſſimus

101. CHRONIC. PASCH. p. 394.
n) πυργοκαλλεῖ.
o) μονοξυλοις.
p) σκαφοκαραβων.
q) ὁ την Ισατιν.

ſiſſimus ſyncellus, et Athanaſius cl. patricius. Hi cum profecti eſſent, adduci praecipit Chaganus in eorum conſpectum tres Perſas ſericis veſtibus indutos, qui ad ipſum miſſi fuerant a Salbara, quos ſibi aſſidere iuſſit, noſtris interea legatis ſtantibus: tum haec verba fecit: „Ecce ad me legationem miſerunt Perſae, tria hominum millia in ſubſidium dare parati. Si igitur, quotquot in vrbe eſtis, cum ſago duntaxat et induſio ex ea excedere velitis, pacta ac foedus cum Salbaro [r] ineamus: amicus enim meus eſt, ad illumque tranſite, neque vlla is vos iniuria afficiet. Mihi vero vrbem ac fortunas veſtras dimittite, nulla quippe vobis alia ſupereſt ſalutis expediendae via: niſi forte vos fieri piſces contingat, quo per mare euadatis, vel aues, quo euoletis in aërem. En ecce, vt illi aſſerunt ipſi Perſae, ſed et neque imperator veſter Perſidem eſt ingreſſus, neque vllus hic veſter adſtat exercitus [s]„. Cui glorioſiſſimus Georgius, „Iſti, inquit, impoſtores ſunt, nec quicquam veri dicunt. Noſter enim hic adeſt exercitus, ac piiſſimus princeps noſter in eorum prouinciis verſatur, hasque deuaſtat omnino„. Tum hisce dictis motus vnus ex Perſis, gl. Georgium Chagani nomine conuiciis impetiit. Cui ille „Minime, ait, tua ſunt in me conuicia, ſed Chagani„. Illud etiam ingeſſerunt Chagano, qui ad eum miſſi fuerant gl. proceres: „Atqui, licet tantae ſint vires tuae, Perſarum etiam auxilio indiges„. Tum Chaganus, „ſi velim, inquit, ii mihi ſubſidio venient, amici enim mei ſunt„. Rurſum vero proceres noſtri dixerunt: „Nequaquam dimittemus vrbem noſtram: ſed hic exſpectamus, dum tecum de his, quae ad rem praeſentem conducunt, colloquamur: ſi ergo de pace nobiscum nolis agere, nos dimitte„. Hosque tum ille dimiſit.

102

§. 149.

Eadem porro ipſa nocte, quae Dominicam praecedit, ſingulari benigni ac miſericordis Dei prouidentia, ad Chaganum miſſi ii legati Perſarum, dum per Chelas traiiciunt, in noſtras naues incidunt

r) Σαρβαρον.

102. CHRONIC. PASCH. p. 395.

s) Ιδυ γαρ, ὡς λεγυσιν αυτοι οἱ Περσαι, ουδε ὁ βασιλευς ὑμων ἐν Περσιδι εισηλθεν, ουδε ὁ ϛρατος ὑμων καταλαμβανει.

Imp. HERACLIO. ind. 14. a. 16. Heraclii.

a. C. 626.

cidunt. [quorum alterum occiderunt, alterum truncata prius vtraque manu, eiusque collo alligata, vna cum occiſi capite ad Chaganum noſtri transmiſere.] Alterum autem in nauim coniectum viuumque Chalcedonem deductum ac Perſis oſtenſum, in ipſa naui
103. capite truncarunt, eo in continentem eiecto, cum hocce ſcripto: „Chaganus, initis nobiscum foederibus, veſtros ad eum miſſos legatos ad nos transmiſit, quorum duobus capita in vrbe amputari iuſſimus; alterius vero ecce habetur caput„.

§. 150.

*) Abominandus deinde Chaganus, hoc ipſo die Dominico, ad Chelas abiit, et trabarias in mare demiſit, quibus in oppoſitam regionem traiiceret, ſecumque Perſas, ſecundum eorum pollicita, adduceret. Quo cognito, eodem ipſo die, quidam ex noſtris ſoluerunt naues cum ſuis ſcaphis †) verſus Chelas, vento licet contrario, quo trabarias a traiectu in vlteriorem ripam prohiberent.

§. 151.

*) NICEPHORVS: *Erant in eorumdem exercitu Sclabenorum auxiliares copiae bene multae, quas illi* (οἱ Ἀβαροι) *ſecum adduxerant; quibus et ſignum dederant, vt cum accenſas faces ex Blachernarum munitione conſpexiſſent, quam Aiam nuncupant, ſtatim actuariis lembis* (μονοξυλοις ακατιοις) *irrumperent, et remigio ad vrbem ſubuecti tumultum ac terrorem inicerent; per quem, nullo prohibente, ipſi de muris ſubito impetu facto vrbem inuaderent. Quibus ad Bonum patricium perlatis, mox biremibus ac triremibus inſtructis armisque diſpoſitis* (διηρεις ἁρμοσας)*, ad eum locum, vnde ſignum attollendum erat, claſſem dirigit, eodemque tempore biremes contrarium ad littus applicat. Inde facibus erectis ſignum dari iubet. Hoc vbi Sclaui* (Σκλαβοι) *conſpicati ſunt, e fluuio, quem Barnyſſum vocant, recta ad vrbem nauigiis feruntur. At noſtri obuiam progreſſi in medium receptos et circumuentos opprimunt, tantaque caedes hoſtium facta eſt, vt mare ipſum purpureo colore tingeretur. Inter caeſorum cadauera Sclabenae quoque mulieres inuentae ſunt. Quae cum omnia barbari conſpexiſſent: obſidionis ac morae pertaeſi, in patriam reuertuntur. Tum patriarcha cum Conſtantino*

103. CHRONIC. PASCH. p. 396. Nicephor. p. 13. Conſtant. Manaſſ. p. 77.

†) σκαφοκαραβοι

a. C. 626.

§. 151.

Ac ſub veſperam reuerſus eſt abominandus Chaganus proxime ad vrbis muros, cui ex vrbe eſculenta quaedam et vina miſſa ſunt. Veniens porro *Ermitzis* Auarum exarchus ad portam, „Atrox, inquit, perpetraſtis facinus, cum illos, qui heri cum Chagano pranſi ſunt, occidiſtis, ac praeterea ipſi vnius caput, alterum vero manibus truncatum transmiſiſtis„. Cui noſtri. „Nobis, inquiunt, ille minime curae eſt„.

§. 152.

Nocte ergo feriae ſecundae, ſub diluculum, non potuere eorum trabariae fallere noſtras excubias, ac ad Perſas traiicere, Sclauis omnibus, qui in trabariis inuenti ſunt, vel in mare praecipitatis, vel a noſtris interfectis. Sed et Armenii ex Blachernarum muro egreſſi, ignem in Porticum, quae aedi St. Nicolai adiacet, immiſerunt. Cumque Sclaui, qui ex trabariis in mare natandi gratia ſe demiſerant, Auares eſſe, qui ad mare ſtationem haberent, ex igne coniicerent, huc venere, vbi ab Armeniis ſunt interfecti. Pauci vero alii ex Sclauis natatu euadentes, cum ad impii Chagani caſtra perueniſſent, illius iuſſu trucidati ſunt. Ac Deo poſtmodum ita volente, et interceſſionibus Dominae noſtrae, vno momento illius in mari accidit ſtrages. Quippe vniuerſis trabariis

imp. ad Diuae Virginis templum, quod in Blachernis erat, progreſſi, ingentes Deo gratias perſoluunt, ibidemque murum ad huius templi praeſidium aedificant. Hunc in modum ab Auaribus res ad CP. geſta eſt. CONSTANTIN. MANASSES: (v. ad §. 143. allata) *ſed enim propugnabat eam* [vrbem CP.] *manus potentiſſima, robuſtumque brachium illam defendebat. Itaque ventus ingens commotus, tempeſtas et aquarum vertices excitauit, totamque claſſem illam adobruit. Videre tum erat inſtar plumbi ſub aquas marinas demergi eos, qui antea leui motu ſemitas illas humidas nauigiis peragrabant — Hinc iam Romani, prius terrore nimio perculſi, extra vrbem ſemet effundebant, et intra muros quosdam concluſis hoſtibus, ita tractabant natos in rupibus barbaros, vt locuſtas Seleucides ſolent. Simul triumphale carmen cum hymnis concinebant, et conuenientes odas diuae Ductrici velut immolabant. —*

Imp. HERACLIO. ind. 14. a. 16. Heraclii.

a. C. 626.

bariis in terram a noſtris ſubductis, execrandus Chaganus in caſtra ſua reuerſus, reduci praecepit machinas omnes, quas ante muros ſtatuerat: ac vallis et ſudibus, ipſisque turribus caſtellatis ac teſtudinibus, corio prius nudatis, incenſis, receſſit.

§. 153.

Quidam aiunt, Sclauos, cum, quod actum fuerat, vidiſſent, caſtris relictis receſſiſſe, eoque et execrandum Chaganum reueri
104. illosque ſequi coactum fuiſſe. Sed et illud dixit impius Chaganus, dum bellum flagraret: „Feminam ego conſpicio egregie veſtitam absque vllo comitatu per moenia diſcurrentem„. Quinetiam cum in procinctu eſſet ad recedendum, haec noſtris nuntiauit: „Nolite exiſtimare prae metu me recedere, ſed inopia commeatus, et quod tempore minus idoneo vos fuerim aggreſſus. Proficiſcor igitur, annonae comparandae operam daturus, ac poſtmodum rediturus, ea vobis facturus, quae in me perpetraſtis„.

§. 154.

Manſerunt die Veneris extremi agminis cuſtodes equites circa loca proxima moenibus, eodemque die in multa ſuburbana vsque ad horam ſeptimam immiſſo igne receſſerunt; incenſis praeterea aede ſanctorum Coſmae et Damiani, et eccleſia ST. Nicolai, locisque circumiacentibus. Eccleſiam vero Dominae noſtrae Deiparae et in ſanctam Arcam ingreſſi hoſtes, nihil omnino euertere vel labefactare potuerunt, Deo, intemeratae illius matris interceſſionibus, ita permittente. Expeti-

[Huc forte referenda ſunt, quae NICEPHORVS p. 48. et THEOPHAN. p. 371. referunt: *Indictione V.* [a. C. 767. a. 26. Conſtantini V.] *ex imbrium inopia-laboratum eſt ſiccitate—. Conſtantinus ea re animaduerſa inſtaurare aquaeductum illum inſtituit, quem Valentinianus imp. olim extruxerat, ſed Auares (ab Arabibus [ab Auaribus* Anaſt. p. 1:,] *euerſus fuerat.* Theophan.) *poſtea Heraclii temporibus euerterant.* vt et quae DVCAS p. 143. narrat; *Cum CP. a Turcis a. C. 1452. obſideretur-inſima-turba e monaſterii clauſtris dilapſa-Deiparam inuocabat, vt vrbi-auxiliare-*

104. CHRONIC. PASCH. p. 397.

Imp. HERACLIO. ind. 14. a. 16. Heraclii.

a. C. 626.

Expetierunt autem in illius colloquium glorioſiſſimum Commerciarium: quibus ſic nuntiauit Bonus laudatiſſimus magiſter: „Hactenus quidem data mihi fuit poteſtas, vt tecum agerem, ac tractarem de pace: nunc vero piiſſimi noſtri Domini frater vna cum exercitu venit, mox traiecturus, ac te in regionem tuam comitaturus, vbi inuicem de pace tractabitis v).

§. 155.

a.M. 6126. a. C. 626. a. 25. Heraclii.

a. C. 634.

EODEM tempore [quo a Saracenis victus eſt Theodorus Rom. dux x)] Maria Heraclii ſoror pecuniis ad Auarorum Chaganum miſſis, Stephanum filium recepit. Quibus muneribus illectus Auarus, Antonianum magiſtrum incitat, vt et ipſe ſimilibus donis reliquos, quos habebat obſides, recuperaret: quod ita factum eſt. 105.

§. 156.

SVB idem fere tempus Cubratus Organaë conſobrinus Hunnogundurorum dominus contra Auarorum Chaganum rebellat, po- 106

Ccccc 2 pulum-

tur: et quomodo olim aduerſus Choſroem, Chaganum et Arabes pugnauerat, ita nunc aduerſus Mehemetem proeliaretur.]

Georgius Diaconus magnae eccleſiae et chartarum cuſtos, cognomento Piſides ſcripſit—Abarica oratione ſoluta. Suid. (in Eclogis Hiſt. de rebus Byz. p. 38.)

v) Totam hanc Hiſtoriam perſtringit Anonymus Scriptor in feſtum της Ακαθισου editus a Combefiſio p. 808. Feſti iſtius origines deſcribuntur in Rituali Graecorum. Id ſc. in memoriam huius, ope Deiparae de hoſtibus reportatae, victoriae inſtitutum eſt. v. Gloſſar. in voce Ακαθισος. et Gretſeri obſeruatt. ad Codin. c. 12. p. 238—241.

105. NICEPHOR. p. 16.

x) Quod a. 25. Heraclii accidit d. 23. Iulii fer. 3, teſte Theophane p. 280. ex quo annum in marg. adſcribo. Petauius in Notis ad Niceph. p. 72.—ſed, inquit, Auguſti pro Iulii ex Miſcella reſcribendum. Accidit hoc a. C. 634. cyclo ſolis 27. Lit. Dom. B. ſed nondum Heracli A. inierat 25. cum adhuc 24. decurreret cum indict. 7.

106. NICEPH. l. c. cfr. *Bulgarica*, *§. 14-17.* vbi locum integrum exhibeo.

Imp. HERACLIO.
a. M. 6126. a. C. 626. a. 25. Heraclii.

a. C. 634.

pulumque omnem, quem ab ipſo acceperat, contumelioſe habitum patriis ſedibus expellit.

§. 157.

a. C. 610—641. y)

107. CVM ea quae nunc Seruia dicitur, et Pagania, quaeque Zachlumorum terra vocatur, item Terbunia et Canalitarum regio, quae imperatoris Romanorum ditionis erant, propter Abarum excurſiones deſertae eſſent, expulſis inde Romanis, qui nunc Dalmatiam atque Dyrrachium incolunt, regiones illas Seruiis habitandas imperator [Heraclius] dedit.

§. 158.

Imp. CONSTANTE II.

Imp. CONSTANTE II. z)

a. C. 642-669. a)

108. λ) [CONSTANTINI temporibus, qui in occidente *** Crobatus b) quidam Bulgariae Cotragorumque dominus moriens quinque poſt ſe reliquit filios. quorum quartus Danubio traiecto in Pannoniam Abaricam c), Chagano Abarum principi poſtmodum ſubdendus

λ) ANASTASIVS: — *in occidente regnauit* — NICEPHORVS: - *obiit* — *Curatus* —.

ANASTASIVS: *in Auariae Pannonia, Chagano Auarum ſe ſubdens manſit.* NICEPHORVS: *in Pannonia, quae nunc ſub Auarorum poteſtate eſt, foedere cum habitatoribus inito* (ὑποσπονδος τῳ ἐγχωριῳ ἐθνει γενομενος.) *domicilium collocat.*

107. CONSTANTIN. de Adm. imp. c. 32. p. 99.

y) Sunt anni imperii Heraclii.

108. THEOPHAN. p. 297 299. Anaſtaſ. p. 113, 114. Nicephor. p. 22, 23.

z) Combefiſius in Notis Poſter. ad Theophanem p. 653. „— Nec alium, inquit, hi [Anaſtaſius et Nicephorus] Conſtantinum intelligunt, quam Conſtantem Heraclii nepotem, qui et ipſe non raro Conſtantinus dicitur„.

a) Sunt anni imperii Conſtantis.

b) Forte idem eſt, cuius ſub Heraclio meminit Nicephorus, quemque ibi *Cubratum* vocat. vid. §. 156.

c) εἰς Παννονιαν της Αϱαβιας. repone εἰς Π. τ. Αβαϱιας ex Anaſt. Reg. Baro. [Codicibus]. Habet Peyrezianus cod. errore Αϱαβιας vt eſt editum. Combefis. Not. Poſter. ad Theophanem p. 653.

Imp. CON-STANTE II.

dus [d] cum omnibus ſuis copiis tranſit. Alia eiusdem gentis portio, quae, tertio fratrum Aſparuch duce, inter Onclum, Danaprin et Danaſtrim fluuios conſederat, tandem Danubio traiecto Sclabinorum ad Barnam vrbem circumiectasque regiones degentium ſeptem tribus in poteſtatem redegit, et Seberenſes quidem ab anteriore Beregaborum cluſura ad orientales plagas, meridiem [μ] vero et occidentem verſus ad Abariam vsque reliquas gentes ſeptem ſibi vectigales factas habitare iuſſit [e].]

Imp. CON-STANTINO IV. *Pogon.* a. M. 6169. a. C. 669. a. 9. Conſtantini Pog. 109.

§. 159.

Imp. CONSTANTINO IV. *Pogonato.*

a. C. 677.

ν) [Hoc anno, vbi pacem inter Romanos atque Arabes ad 30. annos factam] percepere qui occaſum incolebant, Chaganus nempe Abarum princeps, caeterique illarum prouinciarum Reges [f], Duces et Caſtaldi, virique occidentalium nationum primores; legatos vna cum muneribus ad imperatorem pacis concordiaeque cum ipſo ineundae firmandaeque gratia miſere. Imperator eorum precibus concedens, pacem, qua ſe teſtaretur dominum [g], cum ipſis firma-

μ) NICEPH.: *Sed et Sclauinorum gentem* (των-Σκλαβηνων ἐθνων), *quae illic in propinquo degebat, in poteſtatem redigunt, ac partem ſuorum in eo limite, qui Auares reſpiciebat, collocant; alios Romanorum finibus obiiciunt* (και ὀυς μεν τα πρὸς Αβαρεις πλησιαζοντα φρερειν, ὀυς δε τα πρὸς Ρωμαιους ἐγγιζοντα τηρειν ἐπιτατττουσιν.).

ν) NICEPH.:-*Auarum ſc. dux, aliique principes, qui vltra eos ad occidentem habitant, munera cum legatis ad imp. mittunt, ac pacem poſtulant, quibus imperator aſſenſus eſt. Atque ita* —.

d) ὑποταγεις τῳ χαγανῳ των Αβαρων. *Abarorum Chagano ſubiectas.*

e) Excerpta ſunt, locum integrum adfero in *Bulgaricis* 109. THEOPHAN. p. 296. Anaſt. p. 112. Nicephor. p. 22.

f) και ὁι ἐπεκεινα ῥηγες. Anaſt. vlteriores reges [Abaris ſc. remotiores, hi enim Thraciae ſatis vicini erant].

g) δεσποτικην ειρηνην. Anaſtaſius: *donatoriam pacem.* Combefiſius δωρεαν legendum putat.

Imp. CONSTANTINO Pogon. a M. 6169. a. C. 669. a. 9. Conſt. Pog.

a. C. 677.

firmauit. Atque ita quies maxima tam in oriente, quam in occidente obtinuit.

Sub
Iuſtiniano II, reliquisque vsque ad Leonem III. Iſaur. imperatoribus nulla fit Auarorum mentio.

Imp. CONSTANTINO Copron. a. M. 6246. a. C. 746. a. 24. Conſt. V.

§. 160.

Imp. CONSTANTINO V. Copronymo.

a. C. 764.

101. MVNDI anno 6246, diuinae Incarnationis anno 746. h) Anno vero imperii Conſtantini viceſimo quarto exierunt iterum Turci ad Caſpias portas, et Hiberiam, quibus cum Auaribus i) bellum ineuntibus, ex vtrisque perierunt multi.

Sub
Leone IV. reliquisque vsque ad Michaelem I. imperatoribus nulla fit Auarorum mentio.

Imp. NICEPHORO I.

§. 161.

Imp. NICEPHORO I.

a. C. 802. k)

102. BVLGARI delectati ſunt Abarum habitu, mutatoque ſuo veſtitu illum aſſumſerunt, et ad hoc vsque tempus eo veſtiuntur. — Iidem Bulgari Abares per vim funditus ſuſtulerunt. Captiuos autem Abares Cremus interrogauit. Vnde putatis veſtrum ducem et totam gentem periiſſe? Illi vero reſponderunt: „Quia mutuarum accuſationum et litium numerus apud eos maxime creuit, et fortiſſimos

101. ANASTAS. p. 149.

h) a. M. 6256. a. C. 756. Theophanes p. 366.

i) *Arabibus* Theophanes habet, ex eoque Anaſtaſius corrigendus eſſe videtur.

102. SVIDAS (Eclogae Hiſt. de rebus Byzant. p. 37, 38.).

k) Primus imperii Nicephori annus, quo circiter tempore Crumus Bulg. regnum ſuſcepit. conf. *Bulgarica §. 70.*

a. C. 802.

mos quosque perdiderunt. Deinde iniuſti homines et fures iudicum ſocii facti ſunt. Deinde ebrietas. In magna enim vini copia omnes facti ſunt temulenti. Deinde ipſa muneribus acceptis corruptela. Deinde negotiatio Omnes enim facti ſunt mercatores et alios alii deceperunt. Exitium igitur noſtrum ex his cauſis manauit. — Abares igitur omnes, vt dictum eſt, [Bulgari] funditus ſuſtulerunt, [ac deleuerunt].

§. 162.

Imp. LEONE *Armeno.*

Imp. LEONE *Armeno.*

a. C. 820.

[BVLGARI Thracia deuaſtata cum in terram ſuam, nihil omnino mouente Leone, reuertiſſent; paulo poſt] rumor ad eum [Leonem] delatus eſt in haec verba: Crumus ingentem exercitum coëgit, Abaresque et ex Sclauiniis cunctis [l] copias collegit [CP. oppugnandi animo]. 103.

§. 163.

* * *

PRIMVS Thronus Coryphaei Apoſtolorum Petri, ſenioris Romae praeſulis, — ad terminos vsque Sazorum [m], Gallorum, Camporum [n], Francorum, et Gades, vsque ad Herculis columnas atque oceanum, (populorum) initium habentium ab occaſu ſolis, vbi ſunt mortuae aquae et quietae ac denſae, vbi et inſula [o] quaedam ad extrema maris oceani, virorum admodum ferax, Chriſtianorum innumeram multitudinem continens, qui ſunt homines proceri, robuſti, et fortiſſimi, atque inde Rauennam vsque et Longobardos, ac Theſſalonicam, Schlauos [p], Arrabos [q], Auares et Scythas 104.

103. AVCTOR. INCERTVS [Theophan. p. 434.]

l) και τȣς Αβαρεις και πασας τας Σκλαβινιας. cfr. *Bulgarica* §. 69.

104. CODIN. Deſcriptio ſiu. patriarch. p. 363.

m) Forte Σαξονων.

n) F. Καμβρων. Cimbrorum.

o) Credi poteſt *Hibernia*.

p) Αθλαβων. in marg. Σκλαβων.

q) Arrabi videri poſſunt, qui Araui in vetuſta inſcriptione apud Goltzium? Arauiſci Plinio forte, Arabiſci Ptolomaeo, Pannoniae populi.

Imp. LEONE *Armeno.*

* * *

thas, ac Danubium fluuium Eccleſiaſticas conſtitutiones terminorum Epiſcopalium complectens.—

§. 164.

Imp. AN-DRONICO *Seniore.*

Imp. ANDRONICO *Seniore.*

a. C. 1305.

105. AMOGABARORVM gens inde credo vocata eſt, quod ex Abaris originem traheret.

105. PACHYMERES in Andronico. L. V. c. 21. p. 289. Petrus Poſſinus in Gloſſario Pachymer. p. 460, 461. in voce Αμογαβαϱοι. „ Noſter, inquit, ſic dictos putat, quod originem traherent ex Auaris, Borealibus videlicet Aſiae populis circa Caucaſum ſedes habentibus. — plauſibilius hi (Catelani ex Sicilia, quo prius ex Hiſpania tranſierant, profecti) nomen duxiſſe videri poterant a promontorio Tarraconenſis Hiſp. quod Ptolemaeus Αυαϱον vocatum ſcribit. Puperio apud Marianam L. XII. c. 17. de reb. Hiſp. Almogaraues illic appellatos veteranos milites e gente Maurica. Horum multos admixtos Catelanis ſubſidio miſſos Friderico bellum in Sicilia gerenti a fratre ipſius Rege Aragoniae arbitror, et hos — duce Rogerio — CP. veniſſe. — Itaque placet — Dominici Magrii originatio huius vocis, qui ait, Africanos Algharbi Melitae vocari, quod vocabulum occidentales ſonat —„.

FINIS TOMI PRIMI.

ERRATA.

pag. 13. lin. 6. Zonaram, leg. Cedrenum.
— 17. — 23. *filiam*, l. *ſororem.*
— — — 25. *filiae*, l. *ſorori.*
— 27 — 5. mittiter, l. mittitur.
— 29 — 22 mancipuat, l. mancipant.
— 35 — 18 Centumcellos, l. Centumcellas.
— 48 lin. 10 a fine. ἀπηγτει. adde τους γενναιȣς.
— 55 lin. 29 *quem*, l. *quam.*
— 65 — 1. 440, l. 410.
— 69 — 25 §. 131. l. §. 31.
— 72 — 28 rſecriptis, l. reſcriptis.
— 91 — 17 excepta, l. excerpta.
— 94 — 22 ſuſtuliſſe, l. ſuſtuliſſet.
— 103 — 23 Gotthicorum, l. Gotthicarum.
— 104 — 6 ferúarunt, l. ſeruarunt.
— 109 — 29 *bellun*, l. *bellum.*
— 119 — 14 eſſecit, l. effecit.
— 150 — 15 vrben, l. vrbem.
— 172 — 7 quampriam, l. quampiam.
— 194 — 12 plurimos, l. plurimas.
— 197 lin. antepenult. p. 590. l. p. 509.
— 199 lin. 5. a fine, Ioannum, l. Ioannem
— 204 lin. 5. — praerat, l. praeerat.
— 207 — 3 cumquae, l. cumque.
— 220 lin. 24 commiſſerat, l. commiſerat.

p. 234 lin. 9 ſubditoss, l. ſubditos.
— 295 — 16 quarenti, l. quaerenti.
— 305 — 6 qua, l. quae.
— 339 — 20 caſtis, l. caſtris.
— 376 — 20 vetro, l. retro.
— 388 — 13 *gintam* l. *ginta M.*
— 404 — 5 alias —, l. alios -
— 410 — 9 logothetem, l. logothetam.
— 424 — 1. 2. in m rg. *Imp.* Clavdio, deleatur.
— 455 — 21 deuidebantur, l. diuidebantur.
— 467 lin. 8 a fine, *migratioves*, l. *migrationes.*
— 480 — 24 et, l. ex.
— 485 — 19 mutiltudine, l. multitudine.
— 581 — 9 auguſtiis, l. anguſtiis.
— 596. — 10 ciusdam, l. cuiusdam.
— — — 13 olio, l. alio.
— 603 — 2 axarſit, l. exarſit.
— 605 — 15 opſites, l. Opſites.
— 609 — 16 diſcrimem, l. diſcrimen.
— 614 — 16 eiececerunt, l. eiecerunt.
— 660 — 10 fore, l. fore.
— 677 — 18 Teognis, l. Theognis.
— 686 — 3 a fine. κατειπιοσι, l. κατειπωσι.
— 692 lin. penult. τες πȣδαζαμενον, l. το σπȣδαζομενον.

p.

ERRATA.

p. 696 lin. 8 a fine, Aque, l. Atque.
— 704 — 6 —. Theophylacto, Theophylacto.
— 730 — 9 mentiebantur, l. mentiebatur.
— 736 — 12 adigebet, l. adigebat.
p. 744 lin. 5 a fine Nicepohrus, l. Nicephorus.
— 730 — 2. a fine πυργοκαιλλους, l. πυργοκαστιλλους.
— 760 in margine, *Imp.* Leo-ne *Armeno*: deleatur.

JAN 1 0 1935